BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
C
51
NAPOLI

LVIII
C
51



Digitized by Google

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

Canonici Neapolitani, & Regii
S. Script. Interpretis

AD AMPLISSIMVM VIRVM

BERNARDVM TANVCCIVM
REGIS NOSTRI
A SECRETIS
EPISTOLA

Qua ad XXX. virorum clariſſimorum de *dedicatione ſub aſcia* commentationes integrae recenſentur.

Quibus idem Mazochius adnotationes adſperſit, curaſque poſteriores adjunxit.

NEAPOLI

Felix Carolus Muſca excudit
An. CIƆIƆCCXXXVIIII.
Superiorum Permiſſu.


CONIVGI RARISSIMI EXEM
PLI MEIQ·AMAN TISS.QVAI
VIX·MECVM·ANN XXIII·D·XV.
SINE VLLAANIMI LAESIONE
IVL·MARCIANVS DEC·CC·C·L·
AVG·LVG· E QEVNG·
VIVVS SIBI
POSTERISQ SVIS·P·C·
ET SVB ASCIA DEDICAVIT

AMPLISSIMO VIRO
BERNARDO TANVCCIO
REGIS CAROLI
A SECRETIS

Alex. Sym. Mazochius.

TVm multus ubique de Te, TANVCCI Ampliſſime, in civitate ſermo increbuit, tuam juſtitiam, abſtinentiam, dexteritatem, virtutes alias depraedicantium; tum ille in ore omnium, ſcilicet diſceptantium, Tu ne plus litteris, an illae Tibi debeant. Qua in diſceptatione ad illam me partem ſoleo adjungere, quae tuetur hoc alterum. Nam etſi praeclara iſta tua gerendae reip. ratio magnam partem eſt a philoſophia interioribuſque litteris hauſta; tamen eſt quoque divino ingenio tuo acrique judicio longe plus tribuenda; ſine quibus neque tot reconditae diſciplinae tam cito in tuo ſolo comprehendiſſent, neque porro praeclaros illos fructus de ſe tuliſſent. At artes univerſae quantum ſe Tibi devinctas profiteantur, argumento illud eſt, quod ex quo heic ſummo apud Regem potentiſſimum loco conſediſti, longe eſt jam alia litterarum hodie facies; non, ut pridem, illa quidem incultior atque horridior, ſed nitens & multo quam umquam alias liberalior. Tanti profecto eſt ad praefecturas dignitateſque ceteras (quae tua eſt apud Regem ſapientiſſimum auctoritas & gratia) diſciplinarum cultores prae ceteris promoveri: per Te vero honorem haberi litteris, qui maximus poteſt. Tanti eſt ſcire hoc univerſos, Te quamvis curarum graviſſimarum faſce gravatum; tamen ſomno ceteraeque corporis curationi horas detrahere plurimas, quas in rerum pulcherrima-

rum cognitione & commentatione impendas ; ut jam pro inertiſſimis habeantur, ſiqui ſunt, qui ſuas neſcio quas occupationes cauſantur, quominus vacare Muſis poſſint. Itaque non tantum qui in hac civitate doctrinas impenſius colunt; ſed & exteri de tuo ſinu ſunt, & in tua ſibi amicitia mirifice placent: nec deſunt qui lucubrationes ſuas ſub tuo apparere nomine penſi habent, Ego quoque, Vir eruditiſſime, tametſi non is ſum, qui de eruditionis laude certare auſim; diu tamen eſt, quum, ſicuti tuae de me quantulaecumque exiſtimationis (ſpe quidem mea certe meritoque majoris) increbuere in civitate rumuſculi; ſic meae viciſſim erga Te ſummae obſervantiae teſtimonium aliquod publice ut exſtaret, cupiebam. Sed & affecta jam diu valetudo intercedebat; & ſi quod ſupererat virium, id ad demandatam mihi ab Rege Invictiſſimo provinciam Sacras Scripturas in hoc Gymnaſio publice interpretandi, totum inſumendum erat. Poſtremo & occaſio deerat. Sic enim ſum: proſilire in publicum niſi probabili de cauſa numquam animum induxi. Quare quum Tu mihi nuper diſſertationum pulcherrimarum florentiſſimae illius ac praeclariſſimae Cortonenſis Academiae volumen alterum in manus tradidiſſes; imperaſſeſque, uti meum circa novam de *Aſcia ſepulcrali* ſententiam, quae Diſſ. VII. ejus voluminis a Cl. Muratorio mihique amiciſſimo proponitur, judicium exprimerem: non potui ſane Tibi, cui tum multis nominibus, tum hoc ipſo quod novae hujus diſſertationis indicium feciſti, non morem gerere. Ac Tu quidem, Vir Eruditiſſime, poſtquam quidquid ſuper ea re judicii mei eſſet (quod non potuit in Cl. Auctorem, amicum utrinſque noſtrum, non eſſe honorificum) Tibi breviter pro meo more candideque aperuiſſem; de ea re ſic cenſuiſti, e re litteraria fore, ſi quidquid his ultimis annis de ea *dedicationis ſub aſcia* formula αἰνιγματώδη a viris doctis traditum litteris reperirem, id uno ſub aſpectu exhiberem. Non enim dubitabas, quin collatis inter ſe virorum eruditorum ſententiis, facilius quid ſimile veri, quid contra, viri judicio praediti pervidérent: ſimulque novas procudendi interpretationes aditus patefieret iis, quibus ad haec inveſtiganda ſatis eſt otii. Putabas autem paucis pagellis variarum de ea re opinionum expoſitionem poſſe comprehendi: nec tu a vero aberrabas. Vix enim paucarum chartarum opus fuiſſet, ſi aliorum ſententias ut meis ipſe verbis in compendium redigerem, ſatis mihi fore crediḍiſſem. Ego vero etſi Tibi per omnia morem gerere animum induxi: in hoc tamen uno diſſentiebam. Nam quam longe alius ſit hujus ſaeculi guſtus, ex tot *Variorum*, uti quidem appellant, commentariis poteſt perſpici. Ea qui digeſſerunt,

runt, nae ii quam minimo emtorum incommodo potuiſſent doctorum virorum illuſtrationes & notata ita pertexere, ut una perpetua eſſet critici alicujus ea recenſentis oratio. At ii contra ut hujus aetatis hominum ingenio ſe accommodarent, qui auctorum ipſorum genuina loca perlegere, ſibique integrum de iis judicium reſervari amant, non ſine ſummo emtorum diſpendio ſpiſſiora volumina compegerunt, dum integras annotationes & commentarios uſque ad faſtidium ingerunt. Idem prope conſilium in hoc quidem certe pleno aleae negotio ſequi conſtitui. Quid enim? Tam aequos ne lectores me nacturum putaſſes, ut dum hujus aut illius placita refero, de mea fide non dubitarent? Quis paullo efferatior criticus non ſtatim de aliorſum acceptis ſententiis non accuſationem inſtitueret? praeſertim quum vulgo in eo peccari magnopere videam; dum unuſquiſque aliorum ſententias extenuat, ut ſuae interim velificetur: id quod ex his ipſis integris auctorum graviſſimorum locis, quae recitatum imus, licebit animadvertere; quos non raro priorum opiniones non optima fide expoſuiſſe animadvertes. Accedit hoc etiam, quod eorum auctorum, quos heic recenſere aggredior, ſunt qui aetatem ferunt; &, pro ea, quam habent demerendi litteras voluntate, ferant diutiſſime opto. Horum ego reverentiae parum tribuiſſem, ſi non ſuos ipſorum foetus atque cariſſimos filios eodem, quo ipſi ornarunt amictu, in publicum produxiſſem. Atque id quidem, TANUCCI Ampliſſime, cauſſae fuit, cur eadem omnia, ubicumque potui, auctorum verba lectori appendere ac numerare conſtituerim: cujus deinde integrum erit de re univerſa judicium.

I. *Aymarus Rivallius.*

Primus, BERNARDE TANUCCI, quem inveniam de hac formula verba feciſſe, fuit Aymarus Rivallius Allobrox, qui exeunte XV. ſaeculo, partem etiam XVI. ineuntis, ad multam aetatem vitam produxit; juriſconſultus ut illis temporibus non incelebris. Is ſuae (1) Hiſt. juris civilis *lib.* 2. *n.*8. haec commentatur.

„IN

(1) Rivallii Hiſtoria juris civilis agmen agit inter Tractatus diverſorum. Reperitur, inquam, initio to. 1. Tractatuum univerſi juris Venet. an. 1584. Rivallium hunc Everardus Otto præf. ad to. III. theſ. juris Rom. pag. 49. taxat temeritatis in confingendis lib. II. Hiſt. jur. civil. legibus xviralibus. Utiturque praeterea Antonii Auguſtini teſtimonio ex lib. de Legibus to. II. theſ. Graeviani pag. 1162. *Non magis* (ait ibi Aug.) *ea Ciceronis XII. tabb. eſſe credendum eſt, quam quae Rivallius ingenii oſtentatione uſus effingit.*

,, IN VRBE NE SEPELITO , NEVE VRITO , NE FA-
,, CITO ROGVM, ASCIA NE POLITO (2) Hanc legem
,, Petronius & Flora ejus uxor tranſgreſſi ſunt : nam monu-
,, mentum vivi ſibi poni Valentiae curaverunt, & ſub Aſcia de-
,, dicaverunt: quod adhuc in Aede D. Felicis exſtat. Roma-
,, nus quoque apud Allobrogas juxta Lugdunum Eutycho (3)
,, filio monumentum ſub Aſcia dedicavit, unde aſciae forma
,, ſemper marmori ea polito inſculpta eſt, maxime ubi inſcri-
,, ptio hujus inſtrumenti meminit. Alii etiam complures mo-
,, numenta contra hanc legem Aſcia polire, ut in multis Ro-
,, manorum ſepulcris regiones peragrans videre poterit , &
,, hanc conſtitutionem ſumptus minuendi gratia Cicero inven-
,, tam fuiſſe dicit. Hinc ſumendam conjecturam exiſtimo, mi-
,, nimum quemque Romanorum cupiditate gloriae ſibi monu-
,, men-

(2) Duo ſunt legis xviralis fragmenta, quae recitat Cicero in II. de Leg. cap. 23., quae male Rivallius in unum conflavit. Primum eſt HOMINEM MORTVVM IN VRBE NE SEPELITO , NEVE URITO. Alterum ſic concipitur : HOC PLUS, *inquit*, NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO. Nec equidem Aymarum incuſo, quod poſterius caput alia diſtinctione legerit; nam varie olim diſtinctum fuiſſe, argumento ſunt Turnebi & Manutii notationes. Turnebus: HOC PLVS NE FACITO ROGVM, *quidam legunt : male , ut opinor*. Paullus Manucius referente Aldo ejus filio haec habet : Hoc plus) *quid ſi* opus *legas? nam & infra* opere tectorio ſepulcrum exornari non licebat. *Aut* hoc plus *intellige plus eo quod ſupra definitum eſſet : omittuntur enim fort. quaedam ex lege XII. tabb. Sed magis placet* opus ne facito : *quod explanatur ſequentibus verbis* : Rogum aſcia ne polito. *Nam rogum aſcia polire eſt opus facere. Sunt qui ita diſtinguant* : Hoc plus inquit: Ne facito rogum, aſcia ne polito. *Sed non puto rogum prohiberi, quum uri concedatur. Prohibebatur autem rogus aſcia politus, non omnis rogus. Haec Paullus pater*. Sed & Jac. Raevardus ad XII. tabb. cap. 15. legit : *Hoc plus inquit: NE FACITO ROGVM ASCIA , NE POLITO*. Quaſi vellet Cicero legem XII. tabb. illud legibus a Solone latis *plus* continere , NE FACITO ROGVM ASCIA , NE POLITO. Sed nunc omnium ferme conſenſu illud HOC PLVS ad verba legis pertinet ; eſtque tantumdem quod *hoc amplius*. Deinde ſic diſtinguitur is Ciceronis locus : HOC PLVS *inquit* NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO. Vide ad id legis caput Jac. Gothofredi notata to. III. theſ. Ottoniani, & alios. Haec eo pluribus deduxi, ut appareat, ex prava legis illius apud Ciceronem diſtinctione ortam fuiſſe Rivallianam *dedicationis ſub aſcia* interpretationem, non ineptiſſimam illam quidem futuram, ſi interpunctio proba eſſet.

(3) Haud dubie indicat Reineſianam inſcriptionem Cl. XII. n. 34. (quam vide infra in Reineſio) quae Valentiae ab eo ponitur ex Jo: a Boſco ; ibi Romanus pater Eutychiano (non Eutycho) filio PON. CUR. ET. SUB. ASC. DED. Sane hoc intereſt , quod Reineſii Eutychianus non XVIII. ſed XXIII. annorum erat. Verum aut in Reineſio poſterius X in V refingendum, aut contra Rivallius V pro X ſibi legere videbatur. Sed eſt cur magis Reineſii ſcripturae credatur.

„ menta facere, & Aſcia polire voluiſſe, ut hac lege ſumptus
„ hujuſmodi minuere neceſſarium fuerit. Sed Galli tanti ſunt
„ hujus gloriae ſpretores, quod ne bellicoſi quidem princi-
„ pes apud eos ſepulcra facere vel polire curaverint, vel adhuc
„ curent: unde contraria lege potius monumenta facere & A-
„ ſcia polire aſtringi debuerunt. Aſt viliſſimus quiſque gre-
„ garius Romanorum miles Galliam & Italiam, aliaſque pro-
„ vincias ſuis inſcriptionibus & ſepulcris replevit & foedavit,
„ ut ille bonus Petronius, qui ſuo teſtimonio veteranus erat,
„ & honeſta miſſione miſſus; & Romanus ille, qui Eutycho
„ filio duodeviginti annos dumtaxat agenti tanta cura monu-
„ mentum fecit. Tanta fuit hujus gentis gloriae cupiditas.
„ Hinc ratione quales his ſepulcris conditi, aut marmori-
„ bus inſculpti fuerint, ſaepenumero ignoramus; quia Hi-
„ ſtorici & Scriptores eos commemorare ob vilitatem neglexe-
„ runt:

II. *Pierius Valerianus*.

Excipit hunc Pierius Valerianus, qui an. 1550. major octogenario obiiſſe dicitur. Is in Hieroglyph. lib. XLII. haud longiſſime a fine haec poſuit.

„ DVRATVRA MEMORIA.
„ In antiquorum memoriis pleriſque ſecurim & aſciam (4)
„ ſed hanc frequentius videas adſculptam, addito etiam elo-
„ gio SVB ASCIAM DEDI VETVIT (5) quotiens defun-
„ ctus non obliterandam de ſepulcro memoriam cavet, averſa-
„ que ideo ſculpitur ferri acies. Sed in Divinis litteris per
„ aſciam ſimpliciter pravorum hominum in inſectandis abolen-
diſque

Securim & aſciam, ſed hanc fre (4)entius) Jam tum intellectum fuit duobus tribuſve modis in monumentis id inſtrumentum ſcalpi; quorum duos priores Noſter *ſecurim*, tertium, quippe aſciae materiariorum perſimilem, *aſciam* appellat, opportune utrumque vocabulum junctim in recitato Pſalmi





loco nactus. Sed revera utraque ea icon multiplex caementariorum fabrorum (pro diverſis ſcilicet locis, temporibus, uſibuſque) aſcia erat, uti ſuo loco dicetur.

(5) SVB ASCIAM DEDI VETVIT) Ex prava, uti vides, formulae illius in monumentis lectione orta eſt Pierii interpretatio; quae quidem optima ſine dubio eſſet, ſi, quod Pierius recitat, monumenta

„ diſque proborum operibus ſtudium & conatum intelligimus,
„ ut Pſalmo : In ſecuri & aſcia dejecerunt eam.

III. *Hadrianus Turnebus.*

Sequitur jam virorum doctiſſimorum par egregium, Hadrianus Turnebus, & Wolfangus Lazius, uterque eodem an. 1565. (ut reperio) demortui: ſed prior, quia 53. annos natus occubuit, prior, uti credo, hac de re ſcripſit. Is ergo, etiam ſummae doctrinae merito, per me praeeat licebit. Ergo in commentario ad Cic. de Leg. II. 23. ſic loquitur: „ *Rogum aſcia ne polito*) Aſcia dolabrae genus poliendis lignis aptum. Ne autem ex politis fiat lignis pyra, lex cavet. Sic „ ἀσκέπαρνον θᾶκον dixit Sophocles, impolitum ſedile, non exaſciatum, aſcia non politum. Alii de ſepulcris intelligunt; „ (6) nec, ut opinor, recte. Nam quibuſdam in locis hodieque ſepulcra ſub aſcia dedicata viſuntur, hac inſcriptione: „ VIVI. SIBI. PONEND. CVRAVER. ET. SVB. ASCIA. „ DEDICAVERVNT.

IV. *Wolfangus Lazius.*

Wolfangus vero Lazius in III. Commentarior. 18. pag. 432. ſic commentatur: „ Praeterea in inſcriptionibus „ monumentorum veteribus paſſim fit mentio monumentorum „ extra ſortem & ſub aſcia poſitorum. Quae nondum ſatis in„ telligo, qualia fuerint, niſi (quantum divinare licet) for„ te monumenta extra ſortem &c... (7) Deinde quoniam aſcia „ in-

praeſeferrent. Hoc ſi notaſſent, qui Valeriani ſententiam unus ex altero deſcripſerunt, nae ii ab ea recitanda ſententia abſtinuiſſent, quippe quae non *dedicare ſub aſcia*, ſed DEDI VETARE ſibi exponendum proponit.

Ipſum vero ſane DEDICARE SVB ASCIA ſi cui forte *duraturam memoriam* cum Valeriano interpretari conſtitutum ſit; hoc maxime argumento eam ſententiam fulciat, moneo, quod nimirum ferme omnes inſcriptiones, quibus illa formula adjungitur, ſic ordiuntur: D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE τοῦ δεῖνος. Vel vide quas ex Menetrierii Hiſt. Lugdunen. ſi infra dabimus. Non enim de nihilo iſtud plerumque cum illa formula jungitur. Sed quantulum hoc ad aenigmatis ſolutionem? Nonnunquam pro *memoriae aeternae* reperitur *quieti aeternae*, aut utrumque jungitur.

(6) *Alii de ſepulcris intelligunt*) Prava ſcil. legis interpunctione adducti, quod fecit Rivallius: & alios quoque de ſepulcris intellexiſſe veriſimile eſt. Vide ſup. not. 2.

(7) De *monumentis extra ſortem* (ſi uſpiam ea monumenta reperiuntur; nam certe lapis, quem hic affert Lazius, non nemini viſus eſt ſpurius) vide Gutherium in II. Manium 25. copioſe diſſerentem.

„ inſtrumentum eſt fabrile, quo ligna dolantur, quaecumque
„ monumenta ſub contiguationibus lignorum ac tecto exſtite-
„ runt (8) ut ab injuria pluviarum & nivis vindicata diutius
„ durare poſſent, *ſub aſcia* nuncupata ſunt. Sed placet ipſa
„ antiquitatis exempla recenſere. Lugduni in Gallia: SE-
„ CVNDINVS ET PRIMARIA MARCELLINA PATRES
„ AMISSIONE EIVS ORBATI P. C. ET S. ASCI. PO.
„ C. ET. S. ASC. DDC. (9) (*quae ſequitur deinde inſcriptio, ubi*
„ *τὸ EXTRA SORTEM, eam omitto*) Ibidem (*Ravennae ſcil.*)
„ in Monaſterio S. Irenaei. D. M. MEMORIAE AETERNAE
„ SOLENNIA FIDO MIL. LEG. I. MINERVIAE IMA-
„ GINI FERO MATVRNIA VICTORINO CONIVGI
„ CARISSIMO PONENDVM CVRAVIT ET SVB ASCIA
„ DEDICA (10)

Huc uſque recenſitis ſuccedere deberet triga virorum clariſſimorum, unius ex Manuciis (11), Franciſci Hotmani (12)

(8) Viri docti neſcire ſe profitentur, quid heic ſibi velit Lazius. Sed is procul dubio ob oculos habuit *opus inteſtinum*, cujus meminit Vitruvius IV. 4. V. 2. VI. 3. Plinius XVI. 39. & 42. Varro R. R. III. 1. unde dicti *Inteſtinarii artifices* l. 2. Cod. Th. *de excuſ. artif.* Inteſtinum opus quid ſit pluribus diſſeruerunt Budaeus, Barbarus, Philander, Salmaſius, Baldus in lexico Vitruviano, & alii plures; dum hi quodvis ex materia opus, illi laquearia lignea quibus ornatus gratia ſubgrundia ſuffiguntur, alii feneſtras intelligunt. Sed vicit Budaei & Salmaſii ſententia, quorum hic ad Solinum pag. 1034. ſic ſcripſit: „ Sane ſciendum eſt *inteſti-*
„ *num opus* proprie dici, quod ex
„ ligno fit, ſed elegantiore fabrica,
„ & ea arte quam *minutiariam*
„ nunc appellamus. Veteres quoque
„ λεπτουργίαν dixere.... Inteſti-
„ na autem dicta opera illa, quod
„ intra domum tantum locum ha-
„ beant, & in aedium interiore par-
„ te ſita ſint, ad differentiam τῶν
„ ὑπαιθρίων.... In inteſtinis ope-
„ ribus locum habent ASCIAE,
„ runcinae & planae: in aliis do-
„ labrae. Haec & plura Salmaſius; qui haec ultima de aſciis unde hauſerit, neſcio. Sed indidem forſan hauſerat & Lazius, ut inde *ſub aſcia dedicata* ad inteſtina opera, & ſub tecto poſita retulerit.

(9) Eadem inſcriptio integra & correctior infra inter Menetrierianas Lugdunenſes (quas ſimul jungemus) dabitur num. XII.

(10) Ponitur haec inſcriptio Lugduni, non Ravennae, a Menetrierio Praeparatione ad hiſt. Lugd. pag. 27. & quidem emaculatior in hunc modum. *D. M. &. memoriae. aeternae. Solemnio. fido. Milit. leg. Minerviae. imaginifero. Maturinia. Victorina. Conjugi. Cariſſimo. ponendum. curavit. & ſub. aſcia. dedic.* Refertur etiam a Grut. 562. 1.

(11) *Unius ex Manuciis*) *Alii cum Manutio*, (inquit Fabrettus infra producendus, nec quem intelligat dicit) *ad caput illud legis XII. tabb. reducunt*, *Rogum aſcia ne polito, ut ſuperfluos ſumptus hinc prohiberi putent*. Sane Paulli Manucii notationem ad eandem legem xviralem apud Cic. de Leg. ſupra not. 2. recitavimus, eo potiſſimum conſilio, ut appareat, neque hunc neque ejus filium Aldum ibi de *Dedicationis ſub*

aſcia

(12) & Jacobi Raevardi quos referri inter eos comperi, qui formulam dedicationis ſub aſcia tractandam ſuſceperint. Verum in eorum ſcriptis ne γρῦ quidem.

V. *Robertus Stephanus.*

Quintus ergo prodeat in ſcaenam Robertus Stephanus, in cujus Theſ. Linguae Lat. Lugd an. 1573. (cui editioni duae praeceſſerant, ut in Typographi epiſt.) in verbo *Aſcia* ſic reperio. „ *Rogum aſcia ne polito*: Ex legib. XII. tab. apud Cic. „ l. 2. de leg. Ne pyra fiat ex dolatis ſeu politis lignis, lege „ cavetur. Alii de ſepulchris intelligunt, putantque vetari, „ ne quibuslibet artificioſis ſtructuris ea expoliantur. Exiſti- „ mant quoque aſciam ab abſcindendo dictam.

Nulla hic quidem *Dedicationis ſub aſcia* fit mentio, ſed ad eam tamen formulam in ſepulcris obviam haec, quae a Stephano aliorum refertur interpretatio legis XII. tabb., certe alludit.

VI. *Fulvius Urſinus.*

Sextus vero jam producatur Fulvius Vrſinus an. 1600. demortuus; qui ſic commentatur ad leg. XII. tabb. (to. 2. theſ. Graev. pag. 1366.) „ Rocom. aſcia. nei. polito.) Cic. ibid. re- „ fert e XII. tab. hanc legem, quae vetabat e politis aſcia li- „ gnis pyram confici, ne ſumptus ſupervacanei fierent. Hinc „ illa in veteribus monumentis inſcriptio: SVB. ASCIA. DE- „ DICAVIT.

Idem ad illud Ciceronis in II. de Leg. 59. *Rogum aſcia ne polito*, ſic notat: „ Facit ad hunc locum vetus inſcriptio, „ in qua ſunt haec SVB. ASCIA. DEDICAVIT. De aſcia „ Plin. lib. XVI. cap. 4. Eam D. Hieronymus dolatoriam ap- „ pellat: inde verbum Aſcio & Exaſcio: & Exaſciatum opus „ pro expolito dixit Plautus in Aſinaria.

VII.

aſcia meminiſſe. Neque in ejuſdem Paulli libro de legibus to. 2. theſ. Graeviani uſquam ejus rei veſtigium, nec porro alibi in trium Manuciorum operibus, quod equidem ſciam. Muratorius qui in ſua diſſert. num. 1. Aldum Manuccium putat primum de ea formula diſſeruiſſe, quam vellem edixiſſet uter Aldorum, & quo loco. Sed Urſati hallucinationem Fabrettum & Muratorium bona fide in ſua ſcripta tranſtuliſſe poſtea comperi.

(12) Pitiſcus in verbo *Aſcia* Hotmanum & Raevardum inter eos numerat, qui de hac formula diſſeruerint. Sed ii locis a Pitiſco laudatis tantum de xvirali lege de *rogo aſcia non poliendo* diſputant; de dedicatione ſub aſcia ne verbum quidem.

VII. *Paullus Merula*.

Age vero ſeptimus ſit interlocutor Paullus Merula, qui an. 1607. minor quinquagenario ſublatus eſt, pluribus inditis a ſe relictis operibus. Is in opere poſtumo de legibus Romanorum cap. XI. num. 6. (in Jo: Poleni V. Cl. ſupplem. theſ. Graeviani to. 1. pag. 94.) ad illud *Rogum aſcia nei poleito* ſic annotat „ *Aſcia* fabrorum materiariorum dolabra eſt, qua ad aſpe-
„ ra ligna polienda utuntur, ab *abſcindendo* dicta. Sumtuo-
„ ſior erat rogus ex lignis aſcia politis, quam ex rudibus ex-
„ ſtructus. Hinc etiam illa in veteribus monimentis inſcriptio
„ *ſub aſcia dedicavit*; ut qui poſuerat, teſtaretur, quaſi in-
„ jecta *Aſciae* mentione, Dedicationem ſumtuoſiorem.

VIII. *Claud. Guichardus*.

Claud. Guichardus (an. 1607. defunctus) ſcripſerat de hac formula in opuſculo, quod de antiquorum funeribus ſcriptum reliquit, quod numquam vidi. Sed quia in epiſtola Valbonaeſii (in memoriis Trevoltinis an. 1715. menſ. Junii pag. 1040.) quaedam ex Guichardi libro recitantur; ea quae ibi reperi, huc afferre non gravabor. „ Il eſt vrai, que les loix des dou-
„ ze tables defendoient de bâtir le bucher du bois choiſi & con
„ royè; mais cette inhibition & defenſe par le plaiſible conſen-
„ tement du peuple fut petit a petit abolie & miſe à neant; car
„ un chacun tâchoit de faire le mieux, qu'il pouvoit & le plus
„ honorablement que ſes facultez le permettoient aux fune-
„ railles de ſes parens & amis, juſqu' a vouloir peindre le
„ bucher, & l'orner de cire de diverſes couleurs, qui etoit
„ une ſorte de peinture fort riche & fort exquiſe en ce tems
„ là Plin. XXXV. 7. (13) a quoi ſe peuvent rapporter
„ ces trois paroles *ſub aſcia dedicavit*, qui ſont gravèes di-
„ verſement, ores abregèes, ores au long en tant de marbres
„ antiques. Car pour en dire mon opinion a tout evenement,
„ je ne penſe point, que les Romains ajoutaſſent à la fin de
„ leurs epitaphes ces paroles, comme ont crû pluſieurs, pour
„ montrer que le marbre, au quel elles etoient cizelèes, avoit
„ ètè curieuſement liſſè & poli avec grand diligence, attendù
„ que l'aiſcette, que l'on y voit quant & quant repreſentèe le
„ plus ſouvent, montre aſſez, outre la proprietè du mot, par
„ ſa figure, que cet outil ne ſervit jamais à quarrieur ni po-
„ liſſeur de marbre . . . . Moins eſtime je recevable l'interpre-

„ tation

(13) Ea eſt encauſtica pictura, de qua Plinius XXXV. 11. Idem XXXV. 7. eodem picturae genere [illegible] pingi innuerat.

„ cation de l'Auteur des Hieroglyphiques „ Pierium intelligit,„
„ qui dit que toutefois & quantes que le defunt avoit pourvû,
„ & mis ordre que l'epitaphe ne fut point effacè ni ôtè du ſe-
„ pulcre, ains que ſa memoire demeurât inviolable perpetuel-
„ lement, on y faiſoit graver la figure d'un aiſceau avec cette
„ clauſe *ſub aſcia dedicavit*, expoſant (14) *dedicavit* par *dedi ve-*
„ *tuit*, comme ſi c'etoient deux mots, & remarquant qu' on y
„ voit le tranchant de l' aiſceau tournè a contremont. Car il
„ eſt evident que là où les loix publiques ont ſuffiſamment
„ pourvû, il n'eſt nul beſoin que les particuliers interpoſent
„ leur autoritè. Et posè que les decedans defendiſſent par te-
„ ſtament qu' on ne dèmolit point, ni gâtât les epitaphes de
„ leurs monuments, encore ne faudroit il pas expliquer ces mots
„ *ſub aſcia dedicavit* (ou comme il ècrit, *ſub aſciam dedi vè-*
„ *tuit*) de la façon, vû que tant & tant d'inſcriptions ainſi de-
„ dièes portent le nom d' enfans morts au deſſous de l'âge de
„ quatuorze ans(15),& qui par conſequent ne pouvoient rien or-
„ donner qui valût pour ce regard, ni pur autre. „ Deinde
„ paucis interjectis concludit. „ Ce qui m'induit a croire que
„ ces paroles ne peuvent être miſes pour ſignifier ou dèmontrer
„ autre que la peine & ſoigneuſe diligence employèe a faire
„ les funerailles du dèfunt, comme ſi elles vouloient dire que
„ les parens n'ont rien omis ni laiſsè en arriere de leur devoir,
„ ains ont fait charpenter pour plus grand honneur le bois,
„ dont le corps a ètè brulè.

VIIII. *Jac. Graſſerus.*

Guichardo ſubnectendus eſt Jac. Graſſerus, qui diſſerta-tionem ſuam *De Antiquitatibus Nemauſenſibus* Pariſiis edidit an. 1607., deinde tom. 1. Sallengriani theſ. Antiquitatum in-ſerta fuit, ubi pag. 1082. E. has inſcriptiones (primam Nemauſi, reliquas Viennae) recitat: „ SEX. AVII. CA-
„ PELLIANI. LICINIA. FAVSTINA. MARITO. SIBI.
„ MERENTISSIMO. SVB. ASCIA. POSVIT. Deinde:
„ D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE. DIV. LELIAE.
„ ATILIAE. L. LEPIDVS. BASILAEVS. CONIVG. KAR.
„ PONEND. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.
Tum „ TITIAE. CATIAE. DEFVNCT. ANNORVM. VIII.
„ M. V. D. VIII. CVTIA. (corr. *Catia*) BVBATE. FIL.
„ PIISSIMAE. ET. SIBI. VIVAE. POSVIT. HOC. SAX. SVB. ASCIA.

(14) Non ita Lazius expoſuit, ſed ita putavit legi. Vide not. 5.

(15) In horum infantium tumulis eſt ſemper ad finem epigrammatis parentum aut alterius mentio, qui PON. CUR. ET. SUB. ASC. DED. Quo ſane ruit Guichardi ratiocinatio.

„ ASCIA. DED. EST. Poſtremo „ SERVI. SEVERI. F. CAS-
„ SIA . MISERA. MATER. FILIO. INCOMPARABILI.
„ ANN. XXIIII. ARAM. POSVIT. ET SVB. A. D. (16) Deinde ſic annotat, „ Aſcia magnificentiam innuit, quae a Romanis
„ in funere & monumento ſtruendo adhibita, unde Plautus
„ *opus aſciatum* vocat affabre politum, & exornatum. *Sub*
„ *aſcia autem polire* olim ſepulchralibus legibus Romae in
„ duodecim Tabulis vetitum fuit, ne in rogo & ſepulchro fa-
„ ciendo magni ſumptus fierent. Hinc etiam prohibitum, *ne*
„ *aurum adderetur, ne murrata potio mortuo inderetur, neve*
„ *longae coronae, neve acerrae adhiberentur, ne plura fune-*
„ *ra uni fierent, ne lecti plures inferrentur*; ſed priſco illo
„ & modeſto more, quem Naſo noſter *Faſtorum* lib. 2. ſequen-
„ tibus verſibus deſcribit, omnia adminiſtrarentur.

„ *Eſt honor & tumulis animas placare paternas,*
„ *Parvaque in exſtructas munera ferre pyras.*
„ *Parva petunt manes: pietas pro divite grata eſt*
„ *Munere: non avidos Styx habet ima Deos.*
„ *Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis,*
„ *Et ſparſae fruges, parvaque mica ſalis:*
„ *Inque mero mollita ceres, violaeque ſolutae,*
„ *Haec habeat media teſta relicta via.*

„ Hodie in nonnullis locis tam inſana eſt epitaphiorum
„ frequentia, ut poſteri ne quidem pro unico verſiculo ſpa-
„ tium ſint reperturi, niſi parietarias iſtas herbas, (ut Con-
„ ſtantinus de Trajano, inanium titulorum nimium ſtudioſo
„ dixit) & laſcivientes hederas, religionis dememores evel-
„ lere velint.

X. *Jac. Gutherius.*

Venio jam ad uberiores accuratioreſque formulae hujus interpretes, quorum ſignifer Jac. Gutherius, qui ann. 1638. diem ſuum obiiſſe dicitur. Is in II. de jure Manium cap. 28. ubi *de ſepulcrorum ornamentis*, noſtri argumenti haec habet,
„ Praecipuum vero ſepulchrorum ornamentum Tectorium opus
„ fuit: quare cum Solon illorum amplitudines tolleret, lege
„ ſanxit (*Cic. 2. de Leg.*) *Nequis ſepulchrum faceret operoſius,*
„ *quam*

(16) Harum inſcriptionum prima eſt apud Grut. 760. 3. cum conſueta aſcia. Altera eſt apud eumdem pag. 799. 6. Tertia quoque eſt in Grut. 709. 5. ubi numerus annorum eſt XIII., non VIII. (X & V ſcil. facile confunduntur in fugiente ſcriptura) Ultima eſt in Grut. pag. 706. 13, cum aſcia, ubi numerus annorum eſt XXIIII. Nota hoc etiam ſecundam inſcriptionem a Grut. non Viennae (ubi Graſſerus) ſed Gratianopoli poni.

„ *quam quod decem homines efficerent triduo; neque id opere te-*
„ *ctorio exornare, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi*.
„ Opere tectorio ſepulchra exornare idem eſt, quod in veteri-
„ bus Inſcriptionibus paſſim legitur SVB. ASCIA, DEDICA-
„ RE. Quae verba multis ſcriptoribus crucem infixerunt. Alii
„ ſub Aſcia dedicata credunt ea ſepulchra eſſe (*Laſius lib.* 3.
„ *Comment. cap.* 18.) quae ſub contignationibus lignorum, te-
„ cto munita ſunt, ut ab aeris injuria vindicentur. Quod qui-
„ dem tectorium ornamentum dici non poteſt, ſed Protecto-
„ rium. Guichardus ſub Aſcia dedicare ſuſpicatur eſſe, rogum
„ Aſcia polire, quod legibus XII. vetitum eſt, atque in ho-
„ rum verborum interpretatione haeret maxime. Rogum po-
„ lire lex dicit, non dedicare, quod eſt, religione aliqua de-
„ vincire(17). Dedicare ſepulchra, conſecrare recte dicimus, quod
„ rogo convenire non poteſt. Haec ut facilius ex M. Tullii
„ opere tectorio explicemus, advertendum eſt ſepulchrorum
„ perfectorum ornamenta potiſſimum contineri tectorio ſeu al-
„ bario opere, quibus aſcia adhibebatur. In albario opere,
„ maceratio calcis neceſſaria eſt, i. e. *Si calx in fornace cocta*
„ *fuerit parum, in maceratione diuturna, liquore coacta defer-*
„ *veat*; (*Vitruv. lib.* 7. *cap.* 2.) *Tum ſumatur aſcia, & quem-*
„ *admodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcie-*
„ *tur. Si ad aſciam offenderint calculi non erit temperata* (18).
„ *Ut ergo opus albarium probetur, macerata calx aſciâ dolatur,*
„ *& ſi quod aſciae adhaeret fuerit molle atque viſcoſum, con-*
„ *ſtat albariis operibus convenire*. (*Pallad. lib.* 1. *de Re Ruſt.*
„ *cap.* 14.) En aſciam in manibus habemus: maceratum hunc
„ locum, & a multis recoctum & inchoatum, placet perpoli-
„ re atque perficere, & ſub aſcia dedicare. *Aſcia* σκέπαρνον.
„ *Gloſ. vet.* dolabra eſt artificum, qua aſperitas perpolitur: ſe-
„ curis eſt, qua ligna levigantur: Tectorium opus aſciam ma-
„ gis quaerit quam ſecurim. Tectorium generale verbum eſt,
„ omnem

(17) Vides heic profecto, quid Gutherius, quid ante & poſt Gutherium ceteri τὸ *dedicare ſepulcra* ſint interpretati. At nos quid proprie iſtud ſit, tum in Diatr. de dedicationib. in *Com. ad mutilum Amphitb. Camp. titulum* diximus, tum in Curis poſterioribus quas extremae huic epiſtolae adnectemus, planiſſime docebimus.

(18) Hactenus e Vitruvio ſunt, quae ad editionem Elzevirianam Jo: de Laet multis modis emendavi. Quae porro ſequuntur, ſunt de Palladio, cujus lib. primi titulum 14. totum adſcribam, ne nimium in Gutherii ſcripta licere mihi ſinam. „ *De opere Albario* „ Opus quoque „ albarium ſaepe delectat, cui cal- „ cem debemus adhibere, quum „ multo tempore fuerit macerata. „ Ergo ut utilem probes, aſcia cal- „ cem quaſi lignum dolabis. Si „ nuſquam acies ejus offenderit, „ & ſi quod aſciae adhæret, fue- „ rit molle atque viſcoſum, con- „ ſtat albariis operibus conveni- „ re.

,, omnem enim cruſtam induci ſolitam ſignificat,eſtq;illinimen-
,, tum quoddam & quaſi incruſtatio parietum , laterum ſepul-
,, chri aut pavimenti . Hoc ſi calce pura fiebat , albarium opus:
,, ſi calce & arena , arenatum ; ſi marmore & calce , marmora-
,, tum vocatur . In albario opere ſuperbia candoris: in mar-
,, morato precium & pulchritudo operis delectat . Marmora-
,, tum calce & marmore tuſo , & triplici varietate comminu-
,, to fiebat : (19) niſi enim tectorium ter arenato & bis mar-
,, morato inductum eſſet , numquam ſplendoris habuit ſatis .
,, Experimentum marmorati in ſubigendo fuit, donec ratio (20)
,, non cohaereret ; contra in albario opere , ut calx macerata
,, ſeu glutinum haereret , *Plin. lib. 36. cap. 23.* Ex his facile in-
,, telligitur SVB. ASCIA, DEDICARE idem eſſe , ac opere
,, tectorio marmorato vel albario ſepulchra exornare . Tecto-
,, res κονιάται , qui ab albario albarii & albani dicti ſunt , *l. 2.*
,, *Cod. Theod. de Excuſat. Artif. l. 1. Cod. eod. lib. 10.* Ut alba-
,, rium opus κονίαμα : unde ſepulchra albario opere inducta
,, τάφοι κεκονιαμένοι , *D. Matth. cap. 23.* quibus ſimiles Phariſaei
,, incuſantur , qui ut Plautus *in Trucul.* loquitur , cum exor-
,, natis oſſibus & animis incedebant . Albarium opus in fra-
,, gmento veteris Inſcriptionis notavi (21) . . . . . .
,, Tectorium in alia eſt hoc modo exornatum : *Bene. memo-*
,, *randae. conjugi. dulciſſimaeque. vix. an. XX. M. V. Fl. Po-*
,, *mentius. Aur. Juſtinae. maritus . et LECTORNAM . et pro-*
,, *tector.contra.votum.memoriam.poſuit,*(*Apud Grut.DCCCXVI.5*)
,, ... Vetuſta inſcriptio interpolanda nobis eſt ; adhi-
,, benda

(19) Haec ſunt ex Plinio XXXVI. 23. *Tectorium quidem , niſi ter arenato & bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habet* : At Vitruvius VII. 3. Palladius I. 15. tria arenae coria ; totidem marmoris praeſcribunt , ut ſolidum ſit opus , & nitor tantus,ut etiam expreſſas tamquam in ſpeculo imagines intuentibus remittat .

(20) Etiam nitidam Gutherii editionem tom. XII. theſ. Graeviani monſtroſum iſtud *Ratio* pro *Rutro* foedavit , ſicut & infra *ſeu* pro *ceu*. Sed corrigantur ex Plinio ibid. unde haec deſcripſit auctor . *Experimentum marmorati eſt in ſubigendo , donec rutro non cohaereat . Contra in albario opere , ut macerata calx ceu glutinum haereat* . Plinius hoc ex Vitruvio VII. 3. didicerat . *Marmorati ita materies temperetur , uti quum ſubigitur , non haereat ad rutrum , ſed purum ferrum e mortario libretur* . Male ad recitatum Plinii locum Harduinus notavit , rutro uti ſtructores ad inducenda parietibus tectoria . Imo *rutrum* in ruſticis inſtrumentis non eſt aliud quam palae genus , Catone teſte : hinc etiam recurva illa pala , qua calx ſubigebatur , *rutrum* dicebatur , itemque *aſcia* . At quod in *Rutro* Harduinus, idem in *Aſcia* peccarunt alii , dum *aſcia* induci tectorium ſcripſerunt ; quod & Gutherius videtur crediſſe , ſi recte capio ultima Gutheriani loci verba .

(21) Eſt id fragmentum inſcriptionis utrinque mutilum apud Gruterum CLXXII. 2. quod ad *dedic. ſub aſc.* nihil attinet.

„ benda aſcia & arenæ, vel ſine calce & marmore. LECTOR„ NAM in illa ſcriptum pro TECTORNAM ſuſpicor, T „ in L commutato, quod veteres ſolebant, qui *Thelim* pro „ *Thetim* dixerunt. *Varro de R. R. III. 9.* Forte quum ſcriptum „ eſſet TECTOR. ORNAM. repetitam ſyllabam OR eliſit „ faber, & verba duo in unum tranſtulit. TECTORNA„ MENTVM vel tectorium ornamentum opus tectorium eſt, „ quo ſepulcra ornabantur. Sic marmoratum aſſulis ſeu σκύ„ ροις & fruſtulis, quae ſcalpendo marmore excidunt, fiebat. „ Haec enim fragmenta piſtillis tundebantur, & ſetaceis incer„ niculis cribrabantur. (*Philander ad Vitruvium VII. cap. 6.*) „ Hinc Plautus in Menaechmis:

„ *Securim capiam ancipitem*
„ *Et dedolabo aſſulatim viſcera.*

„ Hujus ſecuris nota haec eſt in pleriſque monumentis, quae „ in Lugdunenſi provincia viſuntur.

„ DIS  M (22)

„ Cujus figurae nota nihil aliud ſignificat, quam opus ſecuri „ dedolatum & ſub aſcia dedicatum, quod ubique vulgatum „ erat . . . . . Sed nos ſepulcra impolita & imperfecta perfi„ ciamus . . . . Perfectum opus *exaſciatum opus* dixit „ Plautus in Aſinaria ab *albario* translatione ſumta, quod „ aſcia perpolitur & perficitur.

XI. *Gerardus Jo: Voſſius.*

Ad haec Gerardus Jo: Voſſius (an. circ. 1650. demortuus) in Etymol. ſic poſuit : „ ASCIAE de notatione & etymo, „ ſic Iſidorus lib. XIX. cap. XIX. *Aſcia ab aſtulis (l. aſſulis) „ dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen eſt „ aſciola. Eſt autem manubrio brevi, ex adverſa parte refe„ rens vel ſimplicem malleum, aut cavatum, vel bicorne ra„ ſtrum*. Perotto, Hadriano Junio in Nomencl. & Fungero „ in Etymologico nomen accepiſſe videtur ab *a*, vel *ab*, & „ *ſtindo*. Sed omnino eſt a Dorico ἀξίνα pro ἀξίνη. ξ converſum „ in *cs* (*fort.* in *sc*) more AEolum, qui pro ξίφος dicunt σκίφος „ pro ξιφίας σκιφίας &c. Hinc *ſub aſcia dedicare* dicebant. De „ quo vide indicem Grut. Inſcriptionum. Ab eo *exaſciare*
„ aſcia

(22) Hanc aſciae formam Gutherius e Grutero (in quo ſaepiſſime occurrit) delineavit, quae a ceteris haud parum recedit.

„ aſcia praeparare. Ἀξίνη autem ab ἄγνυμι, i. frango, cujus
„ fut. ἄξω.

XII. *Claud. Salmaſius.*

Succedit ſummorum criticorum biga, Claud. Salmaſii & Thomae Reineſii, quorum ille an. 1652. hic 1657. vivere deſierunt. Salmaſiani loci indicium mihi fecit doctiſſimus Facciolatus in ſuo Calepino in verbo *Aſcia*. Sic ergo nobiliſſimus philologus ad Trebellii Pollionis XXX. tyran. cap. 32. ubi de Tito, ad illud *Cujus ſtatuam in templo Veneris adhuc videmus acrolitham, ſed auratam*, haec prae ceteris notavit.
„ Statuas etiam *ſub auro* decerni, & conſtitui dicebant, quae
„ auratae decernerentur. Vetus ſaxum: STATVAM. SVB.
„ AVRO. CONSTITVI. LOCARIQ. IVSSERVNT. i. e.
„ *ſtatuam auratam locari juſſerunt*. Item in alia inſcriptione:
„ STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI. TRAIA-
„ NI. SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO. RESTITVEN-
„ DAM. CENSVERVNT. *ſtatuas in auro, & ſtatuas ſub au-*
„ *ro* dicebant pro *auratis*. Haud diſſimili genere locutionis
„ hominem in armis & ſub armis i.e. armatum vocabant. En-
„ nius:
„ *Ter me ſub armis malim vitam cernere.*
„ *i. e.* malim armatum me vitam cernere. Virg.
„ - - *ſedet circum caſtella ſub armis.*
„ pro *armatus circumſidet caſtella*. Idem: *Ludunt belli ſimula-*
„ *cra ſub armis* pro armati ludunt . . . Sic Manilio *Centau-*
„ *rus ſub arcu*, & *Centaurus in arcu*, qui arcum geſtat, arcu
„ armatus: *Geminumque ſub arcu Centaurum* . . . . Vt autem
„ *ſtatuae in auro* & *ſub auro* ſunt auratae, ſic *pocula in gem-*
„ *mis* & *ſub gemmis* ſunt gemmata apud Anaſtaſium Biblioth.
„ Idem *marmora in exemplis* dixit *exemplata*, h. e. exemplis
„ & argumentis figuriſque picta. Eadem plane locutione di-
„ cebatur *ſtatua ſub auro decerni*, quae aurata decernebatur,
„ qua opus aliquod *ſub aſcia dedicari*, quod aſciatum dedica-
„ batur. De quibus loquendi generibus nos alibi.

XIII. *Thom. Reineſius.*

Reineſius autem ad inſcriptionem Valentinam Cl. XII. n. 34. quae talis eſt: D. M. ET. QVIETI. AETERNAE. EVTYCHIANI. FIL. DVLCISSIMI. QVI. VIXIT. AN. XXIII. M. I. D. IIII. ROMANVS. PATER. PON. CVR. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. ſic commentatur. „ Formulam *ſub*

„ *aſcia dedicare* non fere niſi in Gallicis, Vienn. (5. *hujus Cl.*) „ Lugdun. Valent. Nemauſ. & Narbon. memoriis legimus. Si- „ gnificarunt autem eâ, ſe marmorariis, quorum aſcia & do- „ labra λαξευτικὰ ὄργανα, faciendum locaſſe, h. e. *ab inchoato* „ opus curaſſe. Vide ad 32. Cl. II. 5. & 12. Cl. hujus. 167. 168. „ 169. Cl. XIV. (23)

XIV. *Sertorius Urſatus*.

Sertor. Vrſatus in marmoribus eruditis ad finem epiſtolae V. (quae eſt ad Ludovicum Vedrianum an. 1666.) pag. 95. haec ſcripta reliquit. „ Finalmente quello ſtro- „ mento, che lei così mi diſegna, è l'Aſcia, „ ne' ſepolcri loro frequentemente dagli an- „ tichi ſcolpita con l'aggiunta di queſte tre „ lettere S. A. D. che *ſub aſcia dedicavit* ſi „ leggono da tutti gli eſpoſitori delle ab- „ breviature, perche con le intiere parole „ ancora tal volta ne' marmi s' incontrano.



„ Aldo (24) Manuzio nel comento a Cicerone ſopra il ſecondo „ delle Leggi, ed a quella che dice *Rogum aſcia ne polito*, oſſerva „ come con quella vollero eſprimerſi i Romani, che non ſolo „ il Rogo, ma il ſepolcro ancora non doveva eſſer preparato „ con ſuperflua ſpeſa; il che quando così foſſe, ſarebbe da „ dire, che l'Aſcia ne' ſepolcri ſcolpita era teſtimonio, quel- „ li eſſer fatti ſenza profuſione di danaro, e ſecondo la diſpo- „ ſizio-

(23) Ne viri ſummi βραχυλογία te moretur: Cl. II. 32. illud eſt notabile: A. NOVO. RESt*ituit*. Cl. XII. 5. eſt Viennenſis inſcriptio talis: ANCILLIAE. MARCELLAE..., ANCILLIVS. ET. MODESTIA. MARCIANA. PARENTES. INFELICISSIMI. FILIAE. PIENTISSIMAE. P. C. ET. SVB. ASCIA. DEDICARVNT. Deinde Cl. ejuſdem num. 12. nihil aliud notandum eſt quam FECERVNT RVDEM (memoriam) A. FVNDAMENTO. At Cl. XIV. tres ſunt aliae inſcriptiones, quae *dedic. ſub aſc.* complectuntur. Num. 167. in Sabaudia: SAB. TITIOLAE... M. MATVSSIVS... CONIVGI. INCOMPARABILI. P. C. ET. S. A. D. Num. 168. Bellici: *Memoriae. aeternae. Marcellinae. Pupil. fil. Sextilius. Bellinus. conjugi. incomparab. faciendum. curavit. & ſub aſcia dicavit*. Demum num. 169. ibidem: *M. Antiſtio. Aeliano. Julia. Avita. Conjux. & Antiſtius. Atticus. & . Aelianus . patri . P . C . & . ſub. A. D.*

(24) Aldi Manucii locum ad II. de leg. ubi Paulli patris interpretationem exponit, ſupra not. 2. exhibui, ubi nullum verbum de *dedic. ſub aſcia*: quae certe formula Aldo latuit, ut qui priores hujus clauſulae notas ſingulares S. A. interpretatur *ſecundum artem* pro *ſub aſcia*, ut annotat Urſatus ipſe in De notis Rom. Et tamen ex hac Urſati epiſtola ceteri deinde bona fide adducti ſunt, ut ſcriberent, Manucio id umquam quod heic ei tribuitur, veniſſe in mentem. Vide etiam ſupr. not. 11.

„ ſizione della legge. Aimario Rivalio nelle oſſervazioni da
„ lui fatte alla prima legge delle XII. tavole, tutto contrario
„ al Manuzio, ſcriſſe che l'Aſcia ne' monumenti era teſtimo-
„ nio di molta coltura de' medeſimi, e ſpeſa conſiderabile,
„ perche nelli ſepolcri rozzi ed impoliti ella non vi ſi ritrova
„ ſcolpita. Il Pierio poi, a cui più volontieri mi accoſto,
„ vuole che l'Aſcia in quelli foſſe ſegno di memoria durabile,
„ dicendo. *In antiquorum memoriis pleriſque ſecurim & aſciam,*
„ *ſed hanc frequentius videas adſculptam, addito etiam elogio*
„ *SVB ASCIAM DEDI VETVIT, quotiens defunctus non oblit-*
„ *terandam de ſepulcro memoriam cavet, averſaque ideo ſcalpi-*
„ *tur ferri acies.* Lei ſcelga di queſte opinioni quella che più
„ ſi aggiuſta al ſuo genio, ſino a che da più felice intendimen-
„ to delle migliori ne riceva.

XV. *Jo: Baptiſta Ferretius.*

Jo: Baptiſta Ferretius Caſinenſis Muſarum lapidariarum (quod opus Veronae edidit an. 1672.) lib. 2. mem. XLVIII. ad Lugdunenſem titulum, in quo ea formula reperitur, qui talis eſt: *D. M. M. Aetenarae L. Cl. Ruſini. Cl. nunc. vvius.* (25) *ſtygias. Ruſinus. ad. umbras. Inſtituit. titulum. poſt. animae. re-quiem. qui. teſtis. vitae. fatis. ſit. lege. futurus. cum. domus. accipiens. ſaxea. corpus. habens. quodque. meam. retinet. vocem. data. litera. ſaxo, voce. tua. vivet. quiſque. leget. titulos. Rot-tio. hic ſitus. eſt. juvenili. robore. quondam. cum. ſibi. moxq..... Nutrici. Marcianae. item. Verinae. Collatia. N. . . . . . monu-menta. dedit. et. ſub. aſcia. dedicavit. Curante. Cl. Sequente patrono.* ad eum inquam titulum ſic adnotat: „ SVB. A-
„ SCIA. DEDICAVIT. vetitum lege IV. Duodecim ta-
„ bular. ne faſtu nimio ſumptuque exornarentur ſepulcra, ſed
„ ex lignis rudibus & impolitis pyra vel rogus conficeretur,
„ & haec lex ROGVM. ASCIA. NE. POLITO: & Aſcia
„ fabrorum lignariorum dolabra eſt ab abſcindendo ſic dicta,
„ & uſurpata ad ligna aſpera polienda. Idem etiam ad mem. nonam lib. 4. de lege *Rogum aſcia ne polito* ea commentatur, quae non opus eſt huc afferre.

XVII.

(25) Reſtitue ſic: *D. M. M. aeternae.* i. e. *Dis Manib. memoriae aeternae* &c. Deinde primus hexameter incipit: *Cl.* (Claudius) *hunc vivus* &c.

Videntur ſane duo fuiſſe elogia; quae quia junctim muro alicui affixa fuere, pro uno ſunt habita. Prius cum elegiacis deſinit: alterum inde incipit: NVTRICI. MARCIANAE .... COLLATIA &c. ſed ex mendoſo titulo nihil certi erui poteſt, unum, an duo epigrammata fuerint.

XVI. *Chorerius.*

Jam vero Chorerium neſcio quem Viennenſium antiquitatum deſcriptorem nec uſquam vidi, nec tanti fuit. Ejus ſententiam ex Sponio in *Recherch. des Antiquit. de Lion.* (quas nec videre contigit) infra pro me recitabit Fabrettus, nim. *aſciam* venire ab ἄσκιος, quia veterum ſepulcra ſubdivalia erant, eoque ſine umbra. Quam ſententiam reperiſſe approbatores ſuos, alibi obſervabis.

XVII. *Menetrierius.*

Et huc uſque, Tanucci doctiſſime, per ducentos amplius annos ita de hujus formulae ſignificatu decertatum fuit, nemo ut tamen in ea rei antiquariae ſummam verti putaret. At XVII. exeunte ſaeculo fuere demum, quibus id aenigma utramque paginam faceret. Et Menetrierio quidem plus cauſae fuit, cur multus in eo eſſet, propterea quod is Lugdunenſem hiſtoriam ſcriberet; qua in provincia ejus locutionis potiſſimus in ſepulcris uſus reperitur. At ſubinde exortus eſt homo Urbinas, harum ille quidem litterarum, quantum nemo alius, callidiſſimus, ſed tamen ſuis in bonos viros allultibus non raro importunior: quod hominis ingenium in hoc quoque aenigmate explicando ſe prodidit. Et bene eſt, quod bonus ille Reineſius, adverſus quem immerentem amariore ibi verbo Raphael Fabrettus utitur, jampridem deceſſerat: nihil enim, Tanucci, propius fuiſſet, quam ut cruenta illa grammaticorum praelia (cujuſmodi olim Philelphum inter & Graeculum quemdam Timotheum ſuper ſyllabae unius προσῳδία exarſiſſe audivimus) redintegrata dolerémus. Sed tamen fatendum eſt, ex horum duovirorum aetate excitata maxime fuiſſe criticorum ingenia, ut in hanc formulam ſollertius inquirerent; & jam tum crebriores quotidie ſpiſſioreſque de ea re commentationes publici juris factas. Verum his miſſis, ex Menetrierio prius hauriemus, deinde & Fabrettiana producemus. Itaque Claud. Franciſcus Menêtrier in Hiſtoria conſulari Lugdunenſi (quam an. 1696. Lugduni edidit) ſic *Praeparatione* ad eamd. hiſt. pag. 22. orditur.

„ 1. Je ne puis omettre ici une ceremonie, qui paroit avoir
„ etè ſinguliere pour nos Seguſiens & nos Habitans de Lyon.
„ C'eſt la dedicace de leurs Tombeaux, ou nous voions en
„ la plûpart la figure d'un inſtrument ſemblable a un Hoyau
„ propre a remuer la terre, au quel ils donnoient le nom d'
„ *Aſcia*, qui ſe trouve en plus de cent Epitaphes en cette ma-

„ niere

„ piere *ſub Aſcia dedicaverunt*, ou *dedicavit*.
„ 2. Je dis que c'etoit une ceremonie particuliere a ce pays,
„ parce que dans tout le grand recueil de Gruter, de Lipſe,
„ & de Smece, il ſe trouve peu d'exemples de ſemblables Epi-
„ taphes en d'autres lieux, un ſeul a Rome d'un Homme
„ que je ſoupçonne avoir ètè de ce pays, & deux ou trois à
„ Vienne, & à Valence en Daufinè, qui ſont ſi proches de
„ Lyon, qu'il eſt aisè de voir, que c'eſt de cette ville, que
„ l'uſage en etoit paſsè chez nos voiſins: autre que ceux de
„ Valence ſont nommez *Segalauni*, d'un nom qui ſemble avoir
„ la même origine que celui des Seguſiens. Quoi que j'attende
„ de donner mes conjectures ſur cet uſage dans le premier
„ Livre de cette Hiſtoire avec quelques exemples, je dois
„ ce me ſemble rechercher ici l'occaſion de cette Ceremonie.
„ Guichenon qui a ecrit l'Hiſtoire de Breſſe & de Bugey, en
„ rapporte douze exemples dans les Epitaphes trouvèes en
„ ces pays là, & copièes avec peu de ſoin, comme on peut
„ juger par les fautes, qu'il y a laiſsèes. Il y en a plus de
„ cinquantes de cette Ville dans Gruter: Monſ. Spon en a pleu-
„ ſieurs dans ſes Recherches des antiquitez de Lyon; & j'en
„ ay decouvert de nouvelles, autre celles que je donneray ci
„ apres. En voici quelques unes, qui ſont aupres de Four-
„ viere dans une maiſon nommèe l'Angelique....

D. adeſt aſcia M.

ET. QVIETI. AETERNAE. DOMITIAE. EVTYCHI. .. ANIMAE. PIENTISSIMAE. QVAE. VIXIT. ANNIS. X... III. M. III. D. XIIII. DOM..... NVS. HEVTYCHIA-NIVS. DOMITIA. MYNNE. .... PARENTES. FILAE CARISS. ET. SIBI. VIVI. P. C. ET. SVB. ASC. DEDI-CAVERVNT.

. . . .

CONIVGI. PIISSIMO. DE. SE. BENE. MERITO. PO-NENDVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.

„ 3. Voici mes conjectures ſur cette Ceremonie particuliere à
„ ce pays, dont je laiſſe le jugement & la cenſure aux ſavans de
„ l'antiquitè. J'ay dit que nos Seguſiens adoroient une Deeſſe de
„ l'Abondance, qui etoit *Segetia*, ou *Seguſia*, la quelle n'ètoit
„ autre choſe que la Terre, adorèe par les anciens infideles
„ ſous divers noms d'*Iſis*, de *Rhea*, de *Berecynthia*, de *Ma-*
„ *ter Auguſta*, *Magna Mater Idaea*, &c. Comme il falloit en
„ ouvrir le ſein pour y creuſer des Tombeaux, ou du moins
„ pour les y affermir, nos Seguſiens, qui le faiſoient avec des
„ Ceremonies accompagnèes de ſacrifices, quand c'etoit pour
„ ſemer & pour cultiver la terre, a l'exemple de ceux qui

 „ eta-

,, etabliſſoient les Colonies, voulurent auſſi obſerver de ſemblables Ceremonies pour les Tombeaux de leurs proches. (26)

,, 4. En fin, je remarque que tous le mêmes termes que l'on employoit pour les exercices de la Religion Payenne, & pour le culte des Dieux, s'employoient pour l'Agriculture, & que comme la terre levèe par le ſoc au deſſus de ſillons ſe nommoit *Ara* (27), d'ou etoit derivè le mot *Arare*, pour labourer; on donna le même nom aux Autels, qui ne furent au commencement que de terre, ou de gazon. On faiſoit donc a peu près lès mêmes ceremonies pour le tombeaux, que l'on conſacroit aux Dieux Manes, & ſur leſquels on elevoit un Autel ou Cippe quarre (28) & quelquefois rond, ſur le quel ſe gravoit l'Epitaphe.

,, 5. Nos anciens Lyonnois conſacroient donc ainſi leurs Tombeaux, & comme l'inſtrument dont ils ſe ſervoient pour ouvrir la terre ſe nommoit *Aſcia*, ils diſoient auſſi *ſub Aſcia dedicare*, pour cette eſpece de dedicace où de ceremonie.

,, 6. Nous avons un rare Monument, ou cette ceremonie eſt perfaitement bien repreſentèe, c'eſt un Cippe d'un beau marbre blanc, où Julius Marcianus Decurion de la Ville de Lyon fait lui même la ceremonie de la conſecration du tombeau de ſa femme. Il eſt vêtu en Prêtre devant un Autel, dont le feu eſt allumè, il tient en main un rameau de Verveine, qui etoit l'herbe ſacrèe, avec la quelle il fait les aſperſions ſur le feu, & au pied du Cippe eſt la figure de la Gaſche, avec la quelle on ouvroit la terre. La formule ordinaire *ſub Aſcia dedicavit*, ne s'y voit point, parce que la ceremonie y eſt repreſentèe, & il y eſt lui même conſacrant actuellement le Tombeau (29) CONIVGI. RARISSIMI.

,, EXEM-

(26) Quae heic Auctor ſubjicit de ritu deducendae coloniae, operae non fuit huc comportare, quippe trita & vulgaria, nec plane prorſus ad veritatem exacta. Satis erit Ovidii locum IV. Faſtorum, quem recitat, produxiſſe; fortaſſe in ſequentibus uſui futurum.

Inde premens ſtivam deſignat moenia ſulco,
Alba jugum, niveo cum bove vacca tulit.
Foſſa fit ad ſolidum, flores jaciuntur in imo:
Et de vicino terra petita loco.
Foſſa repletur humo, plenaeque imponitur ara,
Et novus accenſo funditur igne focus.

(27) Ubi *Ara* pro *ſulco* reperitur? nuſquam id equidem reperi.

(28) *Ara* in re ſepulcrali quid ſit, norunt eruditi. Vel vide Fabrettum pag, 107. 108.

(29) Vide id monumentum hujus epiſtolae initio. Cave autem putes ex ſacrificii iſtius habitu geſtuve quidquam colligi poſſe, quaſi is dedicationem *ſub aſcia* peragat. In extrema quidem cippi ora aſciola (ſive ſecuricula eſt; non enim probe internoſcitur) ſcalpitur. Sed nihil

„ EXEMPLI. MEIQ. AMANTISS. QVAI. VIX. MECVM.
„ ANN. XXIII. D. XV. SINE. VLLA. ANIMI. LAESIO-
„ NE. IVL. MARCIANVS. DEC. C. C. C. L. AVG. LVG.
„ . . . EQ. FVNG. (30) VIVVS. SIBI. POSTERISQ. SVIS.
„ P. C.

Adſtat

hil inde exſculpi poteſt. Ac bene eſt quod Menetrierius monuit, deeſſe in hoc cippo formulam *ſub aſcia ded.* Nam niſi caute id praemonuiſſet; cui non imponeret id quod figurae iſtius inciſor ſub ſacrificulo de ſuo poſuit, ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT? quando poſt diſertam Menetrierii confeſſionem, tamen repertus eſt Auctor *De religione Gallor.* infra producendus, qui num. 21. in ea ſubſcriptione *SVB. ASCIA. DEDICAVIT* ſic triumphat, quaſi minime ſit dubitandum, quin ſacerdos iſte in *Dedicatione ſub aſcia* peragenda ſit occupatus. Exſpecto dum ſacrifico iſti aſciam in manus tradiderint, terramque egerentem exhibuerint. At ne ſic quidem pedibus in eorum ſententiam ibitur. Mihi quidem Sacerdos iſte non alius eſt quam MARCIANVS ipſe; qui duplici honore, decurionatus & Auguſtalitatis Lugduni utebatur (ſi modo recte notas interpretor. DEC. C. C. C. L. AVG. LVG. i. e. *Decurio coloniae Copiae Claudiae Lugduni*, *Auguſtalis Lugduni*) Auguſtalitatem porro genus Sacerdotii fuiſſe nemo ignorat: eaque gratia Marcianus ſacrificans inducitur. Nam certe ſtudia & profeſſiones in epitaphiis inſculpi, lapides omnis aevi teſtantur.

(30) In marmore ſine dubio erat EQ.SING. *Equitum* porro *ſingularium* in vetuſtis titulis crebrior eſt mentio, quam ut docto Auctori id latere debuerit. Quid ii fuerint, vide praeter ceteros Fabrettum pag. 354. & ſeq. ubi ex Hygini Gromatico demonſtrat, *gradum militiae conſtituiße Praetorianae proximum, tum munere cuſtodiae, tum praetenturae vicinia*. Nec aliud addam de gradu militiae hujus, de qua copioſe ac ſcite Fabrettus loco cit.

At de originatione nominis non minor eſt quaeſtio. Reineſius quidem ad Cl. I. 16. *ſingulares* dictos putavit, quaſi *uno equo merentes*. Sed Marcellus Donatus ad Suetonium in Caeſ. cap. 39. *ſingulares* interpretatur *excellentes*. Frigida originatio. At illud minus ferendum, quod eam ſententiam rejicit, quae *ſingulares* & *deſultores* eoſdem facit. Placuiſſe videtur haec, quae a Marcello refellitur, ſententia Salmaſio, qui eam obiter firmat ad Vopiſci Carinum cap. 19. ad illud *Exhibuit & ludum Sarmaticum* &c. Eamque veriſſimam puto; quam (praeter ea, quae ibi Salmaſius affert) diſertis verbis reperi in Iſidori Gloſſis, ubi ſic legitur: *Diſſultores: ſingulares*. *Diſſultores* autem, quos gloſſographus *ſingulares* interpretatur, non alios, quam quos vetus Latium *deſultores* vocabat, fuiſſe, ex Gloſſis optimis Graecolatinis colligo, ubi ſic ponitur: *Diſſultor*: μεταβάτης. Sane μεταβαίνειν deſultorium verbum fuiſſe, ſine me docebit Salmaſius loco cit. Ergo μεταβάτης idem qui *deſultor* (qui & *diſſultor*) hic autem ex Iſidori Gloſſis non alius, quam *Singularis*.

Sane evicimus, *ſingulares* non aliud ſignificare, quam *deſultores*. Verum non adhuc expeditam puto rationem, cur *ſingulares* dicerentur. Equidem eam appellationem ab equis tranſiſſe ad equites, non dubito. Equi ἄζευκτοι erant qui ad currum juncti non eſſent. Iidem & *ſimpli* in vetete epigr. quod recitat Salmaſius dicebantur.

Lunae biga datur ſemper, ſolique
quadriga,
Caſtoribus ſimpli rite dicantur
equi.

Iidem pari ratione & *ſolitarii* vocabantur & *ſingulares*, ex eo ſcil. quod juncti non eſſent. At ea appellatio & ad eum qui equo ſingulari

 vehe-

Adſtat Sacerdotis icon ſacris operantis, & in extrema cippi ora aſciola (an ſecuricula?) ſcalpta viſitur. Videſis totius monumenti typum (qualem Menetrierius loco cit. inſeruit) hujus epiſtolae initio.

„ 7. Le Pere Claude Perry en ſon Hiſtoire de Chalon Sur-
„ ſaône, a remarquè qu' aux murailles de la Citadelle, du
„ côtè de Saint Jean des Vignes, on voit une petite ſtatue d'
„ d'une femme aſſiſe, qui tient ſur ſes genoux une Corne d'
„ Abondance, & toute ſorte de fruits. C' eſt nôtre Deeſſe *Se-*
„ *guſia*, ou *Segetia* (31) auſſi y a t'il en ce pays-là quelques
„ Inſcriptions avec la formule *ſub Aſcia*. En voici trois. . . .
„ La premiere eſt au Village de Rully . . . . VIXIT. AN-
„ NIS. XVII. MENSIBVS. V. DIEBVS. XII. PONEN-
„ DVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.
„ La ſeconde eſt . . . . au Village de S. Martin des Champs. . . .
„ HERMIANVS CONIVGI. PONENDVM. CVRAVIT.
„ ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. La troiſieme a etè tirèe
„ des anciennes murailles de la ville . . . D. M. ET. ME-
„ MORIAE. VEGETINIAE. ROMANAE. MEMMIVS.
„ RVSTICVS. MILES. LEG. V. VICTRICIS. ANTONI-
„ NIAN. CONIVGI. INNOCENTISSIMAE. LOCO. PE-
„ REGRINO. DEFVNCT. P. C. ET. SVB. ASCIA. D.

Atque huc uſque ex viri docti *Praeparatione* hauſiſſe ſufficiat: nam quae ibidem ſequuntur, merae ſunt inſcriptiones per ſaturam collectae; quarum pleraeque formulam *Dedicationis ſub aſcia* complectuntur: cujus generis paſſim per totum etiam Lugdunenſis ejuſdem auctoris Hiſtoriae lib. 1. inſperſae leguntur: quas mox in unum faſciculum colligam.

Nunc

vehebat, tranſiit, ut is & *Singulator* (in Gloſſis Gr. Lat. *Singulator* redditur *ἱππαστὴς κέλης*, i. e. *eques deſultor*: Heſychio idem dicitur *μονάτωρ*, quod examuſſim *ſingulatori* reſpondet: celebris eſt is locus Heſychii: Κέλης. *ἵππος καὶ ἱππαστὴς . . . καὶ μονάτωρ*.) & *ſingulator* inquam diceretur, & *ſingularius*, (ut in inſcriptione apud Grut. 1028. 2.) & maxime uſitato vocabulo *ſingularis*. Itidem Graecum *κέλης* & de equo deſultorio dicitur & de equite deſultore. Ergo, ut vela contraham, *deſultores* (i. e. ii qui binos trahebant equos, ut inter acerrimam pugnam, ut loquitur Livius, in recentem equum ex feſſo tranſultarent) quia binos equos, hos autem non junctos, ſed *ſingulares* trahebant, ut ex uno in alterum deſilirent, inde & *ſingulatores*, & ſaepius *ſingulares* dicti fuere: at in uno equo merentibus non erat periculum, ne *junctum* intelligeres; unde nec equi nec equites *ſingulares* dicebantur. Iidem quia prope praetorium tendebant, inde *equites ſingulares imperatoris* aut *Caeſaris*, aut *Auguſti*, ſive *Augg.* aut *Aug. N.* in elogiis nuncupantur. Haec habui, quae ex Gloſſis veteribus de notione & etymo ſingularium expiſcarer.

(31) Aut quodvis aliud numen ſcil. Pauci ſunt in nummis & anaglyptis dii, cui non cornu abundantiae adpingatur.

Nunc ad ejuſdem Menetrierii Conſularem Hiſtoriam Lugdunenſem propero, ubi diverſam ab ea, quam in *Praeparatione* docuerat, ejus formulae interpretationem ſequitur. Ergo *lib.* 1. *pag.* 52. poſtquam hanc inſcriptionem:

. . . D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE. SEXTI. TERENTI. LVCILLI. PVERI. DVLCISSIMI. QVI. VIXIT. ANNIS. XIII. DIEBVS. XXXXVII. FELICIANVS. AVG. N. VERNA. EX. DISPENSATORIB. PATER. ET SATRIA. LVCILLA. MATER. PARENTES. FILIO. KARISSIMO. PONENDVM. CVRAVERVNT. ET. SVB ASCIA. DEDICAVERVNT.

recens Lugduni effoſſam recitaſſet; in cujus inſcriptionis latere aſcia exſculpitur: inde occaſionem arripit hujus formulae fuſius exponendae. Praefatus igitur hoc myſterium latuiſſe ante ſe tum omnibus inſcriptionum collectoribus, tum etiam Gutherio, Guichardo, Kirchmanno ceteriſque rei funerariae Scriptoribus, (dum alii ſpectant ad legem decemviralem ROG. ASCIA. NE. POLEITO, alii ad Graecum *ἀσκία* referunt &c.) deinde ultimo verſu *pag.* 52. ſic orditur.

,, 1. L'inſtrument repreſentè ſur les Tombeaux des Payens n'
,, eſt pas une hache, ny une douloire a couper & aplanir le
,, bois; mais une gaſche a detremper la chaux, que l'on nom-
,, me a Paris un rabot, & en terme de Blaſon un ruſtre, du
,, mot Latin *rutrum*, ou *rutabulum*. Vitruve nomme cet in-
,, ſtrument *Aſcia*, dont il dit, que l'on ſe ſert a gâcher la
,, chaux & le mortier. *Macerata calx aſcia dolatur*, dit-il au
,, livre 7. de l'Architecture chap. 2. & c'eſt de ce mot *Aſcia*,
,, que l'on a fait le terme de gâcher, dont on ſe ſert en ce
,, pays, & non pas du mot Alleman *Vaſſer*, qui ſignifie de l'eau,
,, comme Nicod l'a imaginè en ſon Dictionnaire.

,, 2. Sidonius Apollinaris, en une lettre qu' il ècrit a
,, Secundus Apollinaris ſon Neveu, fils d' Apollinaris ſon
,, frere, nomme ce même inſtrument, *Rateau*, ou *Rabot* fu-
,, nebre; lors qu' indignè contre ceux qui avoient profanè le
,, lieu ou ètôit le Tombeau de ſon ayeul Apollinaris, qui avoit
,, ètè Prefet du Pretoire, c'eſt a dire, Gouverneur des Gau-
,, les, il dit: *Je n'ay pû retenir ma colere & mon indignation,*
,, *lors que paſſant auprès du Tombeau de voſtre biſayeul, & de*
,, *mon Ayeul, le Grand Apollinaris, j'ai aperçus qu'une troupe*
,, *d' Infidelles s' ètoit appropriè le Champ où eſt ce Mauſolèe,*
,, *& que le conſiderant comme un lieu abandonnè, ils y portoient*
,, *indifferemment les corps qu' ils vouloient inhumer, & avec*
,, *leurs ceremonies impies y creuſoient des tombeaux a ceux qu'*
,, *ils vouloient. Ut locum auderent tanquam vacantem corporum*

,, *baju-*

,, *bajuli raſtris funebribus impiare. l.3. Epiſt. XII.* Ce Saint qui
,, ètoit ſorti de Lyon pour aller a Clermont, vît de loin ceux
,, qui travailloient dans ce Champ autour du Tombeau de
,, ſon Ayeul, & mû d' indignation contre ces impies, il y
,, courut, & les maltraita: puis ètant revenu de ce premier
,, emportement, il rentra dans la Ville, & alla s' accuſer au
,, Saint Evêque Patient, de ce qu' il avoit fait, lui demandant
,, pardon. May le Saint Evêque, dit-il, bien loin de con-
,, damner mon emportement, loua mon zele d' avoir châtiè
,, ces impies.

,, 3. Voici la figure de ces inſtru-
,, ments, dont on ſe ſervoit, pour
,, ces ceremonies, tirèe d'un Tombeau
,, antique.



,, 4. C' ètoit donc la coûtume,
,, quand on conſacroit ces Tombeaux
,, aux Dieux Manes, que celui qui
,, faiſoit cette dedicace, prenoit du
,, mortier avec une Gaſche, & la
,, mettoit le premier avec ceremonie dans le creux, ſur
,, le quel on vouloit placer ce Tombeau, ceremonie qu'
,, on a retenue dans les premieres pierres des Egliſes,
,, des Monaſteres, des Palais, & des autres Edifices pu-
,, blics, où les Princes, les Prelats, & les Magiſtrats avec
,, une trovelle d'argent, prennent du mortier, & en font l'aſ-
,, ſiſe de cette premiere pierre. Voilà le myſtere de ces paro-
,, les *ſub aſcia dedicare*, qui avoit èchapè a tous nos Savans,
,, & qui n'eſt pas une digreſſion hors d'oeuvre en cette Hiſtoi-
,, re, puiſque c' eſt en cette Ville, & en cette Province, que
,, les Antiquaires ont remarquè, que l' uſage en ètoit plus
,, frequent qu' ailleurs; & dont je donne ici autant d' exem-
,, ples que j' ay pû decouvrir de pareilles inſcriptions. L'une
,, des plus conſiderables, eſt celle d'un Auguſtal, dont il ne
,, reſte, qu' une partie du nom. Elle etoit grande & ècrite ſur
,, trois grands quartiers de pierre, qui ont ètè dejonts, &
,, employez a baſtir la porte du bourg de S. Irenèe . . . . .
,, ONDANIVS. COR. . . . . IIIIII. VIR. AVG.
,, LVGDVNI. NEGOTIATOR. ARGENTARI. VASCV-
,, LARIVS. SARCOPHAGVM. S. S. (*quod Menetr. inter-
pretatur* ſuo ſumptu; *quum potius ſit* ſupraſcriptum, *ut mox*
,, INFRA SCRIPT.) VIVVS. SIBI. INSCRIPSIT. VT.
,, ANIMAE. ABLATAE. CORPORE. CONDITO. MVL-
,, TIS. ANNIS. CELEBRARETVR. EOQVE. FATO. En
,, un morceau placè plus haut on lit: IVLIVS. NVMIA-

,, NVS.

„ NVS. FRATER. POSVIT. Et au dedans de la porte : „ HAEC. OMNIA. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Avec „ une grande moulure au deſſous, qui marque, que ce de- „ voit être un ſuperbe mauſolée d'un jeune homme. . & qu' „ il y avoit là même un autel, . . ſur le quel autel l' Augu- „ ſtal avoit mis ſon nom.

Haec ſunt, quae Vir doctus lib. 1. Hiſt. Lugd. de ejus formulae ſignificatu diſputat, diverſa plane, ut initio monui, ab iis, quae in ſua Praeparatione docuerat. Qui deinde pag. 54. & ſeq. ac toto late ejus hiſtoriae libro primo (ut & in Praepar.) multa paſſim monumenta eamdem formulam continentia inſpergit: quae nequid ex viri eruditi labore depereat, contuli in ſubjacentem notationem (32) ſicui forte uſui eſſe poſſint.


XVIII.

(32) Lugdunenſes Menetrierii inſcriptiones complectentes hanc formulam (praeter eas, quae aut in ſuperioribus productae ſunt, aut infra paſſim proferentur) in unum heic faſciculum colligere ſtatui, & quidem ordine alphabetico nominum, quae primo ponuntur, obſervato.

I. Menetr. lib. 1. Hiſt. Lugd. pag. 94.
D. M. & memoriae. aeternae. Antonj. Conſtantis. Vet. Leg. XXII. Praemiſſus. (a) *boneſta. miſſione. caſtris. inter. ceteros. conveteranos. ſuos. revocatus. quique. bello. interfectus. obiit. Attia. Fiorentina. conjugi. cariſſimo. & ſibi. viva. ponendum. curavit. & ſub. aſcia. dedicavit.*

(a) Pro PRAEMISSVS lege PR. P. F. MISSVS. erat ſcil. is Antonius Conſtans *Veteranus legionis XXII. Primigeniae piae felicis*, vel *fidelis* (Nota eſt in pluribus marmoribus ea legio: exempla reperies & in his Menetrierianis, & multo plura in indic. Grut. in *Quae ad rem militarem*) *miſſus boneſta miſſione* &c. ac deinde REVOCATVS, quod alibi legitur EVOCATVS.

II. Idem in Praeparat. ad hiſt. Lugd. pag. 36.

D.  *M.*

Et. memoriae. aeternae. (b) *Mattoni. reſtituti. civis. Triboci. negotiatoris. artis. macellariae. bominis. probiſſimi. qui. defunctus. eſt. ann. XXXX. men. III. d. XVIII. Ruttonia Martiola. conjunxs. quae. cum. eo. vixit. Ann. VIIII. D. VIIII. ſine. ulla. animi. laeſione. et. Mattonius. Germanus. relictus. a. patre. Ann. IIII. Men. I. D. XII. et. Mattonius. Reſpectinus. Menſ. VIIII. fil. et. baeredes. ponendum. curaverunt. ſibi. vivi. ſub. aſcia. dedicaverunt.*

(b) Suſpicor legendum M. AT. TONI. & infra M. ATTONIVS &c. etſi Grut. 647. 5. hanc inſcriptionem referens, etiam MATTONI habeat. At apud eundem Grut. LXIV. 6. occurrit *Sex. Attonius. Privatus.*

III. Idem Praeparat. pag. 34.
D. M. et memoriae. aeternae. Aufidi. Militaris. qui. vixit. ann. XXII. cujus. ſuprema. talia. fuerunt. bic. iens. in. curam (c) *per. amnem. Arar. ſubito. caſu. abreptus. Hunc. tumulum. poſuit. L. Ignius. Chariro. ſororius. ejus. et. Claudianus. Dulcicius.*

cicius. (d) ſoror. ſibi. poſteriſq. ſuis. et. ſub. aſcia. dedicavit.

(c) Queritur heic Menetrierius pro CVRAM alios legiſſe CVRRV, alios CVRIAM, non animadvertentes CVRAM accipi *pour une ferme ſelon Ulpien en la loy Abſens* (imo in l. Heres abſens) §. *ſi quis tutelam*. D. *De judiciis*. At verba Ulpiani in ea lege haec ſunt: *Si quis tutelam vel CVRAM vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur certo loci adminiſtravit; etſi ibi domicilium non habuit, ibi ſe debebit defendere*, Quid heic CVRA cum *une ferme* commune habet? At equidem in noſtra inſcriptione CVRAM acceperim eam, unde CVRIOSI dicti fuere, qui & *Agentes in rebus* & *Frumentarii* appellabantur, qui ad principem deferebant quaecumque per privatas domos rimati eſſent; de quibus apud Tert. & in utroque Codice. *Curioſi* etiam fuere tum ii qui *curſus publici* curam agerent, tum qui *litorum*, nequis illicitas merces exportaret, l. 2. 4. 5. ult. Cod. Th. *de curioſ.* lib. 6. tit. 29. Et l. un. *Ne Praefect. Exact. vel Curioſ.* eod. Cod. *Curarum jus* in Cod. Juſtinianeo eodem pertinet. Occurrunt *curioſi litorum* Nov. un. Th. & Valent. *De trib. fiſc.* Videntur ſane in ſcholas fuiſſe diſtincti, unde *Primi ſcholarum curioſi* l. 6. *de Curioſ.* Cod. Th. Poſtremo ut *litorum curioſi* fuere, de quibus modo dicebamus, ſic, opinor, & *riparum* & *fluminum* navigabilium, qualis noſter Aufidius fuit, qui *iens in curam per amnem Ararim, ſubito caſu abreptus* eſt.

(d) *DVLCICIVS. SOROR.* Facile legerim DVLCISSIMVS SORORius. *Sororius* eſt ſororis meae maritus. Apud Grut. 1052. 11. COGNATVS. DVLCISSIMVS. SORORIO. AMANTISSIMO.

IV. Idem diſſ. *ſur l'origine de la Ville de Lyon*.

D. M. Avitiae. Severae. viva. ſibi. poſuit. poſteriſq. ſuis. adfinibus. et. libertis. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Gens Avitia eſt apud Grut. 933. 9.

V. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 124.

D. M. et. quieti. aeternae. Aureliae. Munatiae. Conjugi. cariſſimae. et. incomparabili. quae. vix. ann. XXIIII. menſ. VI. dieb. IX. Quincio. Aug. lib. tabularius. XXXX. Galliarum. ſub. aſcia. dedicavit.

VI. Idem lib. 1. Hiſt. Lugd. pag. 58.

D. M.

M. aeternae. Cl. Rufini. Cl. hunc. vivus. Stygias. Rufinus. ad. umbras. inſtituit. titulum. poſt. animae. requiem. qui. teſtis. vitae. fatis. ſit. lege. futurus. cum. domus. accipiet. ſaxea. corpus. habens. quodque. meam. retinet. vocem. data. litera. ſaxo. voce. tua. vivet. quiſque. leget. titulos. Roſſio. hic. ſitus. eſt. juvenili. robore. quondam. Qui. ſibi. moxque

Nutrici. Marcianae. item. Verinae. Conlactiae. haec. monimenta. dedit. et. ſub. aſcia. dedicavit. Curante. Cla. Sequente. patrono.

Haec allata fuit ſupra in Ferretio. Sed eſt a Menetrierio multis modis correctior: & quidem ut una ſit inſcriptio, non duae, contra ac ibi (quamvis non temere) augurabamur.

VII. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 56.

D. M. et. memoriae. aeternae. Fauſtini. M. Aureli. infantis. dulciſſimi. et. incomparabili. qui. vixit. annis. VIIII. M. II. D. XIII. qui. ſibi. ante. mortem. rogavit. quam. parentibus. ſuis. C. Jul. Maximus. filiaſtro. et. Aurelia. Fauſtina. Mater. unico. filio. deſolat. P. C. & ſub. aſcia. dedicaverunt. multis. annis. vivat. qui. dixerit. Arpagi. tibi. terram. levem.

Refertur a Grutero pag. 682. 9. cum aſciae icuncula, quae in Menetrierio abeſt. Multa autem ad hunc titulum (quem a Sponio in Antiquit. Lugdun. cap. 2. pag. 47. non intellectum conqueritur) commentatur Menetrierius, haud multo ipſe Sponio felicior.

Ac primum conjicere ſe ait, Fauſtino patrem fuiſſe alium ab Ju-

lio Maximo. Quis conjecturae locus, ubi res ipſa loquitur? nam primum Julius Fauſtinum *Filiaſtrum* appellat (vocabulum in inſcriptionibus uſitatum tum Fabrettianis, tum apud Grut. 681.8. pro *privigno:* quod retinuit ſermo Italus in voce *figliaſtro*) deinde elogii initium FAVSTINI. M. AVRELI non aliud ſignificat, quam *Fauſtini* (qui fuit filius) M. Aurelii.

Deinde mira eſt illa conjectura, quod a Fauſtina Auguſta inditum huic Fauſtino nomen putat. Nihil propius erat quam, ut a Fauſtina matre, cujus meminit marmor, filius Fauſtini nomen acquireret: cujus moris ſexcenta ſunt in ſaxis exempla.

Adhaec ex Graecis nominibus, quae in Lugdunenſibus memoriis occurrunt, fuiſſe Lugduni Graecae linguae uſum, colligit. Ἄπεροι. Ubi non ſervorum aut libertinorum Graeca nomina aut cognomina?

Poſtremo recte quidem illud ARPAGI ad ἁρπαγὴν refert. Sed immerito expoſtulat, id, ſe docente, Sponium non intellexiſſe. Nec alius, credo, intelliget, niſi porro addas, venire non ab ἁρπαγὴ ſubſtantivo, ſed a participio ἁρπαγὲις *raptus;* cujus vocandi caſus exibit in ει, ſicut a χαρεὶς fit χαρεὶ. *Multis annis vivat, qui dixerit ARPAGI* (i. e. o rapte) *tibi terram levem.*

VIII. Idem lib. 1. hiſt. Lugdun. pag. 82.
D. M. Bonae. memoriae. et. ſpei. aeternae. ſpiritu. quoq. incomparabili. Feliciae. Minae. feminae. rariſſimae. caſtitatis. exempli. affectionis. pleniſſimae. erga. omnes. homines. Julius. Primitius (fort. *Primitivus*) *Dec. C. C. C. Aug. Lugd. conjugi. incomparabili. quae. vixit. an. XXXII. menſ. V. dies. IIII. ſine. ulla. querela. ſibique. vivus. fecit. et. ſub. aſcia. dedicavit.*

Illud C. C. C. *Aug. Lugd.* eſt *Coloniae Copiae Claudiae Auguſtae Lugduni*, quod ὁλογραμμάτως reperitur pag. 83. lib. 1. apud Menetr. & apud Grut.

IX. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 60.
. . . .
. . . *VS. Feliciſſimus. Filj. et. heredes. pon. curaver. et. ſub. aſcia. dedicaverunt. curant. Salvio. Dovico. et. Glauco. tutorib.*

X. Idem lib. 1. Hiſt. Lugd. pag. 78.
Graſſiae. Deminciliae. et. . . . .
L. L. I. Heliodori. IIIIII. *VIR. Auguſtalis. Primia. Prima. matri. Kariſſimae. et. conjugi. pientiſſimo. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.*

In Grut. 418.5. eſt paullo aliter: CRASSIAE (cum tertio elemento) EMINCILLAE. LIT. HELIODOR. &c.

XI. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 78.
D. M. et. ſecuritati. aeternae. Julia. Marcia. conjunx. M. Caeſonj. viro. quondam. ſibi. cariſſimo. IIIIII. *VIR. Aug. C. C. C. Aug. Lugduni. viva. in. ſuo. poſuit. et. ſub. aſcia. dedicavit.*

Eſt apud Grut. 382.1.

XII. Idem lib. 1. hiſt. Lugdun. pag. 59.
D. M. M. Juſtini. Marcelli. infantis. dulciſſimi. qui. vixit. annum. unum. Dies XXXXVII. M. Juſtinus. Secundinus. et. Primana. Marcellina. patres. amiſſione. ejus. orbati. P. C. et. S. A. DDC.

Eſt apud Grut. 692. 1. ubi PRIMANIA pro *Primana*. Aſcia utrobique ſcalpitur.


XIII. Idem Praep. pag. 40.
D. M. et. memoriae. aeternae. Laninae. Galatiae. N. Graecae. feminae. ſanctiſſimae. quae. vixit. an. XXX. ſine. ulla. animi. laeſione. Q. Julius. Hylas. conjugi. piiſſimae. quem. tumulum. duplicem. poſuit. et. ſibi. vivus. poſteriſque. ſuis. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Eſt apud Grut. pag. 799. 1. *Tumulum duplicem* intelligo quem DISOMVM appellatum reperio in epi-

epigrammate apud Gutherium in I. De jur. Pont. 24. *P. Aelius. Venerianus. hoc. vaſ. diſomum. ſibi. et. Felicitati. ſuae. poſuit.*

XIV. Idem lib. 1. hiſt. Lugdun. pag. 116.
D. M. et. memoriae. aetern. G. Liberti. Decimani. civi. Viennenſ. naut. Ararico. honorato. utriclario. Lugduni. conſiſtenti. Matrona. Marcia. qui. cum. ea. vixit. ann. XV. menſibus. III. diebus. XV. ſine. ulla. animi. laeſione. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Refertur a Grutero pag. 428. 10. cum hac ferme aſciae icone;



apud quem haec diſcrepant. 1. C. LIBERII. Sed malo LIBERTI. ut ſit gens *Libertia*. Ceteroqui patrius caſus in ſimplex I exibat. 2 MATRONA. MARTIANI. CONIVGI. KARISSIMO. QVI. CVM. EA. VIXSIT. ANNIS. XV. &c. Vides jam plura in Grutero eſſe. LVGVDVNI. non ex errore ſcriptum fuit, nam ſic non raro in ſaxis reperitur, ut apud Grut. pag. 588. & 390. & apud Sponium pag. 171. eaque vetus ſcriptura fuit, teſte Dione Caſſio lib. XVII. τὸ Λουγούδουνον μὲν ὀνομασθέν, νῦν δὲ Λούγδουνον καλούμενον. *quod olim Lugudunum vocatum fuit, nunc autem Lugdunum.*

XV. Idem Praeparat. pag. 40.
D. M. et. memoriae. aeternae. Marcellinae. Soliciae. filiae. animae. ſanctiſſimae. et. rariſſimi. exempli. quae. . . . vixſit. annis. XXII. M. V. D. IIII. ſine. ulla. animi. conjugis. ſui. laeſione. integro. corde. felix. etiam. in. eo. quod. prior. occupavit. Martii. . VS. (fort. *Martinius* aut *M. Artinius*) *maritus. ſuae. cariſſimae. et. ſibi. vius. P. C. et. ſub. aſcia. dedicavit.*

Refertur a Grut. pag. 804. 9. in pauciſſimis diſcrepans. In eo MARCELLINAE. SOLICIAE. FILIAE videtur innui, huic Marcellinae matrem fuiſſe Soliciam.

XVI. Idem lib. 1. hiſt. pag. 54.
Salvio. . . . . . . et. ſuo. aſcia. dedicavit.

XVII. Idem lib. 1. hiſt. pag. 54.
D. M. et. memoriae. aeternae. ſalviorum. Aſteris. et. Victorinae. Conjugi. ejus. et. Victorin. filiae. eorum. Doviocus. lib. pon. curav. et. ſub. aſcia. dedic.

Refertur a Grut. pag. 953. 9.

XVIII. Idem lib. 1. Hiſt. Lugd. pag. 67.
D. M. memoriae. aeternae. Tertiniae. Victorinae. feminae. rariſſimae. ſtolatae. quondam. Spirito. incomparabili. Tertinius. Severianus. G. leg. II. Aug. cum. Paternia. (fort. *Ternia.*) *Victorina. et. Ternia. Tertinia. filis. . . . . et. S. AS. D.*

In latere dextro ΚΑΙΡΕ ΝΙΚΑCI & latere ſiniſtro ΥΓΕΙΑΙΝΕ ΝΙΚΑCI.

Refertur a Grutero pag. 563. 7. cum his diſcrepantiis: *memoriae. perenni. quieti.* (ſic) *aeternae. Tertiniae.* &c. . . . *Tertinius. Severianus. 7. leg. 21. . . . . . et. Tertinia. Ternia. filis. P. C. ET. S. AS. D.* ΧΑΙΡΕ &c.

Sane in duabus non alibi obviis voculis STOLATAE QVONDAM habebunt quo ſe exerceant rei veſtiariae ſcriptores: de quo praeſtat tacere, quam incerta dicere. Si τὸ STOLATAE in laude ponitur; quid in eo ſingulare, quum ſtola matronis omnibus communis fuerit? An potius STOLATAE heic idem quod *manumiſſae*? Prorſus ſic cenſeo. Nam ancillabus manumiſſis ſtolam conceſſam interdum (interdum, inquam, non paſſim; idque inter Victorinae laudes heic merito proponitur) fuiſſe, poſſumus ex Quintiliano decl. 342. diſcere. *Hanc, de qua quaeritur, dico voluntate tua eſſe in libertate. Hoc quomodo probo? Quo uno probari poteſt . . . . Et viden-*

tur to

te te , & ſpectante , babitu matronae fuit . Hoc ſatis erat , etiamſi poſtea nulla eſſet conſecuta . An vero majus in boc putamus eſſe momentum , ut circumverteres mancipium, aut ſi una voce liberum eſſe juſſeris, quam ſi babitum dederis , STOLAM DEDERIS? QVOD NE MANVMISSIS QVIDEM OMNIBVS CONTINGIT . Vides ut Declamatio atque haec quantivis pretii inſcriptio mutuam ſibi ac mirificam lucem affundunt . Dices , libertinis Graeca fuiſſe cognomina , aut certe barbara, non Latina, ut heic VICTORINAE. Ajo , plerumque (non ſemper) id verum eſſe . At & Victorinae huic Graecum fuiſſe antea nomen NIKACIC , latera inſcriptionis teſtantur . Quae ubi manumiſſa fuit , ſimul gentilitium Tertiniae nomen a patrono (qui videtur ei & maritus fuiſſe, uti patet ex filiarum nominibus) accepit , ſimul etiam priſtinum NIKACIC in ejuſdem ſignificationis VICTORINA commutavit . Ergo ex hac praeclara inſcriptione hoc etiam aſſequimur , unum ex manumiſſionis effectibus & hunc interdum fuiſſe ; ut Graeca antea nomina in ejuſdem ſignificationis Latina tranſirent. Poſtremo quod heic STOLATAE QVONDAM dicitur , id in ſequente inſcriptione ſine ulla ambage ſic ponitur : LIBERTAE. QVONDAM. ET. CONIVGI. CARISSIMAE .

XIX. Idem *Praepar.* pag. 28.

D. M. et. quieti. aeternae. Veriniae. Ingenuae. Libertae. quondam. et. conjugi. cariſſimae. quae. vixſit. mecum annis. XXII. M. II. D. III. ſine. ulla. animi. laeſura. C. Verecudinius. Verinus. veter. leg. XXII. P. F. conjuxs. et. patronus. et. Verecundinia. et. Verina. et. Vera. filiae. matri. Kariſſimae. et. ſibi. vivi. ponendum. curaverunt. et. ſub. aſcia. dedicaverunt.

Refertur a Grut. 567. 8. ubi ANNIS. XVII. pro XXII. Gudius adnotat, in lapide a ſe viſo eſſe VERECVNDINVS & VERECVNDINA. Hoc amplius in Grut. reperitur LEG. XXII. R. P. F. ſed corrigendum XXII. PR. P. F. Vide notata ad inſcriptionem I.

In hac porro ſemina , cui memoria ponitur , nequis putaret τὸ INGENVAE (quod ei cognomen fuit) ad ſtatum ſive conditionem pertinuiſſe ; idcirco , opinor , additum fuit LIBERTAE QVONDAM &c.

XX. Idem in Praeparatione ad finem pag. 32.

D. M. et. memoriae. aeternae. T. Vettj. Decimini. Veterani. Leg. VIII. immuni. conſularis. hominis. optimi. et. verecundiſſimi. et. probiſſimi Mercurialia. Caſata. conjugi. Kariſſimo. et. Decimina. filia. vivae. ponendum. curaverunt. et. ſub. aſcia. dedicaverunt.

Illud IMMVNI Sponius *Recb. de Lion* cap. 8. pag. 189. legionis VIII. cognomen putavit . Male . Nec tamen eam ſignificationem habet , de qua Fabret. agit pag. 449. 450. Erat hic opinor , immunitatem conſecutus beneficio Conſularis alicujus , (cujus proinde Vettius beneficiarius erat) quem conſularem tacet inſcriptio . Quod ſequitur HOMINIS OPTIMI , refer ad Vettium.

XXI. Idem in Praeparatione pag. 33.

D. M. et. quieti. aeternae. C. Victorj. . . . . uricis. ſive. Quiguronis. Civ. Lug. corporato. inter. Utric lavios. Lug. conj. . . . Caſtaurina mater. unic. filio. piiſſ. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Illud LVG. CONS. . . . eſt *Lugduni conſiſtentes* , quod frequens eſt in Lugdunenſibus.

XXII. Idem lib. 1. hiſt. Lugdun. pag. 59.

D. M. memoriae. aeternae. Quarti. Ulvj. Primitivi. Libert. Augg. Quartia. Secundilla. liberta. et. conjunx. patrono. pientiſſimo. et. ſibi. Kariſſimo. erga. ſe. bene. merenti. cum. quo vixit. annos. XXIII. M. VIII. D. XXV. Ann. XXXXVII. ſibi. viva. poſuit. et. ſub. aſcia. dedicavit.

Fore-

Fortaſſis pro AVGG. reponendum AVG. Nam ſi illud AVGG recte ſe habet, quaero ex eruditis qui ſint iſti Auguſti. Nam Ulpium imperatorem unum ſcimus, Trajanum. Quamquam ſub imperatoribus alia ſubinde atque alia imponendorum nominum conſuetudo fuit. Ut ecce hic VLPI nomen non etiam *Marci* praenomen tulit.

XXIII. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 80.
D. M. et. memoriae. aeternae. C. Vrogenii. VI. viri. Aug. Vrogenia. conjugi. incomparabili. quae. vixit. ann. XV. (ſupple *cum eo*) *menſ. IIII. dieb. V. ponendum. curavit. et. ſub. aſcia. dedicavit.*

XXIV. Idem lib. 1. hiſt. Lugd. pag. 5.
D. M. et. memoriae. aeternae. Vrogenonerti. vet. leg. XXII. P. F. Acceptia. Accepta. conjugi. cariſſimo. et. ſibi. viva. P. C. et. ſub. aſc. dedicavit.

Refertur a Grut. 570. 6. cum aſciae ſimulacro. In indice Gruteriano nominum citatur ſic: *Vrogenus Nertes.*

Atque hactenus Menetrierianas dedimus, quarum plurimae ſunt ei cum Grutero communes; qui ex Scaligero aut Paradino habuit, Paradinum videre non contigit, ſicuti nec Sponii *Recherch. de Lion*. Ex Reineſio inſcriptiones cum aſcia ſupra in Reineſio dedimus. Gruterum (ut & alios) percurrere non vacabat. Verum hae interim Gruterianae caſu ſe mihi obtulerunt. Nec dubito, quin omnes Gruterianas corraſerim, aut certe (tam productarum e Menetrierio & aliis, quam producendarum ratione habita) vix unam aut alteram fortaſſis reliquam fecerim.

1. Grut. 556. 6. Valentiae Cavarum.

D. M.

Et. memoriae. aetern. Petronj. Caſti. vet. miſſi. honeſta. miſſione. ex. leg. prim. Min. (i.e. Minervia) *exoptione proc. Ducenar. et. Vitaliniae. Florae. conjugi. ejus. vivi. ſibi. ponend. curaver. et. ſub. aſcia. dedicaverunt.*

Adeſt initio aſciae figura talis, qualis fere ſemper in Gruter. adpingitur:




2. Grut. 564. 10. Lugduni. cum aſciae figura conſueta.
D. M. et. aeternae. quieti. P. Aelj. Maximi. Polychroni. qui. vixit. annis. II. M. III. D. IIII. Aelia. Eutychiane. et. Agapetus. parentes. filio. dulciſſimo. P. C. cui. locum. are (pro *arae*) *pietati. conceſſit. Jul. Barane. Matrona. incomparabilis. ſub. aſcia. dedicatum. eſt.*

Ultimum nomen fortaſſe ſic legendum AEL. BARANE. PATRONA. &c.

3. Grut. pag. 675. 9. Lugduni. Cum aſciae figura conſueta.
D. M. et. memoriae. aeternae. Cavj. (corr. FLAVI) *Maximini. infantis. dulciſſimi, qui. vixit. annis. VII. menſ. VII. dies. XII. Flavius. Maſcel. et. Maximinia. Manſai. parentes. filio. dulciſſimo. ponendum. curaverunt. et. ſub. aſcia. dedicaverunt.*

4. Grut. 850. 4. Lugduni.

D.  M.

Et. memoriae. aeternae. Mariniae. Demetriati. Natione. Graecae. Marinius. Demetrius. ſoror. dul.

5. Grut. 678. 6. Auguſtae Taurin.
D. M. Coeliae. Severinae. quae. vixit. ann. VIII. M. IX. D. VII. filiae. dulciſſ. L. Mindius. Supernus. pater. et. Cornelia. Soteris.

Hinc quidem abeſt formula, ſed adeſt aſciae forma, qualis in ſuperiore.

Paucis deinde poſt annis (33) Raphael Fabrettus ad hoc elogium: *D. M. Salſonine. Fortunatae. vix. A. III. M. I. D. VIII. C. Salſonius. Eutychus. et. Sulpicia. Vitalis. Parentes. filiae. dulciſſimae. fecerunt. et. ſibi. et. ſuis. libertis. libertabus. Q. poſteris. Q. eorum.* in quo elogio erat haec aſciae forma, copioſe ſic ſubnotavit. „ Aſciam ſignificare „ inſtrumentum illud in ſummo lapide poſitum, quilibet in hoc ſtudio vel leviter verſatus jam novit; & Lugdunenſes praecipuè inſcriptiones declarant, in quibus, cum aſcia, „ ſollemnis illa clauſula epigraphen claudere ſolet, ET SUB „ ASCIA DEDICAVIT. Difficiles autem explicatus communem hanc clauſulam habere, docent variae atque incertae „ hactenus virorum doctorum ſententiae. Alii enim cum Manutio (34) ad Caput illud Legis XII. Tabularum reducunt, ROGUM ASCIA NE POLITO, ut ſuperfluos ſumptus hinc „ prohiberi putent: Alii cum Aimaro Rivalio, aſciam in monumentis indicem eſſe (35) *di molta coltura de' medeſimi, e ſpeſa conſiderabile, perche nelli ſepolchri rozi & impoliti ella non ſi trova ſcolpita*. Cum Pierio Valeriano alii, cautum indè volunt, non obliterandam de ſepulchro defuncti memoriam. „ Alii cum Reineſio, ſe Marmorariis, quorum aſcia & dolabra λαξευτικὰ ὄργανα, faciendum locaſſe, hoc eſt *ab inchoato* „ opus curaſſe. Chorerii in ſuis Antiqu. Viennen. hybridam



„ atque

(33) Annus, quo Fabretti immortale Inſcriptionum ſyntagma excudi deſiit, non fuit 1702. qui in operis titulo ponitur (nam certe Phil. a Turre qui an. 1700. Monumenta Veteris Antii publicavit, Fabrettianum opus ſic laudat, ut etiam paginas deſignet, ut mox in eo Auctore videbis) ſed annus 1699. qui in ejuſdem operis calce adnotatur. Credo equidem paullo ante aut poſt excuſum opus Cl. Auctorem diem obiiſſe (certe an. 1700. idem Phil. a Turre in loco mox producendo de Fabretto loquitur uti mortuo) librum vero, ſtatim ut e typographicis prelis evaſit, etſi nondum publicatum, in Philippi ejus, quem modo nominavi, manus veniſſe.

(34) Vide not. 11. & 24. ex quibus intelliges nulli ex Manuciis id veniſſe in mentem, ſed Urſati μνημονικὸν ἁμάρτημα in cauſa fuiſſe, cur ei bona fide Fabrettus crederet, & poſt Fabrettum Valbonaeſius, Muratorius, alii.

(35) Verba ſunt non Rivallii, cujus nihil exſtat Etruſce ſcriptum aut redditum, ſed Sert. Urſati Rivallianam opinionem memoriter referentis. Vide ſupra in Urſato.

„ atque argutulam ſignificationem non prætermittam , & „ verbis ipſius Sponii , qui , ut *Senex ſenem fricat*, ei plaudit, & palmam prae caeteris tribuit , ridendam , non confutandam proponam , non enim vacat deliria ſcriptorum „ perſequi ; *Monſieur Chorier* , ait ipſe Antiq. Lugdun. cap. „ IV. pag.61. , *qui a decrit les Antiquitès de Vienne* , *l'explique fort ingenieuſement* : Σκία , *dit il* , *ſignifie en Grec* ombre , *d'ou ſe fait le mot d'* ἀσκία , *& en latin aſcia* , *un lieu* „ *ſans ombre* ; *& l'on avoit accoutumè de mettre les tombeaux* „ *à decouvert* , *ou dans un lieu ſans ombre* .

„ Prima opinio non placet , quia , quod de rogo aſciâ „ minimè expoliendo ſancitur , de lignis ſcilicet cremando „ cadaveri adhibendis , nil commune habet cum ipſa cadaverum domo , quae non lignea , ſed caementitia , aut lapidea conſtruebatur , in qua nullus aſciae lignariae , de „ qua lex loquitur , locus relinquitur .

„ Secunda Rivalii explicatio eò minùs probatur, quò ipſius „ legis quam exponit menti ac fini opponitur ; (36) tranſtulit namque illud caput ex Solonis legibus de minuendo ſumptu in Funeribus, ſuis quidem verbis, ſed ad vetuſtatis „ imitationem & morem Cicero lib. II. de Legib.

„ Tertia Pierii ſi vera eſſet(37)jam in caeteris omnibus monumentis, in quibus aſcia ſcalpta non reperitur (in pauciſſimis enim extra Galliam monumentis reperitur , ut obſervat Reineſius Claſſ. XII. inſcript. 24.) de non obliteranda, „ ſed perpetuanda defunctorum memoria , ſepulchrorum magnificentiſſimorum excitatores ſollicitos minimè fuiſſe, hinc „ inferri deberet .

„ Reineſii uti poſtremam omnium , ita abſurdiorem „ ſententiam videri , invitus dicere cogor ; tum in ea parte, „ in qua, *monumenta dedicare*, idem ac ea (38) *facienda locare* „ eſſe vult ; tum ubi *aſciam* & *dolabram* , Marmorariorum ,

„ ſeu

(36) Sicut aſcia rogo adhibita ſumtuoſius funus notabat ; ſic putavit bonus Rivallius, eamdem ſepulcro adhibitam opus ſumtuoſius notare . Quid heic magnopere peccavit Allobrox ?

(37) Interpretationis ceteroqui non optimae frigidiſſima refutatio .

(38) Numquam hoc ſomniavit Reineſius vel *dedicare ſub aſcia* tantumdem eſſe quod *faciendum locare*; ſed *locaſſe* : inter quae quantum interſit , qui in Reineſii contextu non intelligit , ecquod collyrium tantae lippitudini illinam non reperio. Vel confer contextum Reineſianum : cujus λωποδύτης (majorum gentium criticis familiaris)ne fraudi ſit, cave.

„ ſeu lapidum ſcalptorum (is enim λαξόντης) inſtrumenta eſſe „ ait, quod nunquam ſatis probabit (39).

„ Quid lucis igitur in tantis inſcientiae tenebris, in qui- „ bus egregii viri caligarunt, ingeniolo meo affulgere poſſe „ ſperem? Suſcepta tamen provincia, quae me ſilere non „ permittit, utinam aliquid ſilentio melius a me extorqueat. „ Praemittenda autem aliqua ſunt noſtrae interpretationi; „ ſcilicet, antiquas Romanorum leges, quas in ſummam re- „ digit Cicero loco laudato, ubi de Civibus letho datis tumu- „ landis agunt, *ſumptum in ollos* minuendum decernere; „ ideoque, ut ſubdit Cicero, *illius legis interpretes quo capi-* „ *te jubentur ſumptus & luctum removere a deorum Manium* „ *jure, hoc intelligunt, in primis ſepulchrorum magnificen-* „ *tiam eſſe minuendam*; quod ipſum ſervatum fuiſſe ait Ser- „ vius ad lib. VI. Aeneid. verſ. 226, *ut pro qualitate perſonae* „ *Sepulchra etiam vel minora, vel majora fierent*: atque etiam „ apparet ex reſponſis veterum Iuris Prudentum, qui *proba-* „ *bilem modum faciendi monumenti ſumptus* agnoſcunt in l. „ hereditas 50. D. de petit. her. qualem ſcilicet modum Di- „ vos Fratres praeſcripſiſſe refert Capitolinus, iis verbis, ma- „ lè a quibuſdam intellectis, & optimè ab eruditiſſimo Jaco- „ bo Gothofredo in Cod. Theodoſ. lib. IX. tit. 17. de Sepulchr. „ viol. interpretatis, *Tunc autem Antonini leges ſepeliendi ſepul-* „ *chrorumq. acerrimas ſanxerunt; quandoquidem caverunt, ne* „ *uti quis vellet, fabricaret ſepulchrum, quod hodieq. ſervatur.* „ Ex quibus miror de Kirchmanno aſſerente lib. III. de Funer. „ cap. XVI. ſepulchrorum aedificandorum amplitudinem, & „ magnificentiam, Athenis quidem certis legibus fuiſſe in- „ hibitam, Romae cujuſque arbitrio relictam. Nam ultra „ praemiſſa, Cicero Ep. VII. lib. XII. ad Atticum legis qui- „ dem verba ignorat, quam ſibi mittendam jubet, ſumma- „ tim verò ita ſententiam attingit, *quo plus inſumptum in* „ *monumentum eſſet, quàm neſcio quid quod lege conceditur,* „ *tantumdem populo dandum eſſe*: quocirca, ut legem hanc „ ſumptuariam eludat, de Fano ſibi aedificando proponit, „ *Fanum fieri volo, neque hoc mihi erui poteſt: ſepulchri ſimi-*

„ *litu-*

(39) Magno illi critico ſupervacaneum videbatur id probare, quod vel ſemidocti norunt. De quo quande hodie ſunt qui adhuc addubitent; id jam ſuo loco invictè probabitur.

„ *litudinem effugere non tam PROPTER POENAM LEGIS ſtu-*
„ *deo, quàm ut maximè aſſequar ἀποθέωσιν, quod poteram, ſi*
„ *in ipſa Villa facerem.* Quae forſan ratio fuit, cur tot per
„ Agrum Romanum ſplendida monumenta, supernè Fani
„ ſpeciem retineant, tumulis, & loculis in hypogæo abſcon-
„ ditis. Majora itaque Sepulchra nec niſi ſummo genere
„ natis, aut ob geſtos Magiſtratus illuſtriſſimis viris indul-
„ genda, ea erant, quæ ex lapide conſtruebantur, ſtatuiſ-
„ que, & columnis ornabantur; cujus generis ſunt ea, quo-
„ rum adhuc reliquiae apparent in Caeciliae Metellae Sepul-
„ chro Viâ Appiâ, C. Ceſtii Epulonis Viâ Oſtienſi, C. Publi-
„ ci Bibuli ſub Capitolio, Plautiorum Viâ Tiburtinâ, &
„ Gentis Ruſticeliae nuper ſub Doliolo monte detecto, ut alia
„ quamplurima paſsim obvia, tanquam ad incertos pertinen-
„ tia omittam. Minora Sepulchra, mole & ſplendore modi-
„ ca, & proinde frequentiora, è lateritia ſtructura conſta-
„ bant, elegantiâ quidem operis materiem ſuperante. Un-
„ de ii, quibus ex mediocritate conditionis marmoreos tumu-
„ los condere non permittebatur, lateritios, quorum plures
„ in praecipuis Viis videmus, & admiramur, exquiſitâ arte
„ ſtatuebant; atque in moderationis ſuae teſtimonium, for-
„ ſanque in magnificentiae in modico quaeſitae jactantiam
„ quandam, & oſtentationem, ſe SVB ASCIA, hoc eſt ope
„ ac miniſterio ſolius aſciae, non alterius λαξευτικοῦ ὀργάνου (con-
„ trà prorſus ac Reineſius opinatus fuit) opus conſummaſſe
„ inſcribebant. Probabile igitur eſt, hanc mediocritatis lau-
„ dem circumſpexiſſe Lugdunenſe hoc monumentum ſub aſcia
„ pariter dedicatum; de quo apud Sponium Recher. de Lion.
„ pag. 226.

„ D. M.
„ IOVINO. VALERIONI. VET. EX. LEG. I. M. (i. e. *Minervia*) IV-
„ LIA. MATERNA. CONIVGI. INCOMPARABILI. MEMO-
„ RIAM. POSVIT. E. MEDIOCRITATE. SVA. ET. SVB.
„ ASCIA. DEDICAVIT.


„ Planius hoc fiet, ſi aſciam iſtam, non eam qua Fabri li-
„ gnarii ad ligna utuntur, ſed aliam, quae eodem nomine,
„ eâdemque figurâ, longiori tantùm haſtae infixa, ad ma-
„ cerandam, & ſubigendam calcem arenae commiſtam mu-
„ rariis fabris hodiedum inſervit, eſſe intelligamus: calcem

„ enim

„ enim ita *aſciari*, & a ſuis calculis & ſcabritie purgari, tra-
„ dit Vitruvius lib. VII. cap. II. dorſo ſcilicet aſciae curren-
„ tis & recurrentis maceratione procuratâ.

XVIIII. *Philippus a Turre.*

Fabrettum pone ſequitur nobilis cum primis ἀρχαιολόγος Philippus a Turre Adriae in Venetia Epiſcopus, cui contigit a viro laudato laudari, Jacobo Facciolato viro doctiſſimo, qui Philippi elogium pertexuit. Is in monumentis veteris Antii, quae an. 1700. publici juris fecit, ad inſcriptionem M.Aquilii cap.2. pag. 21. ea de *Aciſculo*, cognomine gentis Valeriae, differit, quae ab hoc argumento non ſunt aliena. „ Sex denarios exhibet tabula illius familiae (*Vale-*
„ *riae*) pag. 281. (*apud Urſinum*) impreſſos nomine L.Valerii
„ *Aciſculi*. Horum quinque delineatum oſtendunt inſtrumen-
„ tum quoddam fabrile, quod ipſe Urſinus *Malleum* eſſe pu-
„ tat...Alterum eorum excudimus,in quo
„ ipſum inſtrumentum, inter cetera ma-
„ gis conſpicuum & grandioris formae,
„ repraeſentatur, circumſcripto, in me-
„ dio coronae querceae, vocabulo: ACI-
„ SCVLVS. Sirenem, quae in ſecundo ex
„ iiſdem nummis viſitur, a L.Valerio im-
„ preſſam exiſtimat idem Auctor, ut ea
„ ſignificaretur, Aciſculos Acidis fluvii,



„ atque ejus in Sicilia regionis, quam Sirenes tenuerunt, ac-
„ colas aliquando fuiſſe, indeque profectos, Sabinum agrum
„ primò tenuiſſe, deinde Civitatem Romanam adeptos eſſe.
„ Ex *Mallei* verò ſigno conjici poſſe arbitratur, Valerium
„ hunc Praefectum Fabrûm fuiſſe, cum illud ejus officii ſym-
„ bolum in veteribus monumentis obſervaverit. At haec co-
„ gnominis originatio longè ſatis petita eſt, imò & durius de-
„ torta, ut videtur. In Gloſſis Iſidori eſt *Aſciculus*, *Aſciola*
„ *Dolabra*. Joannes Meurſius par.2. *exercitat.critic.*l.1.cap.10.
„ recte legit *Aciſculus*. Hinc *Aciſcularius* in gloſſis a Stepha-
„ no editis dicitur λατόμος, is nempe qui ſaxa in lapicidinis
„ excindit. At verò eidem Iſidoro paullò poſt *Aſciſcolum*, vel
„ ut pariter emendat Meurſius, *Aciſcolum* eſt *Malleolum* ſtru-

 „ cto-

„ ſtorum ; quamvis haec verba omninò abſint ab Iſidoro, quo
„ utor emendatiſſimae editionis Colonienſis (40) anni 1617.
„ Quod ſi *Aciſculus* idem eſt (41) ac dolabra, quomodo malleo-
„ lum eſſe poſſit, neſcio. Ab *Aſcia* utique nomen derivatum. At
„ Aſcia vel fabrile inſtrumentum eſt ad ligna polienda, & levi-
„ ganda; vel ad macerandam & ſubigendam calcem. Priorem
„ ſignificationem deprehendimus in lege 10. duodecim Tabu-
„ larum cap.2. *Rogum aſcia ne polito*. Utramque uſurpat Vi-
„ truvius lib.7. cap.2. his verbis. *Sumatur aſcia, & quemad-*
„ *modum materia dolatur* (en dolabram ad ligna polienda)
„ *ſic calx in lacu macerata aſcietur*. Neutra igitur malleo con-
„ venit. Aſciae figuram Cl. Raphaël Fabrettus exhibet, ex-
„ ſculptam veteri ſaxo cap.3. Inſcriptionum, quas nuper pu-
„ blicavit pag. 203.... Aſciae hanc formam reperies etiam
„ apud Gruterum (42) Inſcript.10.pag.664.9.675.& 9.682.&
„ fortè aſcia lignaria, non ſecuris, ut placet ipſi Grutero, eſt illud
„ inſtrumentum (43) quod primum in tabula 2. pag.644. de-
„ pictum conſpicimus, cùm proximè imaginem reddat illius,
„ quod hodie etiam *Aſcia* vulgò appellatur, convenitque de-
„ ſcriptioni Iſidori originum lib. 19. cap. 19. Itaque inſtru-
„ mentum in nummis gentis Valeriae expreſſum, *Aciſculus*
„ eſt, ſeu parva *Aſcia* poliendis vel dolandis lignis deſerviens.
„ Sanè idcircò *Aciſculus* ſolitariè ſcriptus fuiſſe videtur in no-
„ ſtro denario, ut deſignaret nomen adiecti inſtrumenti. Per-
„ peram verò malleum eſſe putavit Urſinus, qui ſi denarios
„ jam indicatos gentis Policiae attentiùs obſervaſſet, figu-

„ ram

(40) Abſunt quoque ab Iſidoro meo rariſſimae editionis Pariſinae a Monacho Jac. Du Breul procuratae an. 1601. cum notis Griali: ſicut & a Gloſſario Iſidori, quod eſt ad calcem *Auctor. L.L. Dionyſ.Gothofr.* & ab excerptis Pythoeanis ibidem; & a quibusvis aliis Gloſſarum συναγωγαῖς quas viderim.

(41) *Quod ſi Aciſculus idem eſt ac Dolabra*) Ex Gloſſis Iſidori (in quibus ponitur: *Aſciculus: Aſciola, Dolabra*) id collegit Noſter. At nollem eum ſtatuere *Aſciam & dolabram* (affinia ceteroqui inſtrumenta) plane eadem fuiſſe: deinde ſive *dolabram* ſive *aſciam* nihil habuiſſe cum *malleo*, aut ſaltem *marculo* commune. Nam & aſcia & dolabra ex una parte ad caedendum, ex altera ad tundendum non raro comparata erant. Vide quae mox ſequuntur apud Noſtrum: plane duo, quae dixi, παροράματα in eo deprehendes.

(42) Harum inſcriptionum Gruter. τριάδα jam ſupra retulimus: prima occurrit in not. 32. eſtque inter Gruterianas altera, quae incipit *P. Aeli Maximi*: altera eſt ibidem inter Gruterianas tertia: poſtremo tertia eſt ibidem inter Menetrierianas num.VII.

(43) Ei ſimile, quod in Urſato & alibi exhibuimus.

„ ram malleoli omninò ab aciſculo diverſam reperiſſet. Eam „ delineavi in tabula (44) n.1. ut quiſque cum aciſculo comparare poſſit. Similis mallei forma paſſim Vulcano tribuitur „ in veterum monumentis. Et Cabiros, qui Vulcani filii ſunt „ habiti, eundem plane geſtare videas in duobus nummis „ Theſſalonicae apud Patinum de numiſm. Imp. p. 290. & 291. „ Ab *Aciſculo* igitur cognomen familiae Valeriae inditum, „ ideoque in nummis illud inſtrumentum fabrile exculptum. „ Porro & Quintilianus lib. 6. cap. 3. Aciſculum inter cognomina Romana refert, idemque illud eſt nobiliſſimi martyris Cordubenſis, de quo Prudentius *Periſtephan. hymn. 7. verſ.* „ 19. *Corduba Aciſclum dabit, & Zoellum*. Gratiam ab Hiſpanis aliquam me initurum ſpero, ſi hunc martyrem genti „ Valeriae (45) ex dictis, adſcribi poſſe moneam.

Idem gravis auctor pag. 355. ubi de Colonia Forojulienſi, ad hoc Aquilejenſe epigramma „ *Cervonia. Tiche. V. F. ſibi. et. „ lib. libq. poſtq. eor. ſi. quis. hanc. arcam. ſive. hoc. moniment. „ vendere. aut. emere. aut.* EXACISCLARE. *volet. tum. poenae. „ nomine. HS. XX. Reip. Aquil. dare. debebit.* „ haec ſane quam bonae frugis habet, quae & noſtrum argumentum propius ſpectant. „ Vox illa EXACISCLARE . . . inſolentia & novitate „ viam moratur, poſcitque explicationem. Cùm pridem ſalivam moviſſet, atque ideo Fabrettum, qui dum viveret mihi ſaepe lapidum Oedipus erat, conſuluiſſem, ſcriptoreſque „ an-

(44) Malleus ibi a noſtro Epiſcopo delineatus eſt utraque parte capitatus, & cylindricus; itaut forma & nomine reſpondeat ei, quem noſtri homines *Maglio* appellant. Quod ſi vere ea propria eſt *mallei* forma: reſtat ut altera forma (quae ex una parte capitata eſt, ex altera roſtrum aut ſimplex aut bicorne gerit) ſit *marculi* ſive *marcelli*; quem poſterior Latinitas *martellum* dixit, quod & regum Francorum cognomen fuit. Ftiam apud Grut. pag. 644. tab. 1. quinto loco inſtrumentum ſcalpitur, quod ei *malleus capitatus* dicitur: ſatis erat *malleum* dixiſſe, ſi hic plane idem ac quem *maglio* appellamus.

(45) S. Aciſclum ex gente Valeria fuiſſe, non eſt ἐκ τῶν ἀδυνάτων. Sed non magis id praeſtabit vir doctus, quam ſe propter *Philippi* nomen de gente Marcia fuiſſe. Sane a cuſo hoc gentis Valeriae denario ad S. Aciſclum Mart. (qui ſub Diocl. & Maxim. anno 303. paſſus dicitur) quadringenti prope anni interceſſerunt. Credibile ne eſt, *Aciſculorum* cognomen tamdiu in gente Valeria perduraſſe? At ſcimus, non modo tertio & quarto, ſed & altero Chriſti ſaeculo nominum rationem longe aliam, quam in libera rep. fuiſſe. Diverſa in eadem domo familiaque filii a parentibus, fratres a fatribus cognomina gerebant. Ut vaniſſimum ſit ex *Aciſcli* nomine ſtatim hunc Martyrem ad gentem Valeriam referre.

„ antiquitatum & Lexicographos intentè perluſtraſſem, non „ modò interpretationem, ſed ne veſtigium quidem ullum „ vocabuli aſſequutus ſum. Unus Sponius hanc ipſam inſcri- „ ptionem ex ſchedis Equitis Urſatti producens, Miſcellan. „ erudit. ſect. 9. pag. 294. verbo nodum extricat: *obſervanda*, „ inquit, *vox antiqua* exanciſclare *pro diſtrahere*. At parum „ feliciter, ſi potior eſt noſtra conjectura inferius exponenda. „ Perperam quoque addidit literam N; & caput non ſuum in- „ ſcriptioni affixit, *Patroclorum Ulpius Priſcus animae meren-* „ *ti* Cervonia Tyche &c. Ea enim ſunt verba alterius inſcri- „ ptionis Aquilejenſis, quae in collectione Capodalei legitur. „ Notanda iterum eadem vox *exaciſclare* in alio Epitaphio A- „ quilejenſi. *Atiliae. Oneſimeni. cum. qua. vixi. annis. XV.* „ *conjugi. cariſſimae. C. Julius. Epictetus. qui. et. fato. vivus.* „ *poſuit. et. ſibi. ſi. quis. poſt. dua. corpora. poſita. hanc. ar-* „ *cam. aperuerit. aut. exaciſclaverit. et. aliut. corpus. po-* „ *ſuerit. in. F. L. El. Conſ. M. N.* In poſtremo verſu medias „ literas vel culpa exſcriptoris(46) vel injuria temporum igno- „ rabi-

(46) Dum de culpa exſcriptoris expoſtulat doctiſſimus Praeſul, plane fatetur, a ſe non viſum lapidem: de quo doleo. Nam ſi inſpexiſſet, medicinae me hoc qualicumque labore liberaſſet. In ſaxo nihil deerat praeter caninam litteram, quam vel delevit antiquitas, vel evanidam non vidit exſcriptor; qui etiam, ratus illo extremo verſu eſſe ſingulares litteras, interpunctiones de ſuo adpinxit. Eum ſane inſcriptionis locum ſic Noſter litteris majoribus exhibet: I N. F. L. EL. CONS. M. N. Nullae ibi *mediae litterae, quas vel culpa exſcriptoris, vel injuria temporum ignorabiles fecerit*, praeter R, quod in illo majore interſtitio inter prius L & E fuerat. Ceterum ſublatis interpunctionibus, & priore L in E, poſteriore in T commutato, ac ſuppleto ut diximus R; prodibit integrum INFFRET. Sequitur deinde CONS cum lineola ſuperne: quod CONS*ulari* ſignificat. Intelligitur autem CONS. VENET. ET. HIST. (ut alibi eſt apud Grut. 285, 2.) i. e. *Conſularis Venetiae & Hiſtriae*, cui ſuberat Aquileia, in qua haec inſcriptio reperitur. Quod ſequitur M. N. ſignificat *mille nummum*. Dicat aliquis, recte dici *inferet* tot millia *aerario* aut *arcae pontificum* &c. non autem de perſonis, puta *inferet Conſulari*. Verum in Grut. 861. 13. poena ſic concipitur: *Si quis &c. inferet. Virginib. V. ſtalib.* H-S. XX. N. Nec dubito, quin alibi pluries his aut illis perſonis aut magiſtratibus poena inferri jubeatur.

Sane de celebri hac in inſcriptionibus poena *ſiquis &c. inferet* &c. nihil in tit. Dig. & Cod. *de ſepulchro violato* (nec alibi) reperies; quo tit. multus eſt de actionibus in ſepulchri violatores, deque poenis ſermo. Niſi ſiquis huc pertinere velit illud Macri l. 9. eod. tit. ubi ait: *De ſepulchro violato actio quoque pecuniaria* (nam criminalis plerumque erat) *datur*. Sed dubitari heic poteſt, utrum ea poena (quae in hac & aliis inſcriptionibus reperitur *Siquis &c. inferet* &c.) ad omnes pertineat, an tantum ad here-

„ rabiles fecit.Hoc certum continere poenam.Prima nota INF.
„ ſublata interpunctione, explicatur, *inferet*, ultima M. N.
„ indicat *Millia Nummum*. Ut ſit ſenſus: *inferet poenae no-*
„ *mine arcae Pontificum*, vel *aerario*, ut expreſſum eſt in aliis,
„ tot *millia nummum*. Itaque *exaciſclare* verbum eſt ab *Aſcia*,
„ *Aciſculo*, ſeu *Aciſclo* derivatum. In diſſertatione M. Aquilii
„ pag. 21. dixeram Vitruvio *Aſciam* eſſe inſtrumenti genus
„ ad ſubigendam & macerandam calcem. Praeterea in gloſſis
„ Iſidori *aſciam* & *aſciolam* vocatam quoque *aciſcolum* & *aci-*
„ *ſclum*(47)& *aciſcularium* dici lapidicidam. Rurſus Meurſium
„ exercit. crit. part.2. cap.10. legiſſe in eiſdem gloſſis, *Aci-*
„ *ſculum* eſſe malleum ſtructorum. Fabrettus cap. 3. pag.205.
„ formulam hanc *ſub aſcia*, frequenter inſcriptionibus ſepul-
„ cralibus uſurpatam, ſignificare ait, monumenta & ſepulcra
„ ex lateritio opere, quibus inſculpta eſt, ſolius *aſciae* ope &
„ miniſterio conſtructa fuiſſe. Si quis igitur monumentum,
„ *aſcia* ſeu *aciſclo* conſtructum deſtruxerit,(48)fregerit,vel quo-
„ quo

heredes. Sane non alios quam heredes ea poena teneri cenſeo; nam ridiculum eſt, poſſe a privato quoquam legem univerſalem condi. Deinde & huc facit l.3. §.3. tit.eod. ubi Ulpianus ſic ad Edictum commentatur: *Siquis in hereditarium ſepulchrum inferat, quamvis heres, tamen poteſt ſepulchri violati teneri, ſi forte contra voluntatem teſtatoris intulit: licet enim cavere teſtatori, NEQVIS EO INFERATUR, ut reſcripto Imp. Antonini cavetur: ſervari enim voluntatem ejus oportere*. Poſtremo (ne legum cupidos adoleſcentes, quibus haec ſcribimus, longius teneam) haec ſunt *legata poenae nomine*, de quibus vide Inſtit. §. ult. tit. *De legatis*, & tit. Dig. & Cod. *De his quae poenae cauſa relinquuntur*: quae legata *plurimis principalibus conſtitutionibus* (quorum impp? non enim dicit Auctor Inſtitutionum: ſed Capitolinus in Pio c.8. ab hoc primum ea prohibita narrat: at irrito, opinor, effectu, quoniam in ſaxis nuſquam non ea occurrunt; & ex l.2. eod.tit. colligo, divos Sever. & Antonin. ea rata habuiſſe) improbata, revocavit Iuſtinianus. In hac quidem inſcriptione illud POENAE NOMINE, non expreſſum, ſupplebis ex aliis millenis, in quibus diſerte id ponitur; ut in ſuperiore apud Phil. a Turre SI. QVIS . . . EXACISCLARE. VOLET. TVM. POENAE NOMINE &c. Quum ergo legatum poenae nomine non niſi heredem ſpectet (ſic enim definitur in Inſt. loc. cit. *Quod coercendi heredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat aut non faciat: veluti ſiquis ita ſcripſerit*: Heres meus ſi filiam ſuam in matr. Tit. collocaverit, *vel* . . ſi non coll., decem aureos dato) conſequens eſt, illud SI QVIS &c. INFERET &c., quod eſt in ſaxis obvium, non alios quam heredes tangere.

(47) In Gloſ. Iſidori nec *Aciſcolus* eſt (ſed *Aſciculus*) nec *Aciſclus*: ceterum non dubito, quin *Aciſculus* etiam *Aciſclus* diceretur; uti liquet ex Prudentii verſu; quem Noſter ſupra produxit: *Corduba Aciſclum dabit & Zoellum*.

(48) Tò *exaciſclaverit* non puto eſſe *deſtruxerit*, *fregerit*, *aut quoquo modo diſſolverit*, uti Phil. inquit

„ quo modo diſſolverit, is monumentum *exaciſclare* dicetur.
„ Nam particula *ex* contrariam actionem ſaepiùs deſignat, ut
„ *exarmare*, *exheredare*. Cum in ſecundo C.Julius ait, *ſi quis*
„ *arcam aperuerit*, *aut exaciſclaverit*, *& aliud corpus poſuerit*,
„ manifeſtum eſt, prioribus utriſque verbis vetaſſe aperitio-
„ nem & diſſolutionem arcae, ne aliud corpus inferretur. Ita
„ uſitatiori vocabulo in 4. pag. 383. apud Gruterum dicitur.
„ *Si quis autem infringere vel aperire auſus fuerit* &c. Quò reci-
„ dunt hae aliae formulae, pag. 1056. 1. *Hic ſi quis removere*
„ *vos quaeret*, *aut aperire*, *aut aliud corpus invehere* &c. Pag.
„ 825. 8. *Huic monumento manus qui intulerit* &c. Paſſim ve-
„ rò *violari* prohibentur tituli ſepulcrales & monumenta.

XX. *Joannes Mabillonius*.

En Alpes iterum tranſmittendae, TANUCCI: de Italià in Galliam Te volo, ubi haec quaeſtio diu ſubſtitit. Ac primum illud Galliae lumen Joannes Mabillonius in medium prodeat. Is in celebri epiſtola *Euſebii Romani* (49) *ad Theophilum Gallum de Cultu Ss. Ignotor.* (edita Pariſ. an. 1705.) num.XXII. ſic orditur „ Jam tempus eſt, ut de duabus iſtis
„ inſcriptionibus, quae huic epiſtolae occaſionem praebue-
„ runt, paucis ediſſeram. Prima ante triennium (50) re-
„ perta

terpretatur; ſed ſicut APERUERIT ad clavi aperientem refertur, ſic *exaciſclaverit* ſpectat ad violentam apertionem, quae ope *aciſculi* fiebat; quo inſtrumento quae adplumbata erant, aut aliter ferruminata, replumbabantur. Nec tantum praecedens *aperuerit* meam expoſitionem firmat, ſed multo magis quod ſequitur ET. ALIUT. CORPUS.POSUERIT., nec enim in deſtructa & diſſolutà arca poterat aliud corpus collocari.


(49) Euſebius Romanus non eſt alius, quam perſonatus Mabillonius. Cur Euſebii potius quam quodvis aliud ſibi nomen indidit? An ad amoliendam ab argumento epiſtolae impietatis notam? an quod in inſcriptione CASONIAE aut potius CAESONIAE DONATAE, quae epiſtolae occaſionem praebuit, hic reperitur EUSEBI? de quo vide quae mox adnotabimus.

(50) Detectae hujus arcae epocham ignoravit Mabillonius. Menetrierius, qui ſuam hiſtoriam Lugd. an.1696. edidit (quam excudere coeperat an. 1694. uti poſt dedicationem adnotatur) eam ad ſe miſſam (quam pridem, non dicit) producit in ſua Præpar. pag. 38. & ſeq. ab eo tempore ad ann. 1705. (quo epiſt. *de cultu SS. Ignot.* Pariſ. prodiit) anni ſunt minimum decem. Niſi forte ea non ſit prima epiſtolae ἔκδοσις, aut vero eam vir Cl. jam antea ſcripſerit. Sed Fabrettum tamen Mabillonius citat, cujus opus, etſi an. 1699. excudi deſiit, tamen non ante an. 1702. publicatum fuit. Ita *triennium* inſcri-

„ perta eſt in agro Veſontionenſi, nempe in vico ſancti Fer-
„ reoli. Illic tumulus magnae molis defeſſus, in quo loculus
„ plumbeus (quod inſolitum mihi videtur) cadaver continens
„ habebatur. Lapidi inſculpta erat litteris Romanis, quarum
„ nonnullae detritae, haec inſcriptio (51) AVE. EVSEBI. CA-
„ SONIAE. DONATAE QUAE. VICXIT. ANNIS. XXXXVII...
„ D. XI. HORIS IIII. CANDIDVS. AVG. PII (52) VERNA.
„ EX. TEST. CONIVGI. BENE MERENTI POSVIT. EV-
„ SEBI (53) HAVE. ET. VALE LOC. (54) LIB. Appoſitum erat
„ qua-

ſcriptionis tueri vir doctus nullo modo poteſt. Sed tricarum ſatis: in quas ſtudium detegendi annum ſcriptae a Mabillonio epiſtolae jme conjecit.

(51) Menetr. allatam ſibi ſepulcri hujus recens detecti deformationem exhibet pag. 38. 39. *Praeparationis ad Hiſtoriam Lugd.*, in quo quia paucula quaedam diſcrepant a Mabillonio, non erit alienum heic idem ex Menetrierio afferre. Fines verſuum aſteriſcus indicabit. CAESONIAE. DONATAE. QVAE. VIXSIT. ANNIS * XXXXVII. M. . . . D. XI. HORIS. IIII. CANDIDVS. AVG. * PII. VERNA. EX. TEST. CONIVGI. BENE. MERENTI. * POSVIT. EVSEBI. HAVE. ET. VALE. * LOC. LIB. Deinde latere dextro VALE. EVSEBI. ſiniſtro AVE. EVSEBI. Adſunt quatuor aſciae tales, ut a Menetrierio delineantur.



In arcae operculo ſcalpitur latere dextro ovis (etiam ſiniſtro, opinor, erat; nam ea parte operculum eſt antiquitate exeſum) in medio male effigiata icon paſtoris, uti cenſet Menetrierius, eumque putat eſſe *Candidum Vernam*, quem vult procuratoris Auguſti greges paviſſe: quod cui libitum eſt, credat. Narrat ibidem Menetr. de litigio inter parochum & loci dominum eadem ferme, quae Mabillonius.

(52) CANDIDVS. AVG. PII. VERNA. Non poſſum heic invidere lectoribus ſuavem Menetr. adnotationem. Alibi inter AVG. & VERNA reperiri ait N cum lineola ſuperne, quod queritur male exponi ab antiquariis *Auguſti noſtri*, quum, ſi Menetrierio credimus, ſit *Auguſti numerarius Verna*. Vernas numerarios intelligit eos, quibus inurebatur nota numerica, veluti *primi*, *ſecundi* &c. Hinc manumiſſos, ſortitos ait nomina *primi* &c. uſque ad *decimum* &c. Plane inaudita nos heic docet ἀρχαιολόγος. Antea didiceramus manumiſſos praenomina & nomina a manumittente ſortitos. Siqui forte vernae ab ordine nativitatis *primi*, *ſecundi* &c. nomen geſſerunt, ea nomina in manumiſſis cognomina evadebant. Itaque ne expoſita huc uſque a Menetr. ἀρχαιολογία depereat; ſuſpicatur in hac inſcriptione pro AVG. PII. VERNA. legendum AVG. N. VERNA. i. e. *numerarius verna*. Mira ſuſpicio.

(53) EVSEBI. HAVE. ET. VALE. & in uno latere AVE. EVSEBI: in altero. VALE. EVSEBI. Nam illud *ave Euſebi* quod Mabillonius elogio praefigit, abeſt a Menetr. Quid nam ſibi iſte EVSEBI*us* ter repetitus velit, quidve is cum his
con-


„ quatuor in locis quoddam ſignum, quod crucem referre vi-
„ debatur. Parum abſuit, quin ex delectorum Eccleſiaſtico-
„ rum teſtimonio oſſa cadaveris in locum ſacrum efferrentur;
„ verùm Abbas Boiſotus, vir doctus ac pius, qui nuper ex-
„ ceſſit e vivis, interceſſit. Hic omnibus diligenter inſpectis,
„ non chriſtianum, ſed gentilem quemdam hominem iſto lo-
„ culo

conjugibus, quos loquitur epigraphe, commune habuerit, par erat, ut noſter Romanus Euſebius nobis ediſſeruiſſet. Verum ſuperſedit, credo, eo labore propterea, quod eo jam defunctus eſſet Menetrierius; cui quidem *Nil intra eſt oleam, nihil extra eſt in nuce duri*. „ Caeſonia, „ ait ille, s'adreſſe donc au paſſant, „ qui a de la pierè; ce que ſignifie „ ce mot Grec Εὐσεβὴς .... L'an „ 1617. on trouva ſur le Mont-Coelius une pierre antique avec cette inſcription (in primo verſu „ EVSEBII; deinde ſic ſequitur titulus) *Q. Valerio. Symmacho. V. „ C. quaeſt. praet. &c. ... Q. Fab. „ Memm. Symmachus. V. C. patri. optimo.* On voit que le mot EVSEBII „ s'adreſſe en ce lieu aux paſſans „ religieux, parce que l'on donnoit le mot de *Religion* au reſpect, que l'on devoit avoir pour „ les tombeaux. Ut ab ultimo ordiar; celebris Symmachi inſcriptio non ſepulcralis, ſed dedicatoria erat. In talibus autem quarti potiſſimum ſaeculi dedicatoriis reperitur paſſim primo verſu aliquod proprium nomen caſu patrio. Multas ego hujuſmodi baſes vidi, plures in libris reperi, quibus genitivus ille praeſcribitur, qui interdum non in area, ſed in baſeos ornamentis latet. Cauſam, ne heic longum faciam, in locum commodiorem differo. Nunc illud EVSEBI noſtrum, non eſt vocativus ab Εὐσεβὴς, quod eſſet EVSEBES, ſed eſt ab Εὐσεβέω imperativus Εὐσέβει. Sicut Εὐψύχει (quod eſt in Graecis titulis obvium) eſt imperandi modus ab εὐψυχέω. Nec credo Caeſonia *religioſum* aut *religioſos* alloquitur, ſed potius Candidus eo adfectus genere in conjugem ſuam utitur: nam & illa εὐψύχει, & ſimilia mortuum ſpectant. Uti ſunt illa in Grut. indice XVI. εὐθύμει καλλίστη · οὐδεὶς ἀθάνατος · *bono animo ſis pulcherrima: nemo immortalis*. Ut &, haec eod. ſenſu: Θάρσει, εὐγένει · οὐδ. ἀθαν. & εὐψύχει τέκνον · οὐδ. ἀθάν. Item: εὐψύχει · κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν. *bono ſis animo: me quoque mors manet*. &c. quae certe ſepulto dicuntur. At iſtud εὐσέβει aut litteris Latinis EVSEBI non alibi reperi. Nemo mihi hoc eripiet, quin Candidus, qui eſſet AVG. PII. VERNA, ad nomen Imp. alluſerit.

(54) In ultimo verſu ſolitarium in medio legitur LOC. LIB. quod quid ſibi velit, Mabillonium eſſe praetervectum doleo. An quia id occupaverat Menetrierius? Age audiamus, quid afferat. Sic enim in *Praepar.* pag. 39. commentatur. „ Ce fut Caeſonia qui ordonna par „ ſon teſtament que l'on lui dreſſat ce tombeau de ſes propres „ biens; car ſon mary etant eſclave, ne pouvoit rien poſſeder en „ propre. Et comme elle n'avoit „ pû faire ſon mary heritier, pour „ lui donner place dans ſon tombeau, elle ordonne, que le champ „ ou etoit le tombeau, ſoit commun aux affranchis: *Locus libertorum*: (ſic enim interpretatur „ illud LOC. LIB.) peut être dans „ l'eſperance, que Candidus ſon „ mary pourroit être affranchi avec „ le temps, & avoir droit de s'y „ faire inhumer. „ Plane recreat nos hominis acumen. παραδοξολογίαι quos capiunt, habent in his ſatis, quo ſe oblectent.

Mihi LOC. LIB. eſt *locus liberatus*, ſive potius *liber*! Quo *liberi* inquis? ſive *ſervitute* aut quavis alia

,, culo contineri , eaque inſcriptione deſignari non dubitavit.



,, Signum verò , quod Crucis eſſe credebatur , hoc modo efformatum , fabrorum lignariorum eſſe inſtrumentum , quod illi vulgari noſtra lingua *erminette* , veteres *aſciam* appellant . Ita unius viri judicio impedita eſt hominis fortaſſe , immo certò, profani in locum ſacrum translatio . Sanè haec affectuum vocabula , *Ave* ſeu *Have & Vale* , vix crediderim reperiri in aliis , quam ethnicorum epitaphiis. qua

,, de

alia *obligatione* ; ſive *religione* . Ordior a priore conjectura .

Locus , qui ſervitutem debet, *Serviens locus* appellatur l.20.§.5.D. *de ſervit. praed. urban.* ſic & *ſerva area* , *ſervae aedes* , *ſervus fundus* paſſim in jure noſtro . Nec aliter loquitur Tullius in agrar. *Optimo enim jure ea ſunt profecto praedia , quae optima conditione ſunt ; LIBERA meliore jure ſunt , quam SERVA* . Ubi vides pulchre ſervis libera opponi : quemadmodum & apud Paullum l. 8. D. *de action. empti & venditi . Si tibi liberum praedium tradidero , quum ſerviens tradere deberem* . Mox : *Quod ſi ſervum praedium in traditione fecero , quod liberum tibi tradere debui* . Sic paſſim in hiſce libris *liberare praedia ſervitutibus* (imo abſolute *vicinor. praedia liberando* l.2. D. *ſi uſusfr. petat.* ut & *liberare fundum* & *liberari* in l.6.§.1. & §.*poſſunt* D. *quemadm.ſervit.amit.*) quod fiebat extincta , aut amiſſa , vel remiſſa ſervitute . An eo igitur ſpectat noſtrum hoc LOC.LIB ? Neque enim monumentum , etiam illato mortuo , locum a ſervitute liberabat , ſed ſervum , uti erat , relinquebat . Imo *Locum* (ait Ulpian. l.2.§.8. D.de religioſ.) *qui ſervit , nemo religioſum facit* (etiam illato mortuo) *niſi conſentiat is , cui ſervitus deberetur* . Sic etiam proprietarius inferendo mortuum in locum, qui debet uſumfructum , locum religioſum non facit, ut idem §. 7. cenſet . En cur merito is qui ſepulcrum fieri curavit , notare id penſi habuit , eum locum ſervitutem non debere , aut ea , quam debebat , eſſe liberatum. Id eo pertinebat , ut locus is , qui liber eſſet , deinde illatis reliquiis vere religioſus cenſeretur , non autem purus . Quamquam & *liberum praedium* dicitur non tantum,quod nulli ſervit , ſed & quod nulli obligatum eſt , l. 52. §. 1. D. *de action. empti*. l.ult. §.1. D.*ad SC. Vellej*.l. 3. C. *de tranſact*. Eo quoque ſi ſpectavit tituli auctor, non inutiliter ſpectavit ; multum enim intererat in jure Manium , nexu ne pignoris, aut quo alio vinculo , liber an obſtrictus locus eſſet . Quae perſequi pluribus non eſt opus . Sed blanditur mihi non minus conjectura altera ſuperiori quodammodo adverſa , ex qua detur intelligi, LOC*um* hunc LIB*erum* (religione ſcil. nam non tantum *domos liberas religione* dixit Cic. de Aruſp. rr. & *liberare locum religione* Ulpianus ; ſed & abſolute eod. ſenſu *liberare* in Jure Rom. haud raro reperi) fuiſſe h. e. purum non religioſum . Quonam id pacto , inquies , quando jam corpus illatum fuerat ? nam ſola illatione locus religioſus evadebat . Ut paucis rem complectar (nam de his in *curis poſter.* plura dicentur , unde cupidi petant , cenſeo) qui mortuum ſepultura aliqua , non tamquam aeterna ſede donabat, ſed uſque dum opportunum locum nactus fuerit , is eum locum religioſum non faciebat. dicebatur corpus commendare , (l.12. §. 4. D. *de relig.* & Cujac. II. Obſerv. 17.) quoad ſcil. juſtae ſepulturae tradatur . Vetus

inſcri-

,, de re conſule Briſſonii Formulas ſub finem libri VIII. Aſciae
,, quoque inſtrumentum ſolis paganorum tumulis appoſitum
,, fuiſſe puto, nec fere alibi, quam apud Gallos maximè Cel-
,, tas. Hujus rei plurima exempla referuntur a Paradino, &
,, in Conſulari Hiſtoria Lugdunenſi: ubi ſollemnis haec legi-
,, tur formula, SVB ASCIA DEDICAVIT. De cujus inter-
,, pretatione nondum convenit inter eruditos. Varias eorum
,, ſententias affert, refellitque Fabrettus inſcriptionum capi-
,, te 3. ſuamque non tam ſententiam, quàm conjecturam pro-
,, fert, haud ſcio an aliis probandam: ſcilicet aſciam iſtam
,, non eam eſſe, qua fabri lignarii ad ligna utuntur, ſed aliam,
,, quae eodem nomine, eademque figura, longiori tantùm ha-
,, ſtae infixa, ad macerandam & ſubigendam calcem arenae
,, commiſtam hodie-dum inſervit. Calcem enim ita *aſciari*,
,, & à ſuis calculis & ſcabritie purgari tradit Vitruvius. Ve-
,, rùm ejuſmodi inſtrumentum non benè referunt aſciae figu-
,, rae, quales in tumulis Lugdunenſibus, aliiſque inveniun-
,, tur ſub hac forma. Fortè ſollemni illa *ſub*

,, *aſcia* ſepulcrorum dedicatione *Diis Manibus*
,, facta nihil aliud volebant veteres, quàm ut
,, ejuſmodi monumenta magis inviolata red-
,, derentur ſub poena aſciae ſeu capitis, quam
,, violatoribus ſepulcrorum intentarent. Ea-
,, dem ratione aram inſuper quandoque adji-
,, ciebant, ut in hac inſcriptione Viennenſi (55) SERVI. SEVERI
,, FL. CASSIA MISERA, MATER. FILIO INCOMPARABI-
,, LI. ANN. XXIII. ARAM. (56) POSVIT. ET. SVB. ASCIA. D.

,, Unum

inſcriptio: *Et. preſſus. neceſſitate. fi-dili. ſarcophago. corpora. commendaverim*. Tale aliquid de noſtrae Caeſoniae reliquiis ſuſpicari licet; quod quale ſit, dicetur in *curis poſter*. Multum autem intererat, monere locum illum, etſi illatis reliquiis, liberum religione eſſe, ſive purum. Ex hiſce ſe mutuo collidentibus conjecturis, donec utra vera ſit, perſpiciatur, interim utramvis ſequare, per me licebit.

(55) SERVI. SEVERI. Poſtrema eſt earum, quas ex Graſſero recitavi ſupra pag. 13. quam confer.

(56) ARAM. POSVIT. Hunc eum lem cippum intelligit, in quo inſcriptio ſcalpta erat, non aram ab hac diverſam, uti credidit Mabillon. Exempla ſimilia vide in Fabret. pag. 107. & ſeq. ex quibus colligit aram in ſepulcralibus urnam ſive arcam notare. Plane καταχρηστικῶς, ex eo, opinor, quia cippi plerumque arae formam referebant. Unde etiam, quum cippi non erant, *arae* vocabantur. Aut refer ad illud Virg. *Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, aras*.

„ Unum tantùm addo: ſcilicet non ſemper aſciae figuram
„ imprimi ſolere illis monumentis, in quibus ſollemnis haec
„ formula legitur. Certè nulla aſciae figura apparet in inſi-
„ gni magnae molis monumento, quod in Ambroniacenſi agri
„ Lugdunenſis abbatia viſitur cum hac inſcriptione: D. M.
„ ET. MEMORIAE. AETERNAE LAETINI. VERI. QVI.
„ ET (57) LEONTIVS QVI. VIXIT. ANNOS XVIII. M. III.
„ DIES XXV. LAETINIVS. LAETVS. PATER FILIO.
„ DVLCISSIMO SVB ASCIA DEDICAVIT. Ubi vides du-
„ plex nomen *Laetini Veri, qui & Leontius*: cujus monu-
„ mentum, ex rudi & impolito lapide, ſex pedes cum dimi-
„ dio longitudinis, quatuor altitudinis, duorum latitudinis
„ cum uno quadrante habet. Haec referre viſum eſt, ne cui
„ fidem faciant in poſterum ejuſmodi aſciarum notae, quaſi
„ ſigna ſanctae Crucis in tumulis exhibeant.

XXI. *Monſieur L' Ainè.*

Jamque BERNARDE decem annos ſilentium aſcia tenuerat; quum ecce Lugduni ad S. Juſti detecta quum eſſet menſ. Nov. an. 1714. hujuſmodi epigraphe: *D. M. et. memoriae. aeternae. Hylatii. Dymachero. ſive. aſſidario. P. VII. RV. I. Ermais. conjux. conjugi. Kariſſimo. P. C. et. S. A S. D.* cum hac aſciae figura: id elogium multis ultro citroq. ſcriptionibus occaſionem praebuit, quae Diariis Trevoltinis menſ. Mai & Jun. ann. 1715. inſeruntur. Triumvirorum honoribus & litteris illuſtrium, qui ſe in hac arena exercuerunt, *Monſ. l'Ainè* ibi agmen ducit, idemq. claudit. Eas ſive epiſtolas ſive diſſertationes, quatenus formulam noſtram tangunt (nam totius pulcherrimi epigrammatis interpretatio infra in Monſauconio dabitur) heic adſcribere non pigebit.



Ergo *Monſieur l'Ainè* in epiſt. ſcripta IV. Non. Jan. 1715. (occurrit in diariis Trevoltinis an. 1715. menſ. Maj.) haec habet:

(57) QVI. ET. LEONTIVS. cumulat Fabrettus pag. 145. & ſeq. Binominum inſcriptiones plurimas In his ſaepe iſtud QVI. ET.

habet : „ 1. Pour ce qui eſt de la formule S. A. D. Monſieur de „ Valbonais a raiſon de dire qu' il n' y a point encore eû d' „ Auteur qui l'ait bien expliquèe : tout ce qu' on en peut dire „ de mieux en general, c'eſt, que c'etoit une ceremonie particu- „ liere aux Gaulois Romains des provinces deçà la Loire.

„ 2. Cette formule ſe trouve dans cinquante inſcri- „ ptions de Gruter trouvèes en cette ville, ou dans celle de „ Vienne, Niſmes, Arles, Grenoble, & Geneve, d'ou on peut „ tirer trois concluſions.

„ 3. La premiere, que cette ceremonie ètoit particuliere „ dans cette partie des Gaules, qu'on appelloit *Gallia Bracca- „ ta*, puiſqu' on ne trouve point cette formule uſitèe en d' au- „ tres pays.

„ 4. La ſeconde, que cette ceremonie n'etoit pas generale „ par toutes les Gaules : & la 3. qu'elle n' etoit pas même ge- „ nerale dans les endroits, que j' ai citez, puiſqu'on y trouve „ quantitè d' autres epitaphes qui n' en font point mention.

„ 5. Le mot d' *Aſcia* ſignifie une hache ou doloire. On „ trouve ce mot dans un fragment des loix des douze Tables, „ *Rogum aſcia ne polito* . . . . la loi voulant, qu' on le laiſsât „ brut, comme nôtre bois a brûler, pour èpargner des façons „ & des dèpenſes ſuperfluës. Pline XVI. 40. *Tilia citiſſime aſcias „ retundit*. S. Auguſtin ſe ſert auſſi de ce mot dans le même „ ſens (58).

„ 6. On trouve encore ce mot dans le *Pſ.* 73. *In ſecuri & „ aſcia dejecerunt eam*. Il a dans cet endroit une ſignification „ differente de hache, & il deſigne une eſpece de marteau de „ maçon. J'ai citè cet endroit des *Pſ.*, parce qu' il eſt pris de „ l'ancienne verſion faite avant Saint Jerôme, & qui etoit „ peut-être en uſage au tems d'Origene au commencement du „ 3. ſiecle, ou l'on peuvoit bien ſçavoir la force, & la ſignifi- „ cation de ce mot. Vitruve VII. 2. marque poſitivement que „ les maçons ſe ſervoient d'un'inſtrument, que l'on nommoit „ *Aſcia* ; . . . pour ſçavoir ſi la chaux ètoit bien fusèe; *ſumatur „ aſcia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu ma- „ cerata aſcietur* &c.

„ 7. C'eſt

(58) Facile prae oculis habuit Auguſtini locum in I. de Muſica 4. *Opinor*, inquit, *nonnumquam te animadvertiſſe fabros, & hujuſmodi opifices aſcia ſive ſecuri eumdem locum feriendo repetere, & non alio, quam eo, quo intendit animus, ictum perducere : quod nos tentantes quum aſſequi nequimus, ab eis ſaepe irridemur.*


„ 7. C'eſt ſur ces deux autoritez, que je donne au mot „ d'*aſcia* cette ſeconde ſignification dans nôtre formule, & il „ me ſemble, qu'un marteau de maçon convient mieux, qu' „ une hache, avec la figure de cet inſtrument, comme elle ſe „ voit dans Gruter(59)pag.428.priſe ſur un tombeau trouvè a „ Lyon. Les autres (60) figures. . . quoique moins marquèes, „ s' y peuvent auſſi tres bien rapporter.

8. Deinde quorumdam, inprimis Chorerii, interpretationibus refutatis, ſic ſtatuit. „ Ma pensèe eſt, que cette ceremonie „ venoit d' une ſuperſtition particuliere a quelques Gaulois, „ d' ou elle avoit paſsè aux Romains habituez parmi eux; & „ voici a mon avis, ſur quoi elle etoit fondeè. Le marteau de „ maçon ſert a detruire les edifices, auſſi bien qu' a les bâtir: „ *diruit aedificat*.

„ 9. C' eſt dans cette vuè, qu' ils l' employoient commo „ une eſpece de Taliſman, pour rendre leurs tombeaux inviolables. Je crois qu' ils ſe ſervoient de quelques formules de „ conſecrations & d'imprecations faites ſur l' *Aſcia*, qu' ils te- „ noient èlevèe en l'air au deſſus de leur monument, comme „ s'ils euſſent conjurè cet inſtrument de ne pas ſervir a la de- „ ſtruction d'un ouvrage, qu'il avoit aidè à conſtruire. C' etoit „ ce qu'ils appelloient *ſub Aſcia dedicare*, & ils croyoient que „ cette ceremonie ſuperſtitieuſe aſsûroit, pour ainſi dire, l'e- „ ternitè a leurs monumens (ce qui ètoit la choſe du monde „ qu'ils ſouhaittoient avec plus de paſſion) Cette pratique n' „ etoit pas connuë hor des Gaules, elle n'y ètoit pas même ge- „ neralment reçûë, comme il arrivoit à d'autres pratiques ſu- „ perſtitieuſes qui n'avoient la vogue qu' en certaines provin- „ ces, & quelquefois ſeulement dans de petites villes; & c' eſt „ de là que peut venir le ſilence des anciens Auteurs à cet „ ègard.


„ 10. Voila,

(59) Inſcriptionem Grut. 425.10. G. LIBERTI. DECIMANI. ſupra (not. 32. in Menetrierianis num. XIV.) protulimus cum hac aſciae



figura, quae ab illa Gruteriana parum diſſidet.

(60) Ad ſuperiorem formam revocari poteſt haec alia Gruteriana pag. 850. 4. & 678. 6. (quamvis ab ea diſſidere in ſpeciem longiſſime videatur) ut conſideranti patebit.



„ 10. Voila, Meſſieurs, quelles ſont mes conjectures ſur
„ cette formule. Si vous les appuyez par vos ſuffrages, j' oſerai
„ me flatter d'avoir donnè a cette ènigme une explication du
„ moins fort approchante de ſon veritable ſens. IIII. Non. Ian.
„ Ann. 1715.

XXII. *Aubertus.*

Sequuntur deinceps in eiſdem memoriis Trevoltinis (an.
1715. menſ. Maj. art. 69.) „ Reflexions ſur ces mots *ſub aſcia*
„ *dedicavit* par Monſieur Aubert.

„ 1. Ce ſeroit m' engager dans une diſcuſſion longue &
„ ennuyeuſe que d' examiner les differens ſentiment de plu-
„ ſieurs Antiquaires ſur ces mots, *ſub aſcia dedicavit*, que l'
„ on trouve dans quelques inſcriptions gravèes ſur des tom-
„ beaux, & qui n' y ont pas ètè mis ſans raiſon.

„ 2. Je remarquerai d'abord que les Romains n' obſerve-
„ rent pas toujours la loi, qui leur dèfendoit d' elever des bu-
„ chers magnifiques pour honorer la memoire de leurs parens,
„ ou de leurs amis, *Rogum aſcia ne polito*.

„ 3. Lorſque cette loi fut publicèe a Rome par les Decem-
„ virs, la Republique encore naiſſante ètoit enfermèe dans des
„ bornes très ètroites, & la pauvretè des Citoyens ne leur per-
„ mettoit pas de faire de magnifiques funerailles; l' Hiſtorique
„ Florus, apres avoit racontè les ravages des Gaulois & l' in-
„ cendie de Rome, ſe recrie, *agere gratias Diis Immortalibus*
„ *ipſo tantae cladis nomine libet : Paſtorum caſas ignis ille, &*
„ *flamma paupertatem Romuli abſcondit*.

„ 4. Il fut donc très-aisè aux Romains de ſe ſoumettre a
„ une loi qui leur convenoit ſi parfaitement; mais la Republi-
„ que ètant devenuë dans la ſuite riche des depouilles de pleu-
„ ſieurs nations, le luxe s'y introduiſit, malgrè toute la ſeve-
„ ritè des Cenſeurs; on vit dans Rome des maiſons magnifi-
„ ques, on y vit auſſi des tombeaux ornez de colomnes & de
„ ſtatues, & dont la dèpenſe ètoit exceſſive.

„ 5. Mais comme tous les citoyens n' ètoient pas egale-
„ ment riches, les tombeaux n'ètoient pas ègalement ornez,
„ & l'on ſe contentoit quelque fois d'une conſtruction ſimple,
„ & couverte ſeulement d'un enduit, dont la blancheur faiſoit
„ tout l'ornement de l'edifice.

„ 6. Ser-

„ 6. Servius a remarquè ſur le ſixieme de l'Eneïde, que „ *pro qualitate perſonae ſepulchra etiam vel majora, vel minora*: „ & nous liſons dans l'hiſtoire de Capitolin citè par Godefroy „ ſur le titre *de ſepulchro violato* du Code Theodoſien, que les „ Antonins firent de severes loix pour abolir les depenſes ex- „ traordinaires des funerailles. *Tunc enim Antonini leges ſe-* „ *peliendi ſepulchrorumque acerrimas ſanxerunt, quandoquidem* „ *caverunt, ne uti quis velit, fabricaret ſepulchrum, quod hodie-* „ *que ſervatur.*

„ 7. Les Romains avoient donc de grands & magnifiques „ tombeaux, *majora ſepulchra*; ils en avoient auſſi de ſimples, „ & qui avoient ètè conſtruits a peu de frais, *minora ſepulchra*.

„ 8. Ces mots, *ſub aſcia dedicavit*, marquent que le tom- „ beau avoit ètè conſtruit ſans art, ſans ornement, par rap- „ port a la qualitè de celui pour qui il avoit ètè deſtinè, com- „ me il eſt expreſſement marquè dans cette inſcription rappor- „ tèe par Monſieur Spon dans ſes antiquitez de Lyon. D. M. „ IOVIANO. VALER. VET. EX. LEG. I. M. IVLIA. MA- „ TERNA. CONIVGI. INCOMPARABILI. MEMORIAM. PO- „ SVIT. E. MEDIOCRITATE. SVA. ET. SVB. ASCIA. DE- „ DICAVIT. Ces termes, *e mediocritate ſua* ſe rapportent ou „ à Jovianus, qui n'etoit qu' un ſimple ſoldat de la premiere „ Legion, ou à Julia Materna femme de ce ſoldat, & qui par „ conſequent n'ètoit pas en ètat de faire beaucoup de dèpenſe „ pour honorer la memoire de ſon mari; cette idee de la me- „ diocritè des biens & de la condition de l' un & de l' autre, „ nous donne en même temps celle que nous devons avoir du „ tombeau, & nous fait connôitre par la liaiſon de la conjon- „ ctive ET, que ces termes, *ſub aſcia*, ſignifient que le tom- „ beau a ètè elevè ſans dèpenſe, & avec un ſimple enduit de „ plâtre, ou de chaux, pour ornement.

„ 9. Pour rendre ma penſèe plus intelligible, je remar- „ querai que *aſcia* a eû une double ſignification. On appelloit „ ainſi un inſtrument propre a polir & le bois & les pierres 61) „ on s' en ſervoit auſſi pour exprimer cet inſtrument avec le

„ quel

(61) Miror Aubertum, qui huc uſque ſententiam, & ſententiae fundamenta ſibi cum Fabretto communia eſſe voluiſſet, heic tamen habere ſibi res ſuas illum juſſiſſe, qui certe in eo totus erat, ut de lapicidarum manibus aſciam penitus excuteret.

„ quel les maçons courroyent la chaux & le ſable, pour en faire du mortier & toutes ſortes d'enduits, que les Romains appelloient *tectorium*.

„ 10. Vitruve ſera mon garant dans cette occaſion : il enſeigne dans le chapitre 2. de ſon 7. livre la maniere de faire les enduits, & il dit qu'apres avoir broyè & macerè le mortier, il faut encore ſe ſervir de l'inſtrument appellè *aſcia*, a fin de le rendre plus propre à être ètendu & poli ſur la ſuperficie de l'èdifice, pour le quel il eſt deſtinè. *Quum autem habita erit ratio macerationis, & id curioſius opere praeparatum erit, ſumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcietur*.

„ 11. L'*aſcia* ètant donc employèe a faire une materie propre aux enduits, ne peut-on pas dire avec raiſon que par ces mots *ſub aſcia dedicavit*, on a voulu remarquer que l'on ne s'etoit ſervi que d'un ſimple enduit pour orner le tombeau ?

„ 12. Ce qui confirme ma conjecture, c'eſt le titre du chapitre, d'ou j'ai tirè ces termes de Vitruve, il eſt conçu de cette ſorte : *De maceratione calcis ad albaria opera & tectoria perficienda*.

„ 13. On ſçait qu'*albarium* & *tectorium* ont ſignifiè la même choſe, ſelon le tèmoignage de Bernardin Balde dans ſon Gloſſaire des termes difficiles de Vitruve. *Albarium opus eſt*, dit-il, *tectorium quod pura calce inducebatur, ubi parietes pingendi non eſſent*: & nous apprenons de ce fragment d'une inſcription rapportèe par Gruter : *ſumma. particula. mar. . . . . albario. adjecto. . . . quinque . paſſuum.* que l'enduit dont on ſe ſervoit pour orner les tombeaux, etoit fait avec de la chaux, car il y avoit parmi les Romains trois ſortes d'enduits, celui qu'ètoit fait avec de la pouſſiere de marbre, ètoit appellè *marmorarium* (lege *marmoratum*) : on appelloit *arenarium* (l. *arenatum*) l'enduit fait avec de ſable; & *albarium* celui qui ètoit compoſè de chaux.

„ 14. C'eſt a ces tombeaux blanchis avec de la chaux par le dehors, que Saint Mathieu (XXIII. 27.) compare les Phariſiens, *Vae vobis Scribae, & Phariſaei, hypocritae, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quae a foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia*.

„ 15. Je

„ 15. Je ſçai que le terme *dedicare* a donnè lieu de pen-
„ ſer que *ſub aſcia dedicare* marquoit, que le tombeau avoit ètè
„ dediè avec certaines ceremonies, dont a la veritè il ne reſte
„ aucun veſtige.

„ 16. Mais je rèponds, que *Dedicare* ſignifie ſeulement
„ en cet endroit *deſtiner*, *conſtruire pour un certain uſage*,
„ comme pour conſerver la memoire d'une perſonne.

„ 17. Les tombeaux n'ont jamais ètè mis au rang des cho-
„ ſes ſaintes & ſacrèes, que l' on dedioit aux dieux: on les a
„ conſiderè comme etant des choſes religieuſes, c' eſt-à-dire,
„ qui n'entroient point dans le commerce; & dont le reſpect
„ ne pouvoit être violè ſans une eſpece de profanation. Cette
„ diſtinction eſt un des premiers èlemens de la juriſprudence:
„ l'Empereur Juſtinien ayant diſtinguè dans ſes Inſtitutes les
„ choſes en trois claſſes, *inter res ſanctas*, *religioſas*, *& ſacras*.

„ 18. La loi 14. du Titre *De in rem verſo* au Digeſte con-
„ firme authentiquement ce que je vien de dire; le Juriſcon-
„ ſulte poſant le fait, ſur le quel il ètoit conſultè, s' explique
„ ainſi: *filius familias togam emit; mortuo deinde eo, pater igno-*
„ *rans dedicavit eam in funus*. Peut on dire que ce pere avoit
„ dediè & conſacrè la robe de ſon fils? & le veritable ſens de
„ la loi n' eſt-il pas que ce pere s'ètoit ſervi de la robe, que ſon
„ fils avoit achetèe pour l'inhumer (62) ſuivant la coutume?

„ 19. Mais quand il faudroit croire, que ces mots *ſub*
„ *aſcia dedicavit* marquent une certaine maniere de dedier &
„ de conſacrer les tombeaux, il ne ſeroit pas moins certain,
„ que ces ſortes de tombeaux dèdiez *ſub aſcia* etoient du nom-
„ bre de mediocres, & c'eſt ce que j'ai eu deſſein de preuver.

XXIII. *Valbonaeſus*.

In ſecunda Valbonaeſi epiſtola (ſcripta Gratianopol. X. kal. Mart. 1715. quae Diariis Trevoltinis menſ. Junii ejuſd. anni inſeritur artic. 88.) haec noſtri argumenti reperiuntur.

„ 1. Quand

(62) Non ad inhumandum, ſed ad funerandum filium togam *dedicavit* h. e. *encaeniavit*. Sic veriſſime hanc legem interpretabamur in de Camp. Amphit. Diatriba de dedicationibus pag. 83. Videſis locum, & confer cum dicendis infra in *Curis poſterior*. de dedicandi notione in ſepulcralibus.

,, 1. Quant à la conjecture propoſèe dans la même diſſerta-
,, tion (53) touchant la formule *ſub aſcia*, quelque vrai ſembla-
,, ble qu'elle puiſſe être, il reſte encore bien des difficultez a op-
,, poſer de la part de ceux, qui refuſeront de s'y rendre. Je ne
,, croy pas, qu'il ſoit poſſible de trouver le dènoüement de cet-
,, te enigme d'une maniere a pouvoir s'aſsûrer d'y avoir rèüſ-
,, ſi. On peut dire que nous ſommes abſolument dèpourvus de
,, guides, & que nous marchons à tâton dans cette recherche.
,, Comme cette formule ètoit particuliere aux Provinces ſi-
,, tuèes en deça des Alpes, qui ne fourmilloient pas apparem-
,, ment en ecrivains celebres pour en laiſſer des memoires a la
,, poſteritè, on ne doit pas s'etonner ſi nos connoiſſances ſont
,, ſi bornèes aujourdhui ſur ce point de la Religion de nos An-
,, cêtres. C'en eſt aſſez pour ne pouvoir jamais fixer nos incer-
,, titudes ſur cette matiere, qui fournira toujours un champ
,, vaſte au conjectures, ſans être jamais ſuffiſamment èclaircie.

,, 2. Voilà en general ce qu'on en peut penſer. Mais ve-
,, nant à quelque choſe de particulier ſur l'explication dont il
,, s'agit; le mot *aſcia*, qu'on veut ſignifier un marteau, ou un
,, inſtrument à detruire, ne ſe prend nulle part chez les an-
,, ciens dans ce ſens là, ſi on en excepte le paſſage du Pſaume
,, qu'on a citè: *in ſecuri & aſcia dejecerunt eam*; encore peut
,, on dire qu'en cet endroit *aſcia* ne ſe doit point entendre d'
,, un inſtrument qui rompt & qui briſe, comme le marteau.
,, Il eſt bien plus ordinaire qu' on ſe ſerve d' un inſtrument
,, trenchant pour abbatre des toits & pour renverſer des portes,
,, & c'eſt ce que le Prophete a voulu dire prèciſement ſelon le
,, ſentiment de tous les Interpretes.

,, 3. On voit dans tous les Auteurs le mot *Aſcia* pris pour
,, un inſtrument propre a polir. Cette notion ètoit devenue ſi
,, commune, qu' on en forma le verbe *aſciare* pour ſignifier
,, *polir*; ce qui marque aſſez l'uſage ou l'on ètoit d' y attacher
,, cette idèe. Il y a plus que cela. On trouve dans Gruter 644.
,, une inſcription où ſont marquez en dètail tous les inſtru-
,, mens dont ſe ſervent les ouvriers en bois, *inſtrumenta fabr.*
,, *tignar.* comme le porte le titre: l'*aſcia* y tient un des prin-

,, cipaux

(63) Cum Monſieur *l'Ainè* huic Noſtro res eſt; cui mox (vide numer. XXIII.) idem *l'Ainè* reſpondet.

„ cipaux rangs. Quant' au fragment d' inſcription *ſub aſciam* „ *dedi vetuit*, ſur la quelle on ſe fonde pour donner lieu à l'i- „ dèe qu'on s'eſt faite d'une imprecation, où l'on conjuroit cet „ inſtrument de ne point detruire l'ouvrage qu'il avoit aidè à „ conſtruire, je m' accommoderois fort de cette explication, „ qui me ſembleroit pouvoir nous tirer d' affaire, ſi l' on ſça- „ voit où Pierius a pris ce(64)monument. Il le rapporte ſimple- „ ment ſans indiquer le lieu où il ſe trouve. On ne pourra ja- „ mais former qu' un jugement tres imparfait ſur le ſens, que „ ce fragment pouvoit renfermer, ſi l' on ne connoit exacte- „ ment toutes les circonſtances, qui ont rapport a cette In- „ ſcription, & tous les termes dans les quels elle eſt conçûë.

ARTICLE LXXXIX.

„ Troiſieme lettre de Monſieur de Valbonnais Premier „ Preſident de la Chambre des Comptes de Dauphinè, &c. „ A Grenoble le 12. Mars 1715.

„ 1. Je ne puis aſſez vous remercier, Monſieur, du ſoin „ que vous prenez de me faire part des productions de vôtre „ Academie; dont je m' apperçois que la ſource eſt abondant „ ſur les ſujets mêmes les plus ſteriles.

„ 2. La derniere conjecture que vous m'avez envoyèe ſur la „ formule *ſub aſcia*, eſt venue dans l'eſprit a Alde(65)Manuce. „ Il a crû pareillement qu'on vouloit marquer par là la ſimpli- „ citè du tombeau, & le peu de depenſe qu'on y avoit fait. Il „ ne dit pas a la veritè que le mot *aſcia* ſignifiât l' outil avec le „ quel les maçons conroyent la chaux & le ſable pour en faire „ les enduits, dont on couvroit les tombeaux des pauvres; il ne „ croit pas non plus que cet inſtrument y fut repreſente pour „ faire connôitre que leurs facultez ne permettoient pas qu'on „ y fit plus de façons; mais il ſe fonde uniquement ſur la de- „ fenſe de la loi des douze Tables, *rogum aſcia ne polito*, qui ne „ regardoit pas moins le ſepulcre, que le bucher. L' *aſcia* ſe- „ lon lui, n'eſt gravèe ſur le tombeau, que pour faire ſouvenir de „ cette defenſe, & de l'attention qu'on a eüe a n' y point con-

„ tre-

(64) Ne multis: nuſquam Pieriana formula reperitur. Vel ipſe Valerianus, ſi umquam Alpes tranſcendit, *o culis male lippus inunctis* titulos vetuſtate exeſos deſcripſit; vel, quod malo, imperitus exſcriptor ſeni impoſuit. Vide ſupra in Pierio not. 5.

(65) De afficta Manutii Manibus opinione nolo crambem recoquere. Vide ſupra not. 11. & 24.

„ trevenir. Un Auteur Italien, nommè Orſato, s' explique
„ en cette façon : Aldo Manuzio nel commento a Cicerone &c.
(*Urſati verba vide ſupra in Urſato pag.* 18.)

„ 3. Je vous avoue, Monſieur, que je ne ſuis gueres di-
„ ſposè non plus que vous, à recevoir cette explication, qui
„ me paroit forcèe, & contraire à l' idee, que ſemblent nous
„ donner quelques Epitaphes qui nous reſtent, où cette for-
„ mule eſt employèe. Il eſt vrai que les païs où cette coutume
„ a eû lieu ont ètè ſi depourvûs d'Ecrivains qui nous puſſent
„ fournir quelque èclairciſſement, qu'il ne faut pas s'etonner de
„ la diverſitè des ſentimens ſur cette matiere. Ce n' eſt pas
„ même aſſez dire : puis qu'il ſemble qu'on en peut fournir d'
„ entierement oppoſez, pour preuve qu' on eſt encore bien
„ èloignè d'avoir attrapè ce point d' èvidence, qui eſt le cara-
„ ctere ſenſible de la veritè. Je puis m'alleguer ici pour exem-
„ ple. J'avois pensè, ſi j'oſe vous faire part de ma conjecture,
„ que ces mots *ſub aſcia dedicavit* marquoient un ſoin plus
„ recherchè dans la ſtructure du tombeau & dans les honneurs
„ rendus au defunct ; à quoi m'avoit induit un paſſage de Ci-
„ ceron au ſecond des loix, où il donne à entendre que de ſon
„ temps on n'obſervoit pas ſcrupuleuſement la loi des douze
„ Tables ſur cet article, & qu'on faiſoit des lors des depenſes
„ conſiderables dans les pompes funebres. Il eſt aisè de juger
„ par le peu d'exactitude qu'on avoit à Rome à ſe conformer à
„ cette loi, qu'on s'en diſpenſoit encore plus volontiers dans
„ les Provinces èloignèes, qui avoient des loix & des coutu-
„ mes particulieres, & où l'on peut prèſumer que celle de po-
„ lir le bois qu'on employoit aux funerailles, s'ètoit conſervèe.

„ 4. Il paroit par tous les Auteurs, que le tombeau où
„ l'on renfermoit les cendres, ètoit conſtruit pour l' ordinaire
„ dans le lieu même où avoit ètè dreſsè le bucher, & où l' on
„ avoit brûlè le corps du defunt, d' où il ſemble qu' on peut
„ conclure, que ce bucher faiſoit partie des obſeques, & que
„ toutes les autres pratiques qu'on y obſervoit, n'ètoient que les
„ ſuites de la même ceremonie. En effet, ſuivant l' ordre
„ que les anciens gardoient dans leurs funerailles, on met-
„ toit d'abord le corps ſur le bucher. Apres qu'il ètoit rèduit
„ en cendres, celles, qu' on en pouvoit ramaſſer, ètoient
„ renfermèes dans l' urne avec les oſſemens ; & les derniers

„ des

„ devoirs n'ètoient cenſez rendus qu'àpres qu'on avoit jettè de „ la terre ſur l'urne & ſur le tombeau . Par là le lieu devenoit „ ſacrè . Ciceron le marque expreſſement . *Priuſquam in eos „ injecta gleba eſt , locus ille ubi crematum eſt corpus nihil ha- „ bet religionis, injecta gleba tumulis*(66)*& humatus eſt & gleba „ vocatur; ac tum denique multa religioſa jura complectitur.* S'il „ falloit donc pour rendre la ceremonie parfaite qu' elle fût „ revêtuë de toutes ces formalitez , & que l' appareil en fût „ tel que Ciceron le repreſente , on voit la part que l' *aſcia* y „ pouvoit avoir , puis qu' elle ſervoit a polir & preparer le „ bois du bucher où le corps devoit être mis en cendres,& que „ c'eſt par où l'on commençoit à conſacrer aux Dieux Manes „ la memoire du defunt , & a leur rendre le culte preſcrit par „ la Religion .

„ 5. Je n' oſois preſque mettre au jour cette pensèe , qui „ m' êtoit venuë il y a quelque tems , & que j' avois rejettèe, „ ne la trouvant pas aſſez ſolidement ètablie , juſqu' à ce que „ le hazard m'a fait tomber entre les mains *un traitè des fune- „ railles des anciens* , composè par un Auteur nommè Gui- „ chard , qui deduit fort amplement tout ce qui ſe pratiquoit „ en pareils cas . Sa conjecture ſur le ſujet que nous traitons „ roule àpeu près ſur les mêmes idèes . „ *Guichardi verba, quae heic in Valbonaeſo ſequuntur , ſupra in Guichardo num.* VIII. *produximus* „ On voit ici une refutation de l'opinion qu'a „ voulù etablir l'Auteur de vôtre premiere diſſertation , qui „ ſuppoſe l' *aſcia* comme un' inſtrument propre a demolir le „ tombeau , & dont la figure n'y eſt empreinte . . . que „ pour en detourner l'effet par un'eſpece d'imprecation , que „ il lui a dreſſè . Le meme (*Guichard*) conclud peu apres „ *Guichardi reliqua ibidem dedimus* .

„ 6. J'ai rapportè ce ſentiment un peu au long . Il ſert, „ non ſeulement a confirmer celui , que j' avance , mais il „ dètruit la conjecture d'Alde Manuce , qu' il paroit , qu' on „ a voulu renouveller . D'ailleurs il conſerve a l'*aſcia* le veri- „ table uſage qu' elle a dans tous les monumens qui nous re- „ ſtent . Ce terme y eſt toujours pris pour un outil a tailler ou „ polir le bois . L'inſcription de Gruter (644) que j' ai citèe „ dans

(66) *Tumulis & humatus eſt*) E & *illic humatus eſt* . Melius Tur- libris optimis emendavit Grut. *Tum* neb. *Tum & ille humatus eſt* .

„ dans ma ſeconde lettre en eſt un temoignage autentique. On „ ne trouverà pas qu' aucun Auteur ancien en ait jamais fait „ un inſtrument de maçon propre a tailler la pierre, ou a fai- „ re des enduits. Ce ſont des interpretations forcèes qu' ont „ imaginèes ceux qui l'ont voulu mettre à un uſage qui favo- „ riſât leurs prèventions. Je n'exclus pas de ce nombre le Pere „ M.(*Menetrierium intelligit*) quoique d'ailleurs très ingenieux „ dans la plûpart de ſes recherches. C'eſt à lui qu'eſt dûë l idèe „ de *truelle*, ou de *gaſche* a remuer du mortier, qui ſert de fonde- „ ment à l'avis qu'on propoſe dans cette derniere diſſertation, „ ce qu'on appuye de même que lui ſur le tèmoignage de Vi- „ truve. Mais ſi l'on fait quelque attention a ſa maniere dont „ cet Auteur s'explique, on ſera facilement convaincu qu'il a ètè „ mal entendu. C'eſt dans le chapitre ſecond du livre ſeptiè- „ me, où il parle de la preparation de la chaux pour le ſtuc, „ où pour les enduits. Ses termes ſont ceux-ci: *Cum autem ha-* „ *bita erit ratio macerationis & id curioſius opere praeparatum* „ *erit, ſumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic* „ *calx in lacu macerata aſcietur. Si ad aſciam offenderint cal-* „ *culi, non erit temperata; quumque ſiccum & purum ferrum* „ *educetur, indicabit eam evanidam & ſiticuloſam; quum vero* „ *pinguis fuerit & recte macerata, circa id ferramentum uti* „ *glutinum baerens, omni ratione probabit ſe eſſe temperatam.* „ Le ſens naturel de ces paroles, eſt, que pour connoitre ſi la „ chaux eſt bien èteinte & aſſez detrempèe, il faut paſſer une „ doloire ſur ſa ſuperficie(67) de même que lors qu'on ſe ſert de „ cet inſtrument pour polir du bois; car ſi elle rencontre des „ petites pierres, c'eſt une marque que la chaux n'eſt pas en- „ core bien èteinte. C'eſt abuſer etrangement du texte de Vi- „ truve, que de pretendre qu' en cet endroit une doloire de „ Charpentier exprimèe par ce mot *aſcia*(68) devienne un outil „ de maçon, parce qu'on l'employe a l'epreuve de la chaux.

„ 7. Monſieur Perrault, dans la magnifique edition qu' „ il

(67) Non *ſur ſa ſuperficie* aſciam ſive rutrum hodie ducunt (nec olim aliter fieri oportuit) ſtructores (quomodo ſi fiat, numquam eſt ut *ad aſciam offenderint calculi*) ſed per aſciae itum ac reditum terram radunt; ita enim demum offendent calculi.

(68) Si non plane idem, at propter ſimilitudinem, ὁμώνυμον. Niſi quod calcariae aſciae longius fortaſſis erat manubrium; ſi ex utilitate & hodiernis moribus rem aeſtimare volumus. Sed de manubrio nolo contendere.

„ il a donnée de ſa traduction Françoiſe de Vitruve, n' a pas „ ètè plus heureux; du moins n' a pas rendu plus fidellement „ ſon original. *Aſcia* n'eſt plus, ſelon lui, un outil de ma- „ çon, ou de charpentier; mais un ſimple coppeau(69) ou me- „ nubois; qu'il fait ſervir a l'epreuve que Vitruve propoſè. „ Comme ſuivant cette idèe il ſe trouve embaraſsè des mots „ *ferrum & ferramentum* qui ſuivent par apres, il a fallu qu' „ au defaut du coppeau, qui ne lui pouvoit plus être d'aucun „ uſage, il ait mis a la place un couteau, ou une piece de fer, „ pour achever cette epreuve. C'eſt ainſi que pour s'être trop „ abandonnè à lui même il a perdu de vûë ſon Auteur, & qu' „ au lieu de l'inſtrument *aſcia* il en a ſubſtituè deux autres, qui „ ne ſont point le même effet. En quoi il eſt d' autant moins „ excuſable, qu' il avoit des guides devant les yeux, entre „ autres la Note de Philander, qui l'auroient pû conduire plus „ sûrement. *Sumatur Aſcia) Dolabra notum fabrorum materia-* „ *riorum inſtrumentum quo aſperitas dolatur & perpolitur*. „ Ce Commentateur a crû s'en devoir tenir en cet endroit à la „ ſignification naturelle, qui par elle même donne une idèe „ ſi nette de la penſèe de l'Auteur, & de la methode qu' il a „ voulu enſeigner pour la preparation de la chaux. Mais je „ m'apperçois que cette matiere deja ſi rebattuë me mene „ plus loin que je n'avois reſolu, lorſque j'ai commencè cette „ lettre. Je la finis donc en vous aſſurant que je ſuis.

XXIIII. *Monſieur l'Ainè* iterum.

In iiſdem Diar. Trevolt. menſ. Jun. ann. 1715. art. 90. haec ex Monſieur l'Ainè de *Dedic. ſub Aſcia* ſequuntur, quibus Valbonaeſi modo productae ſcriptioni reſpondet. „ Pour ce „ qui eſt de ma conjecture ſur la formule *ſub Aſcia*, je l'eſtime „ encore plus que je ne faiſois, depuiſque des perſonnes d'e- „ ru-

(69) Perraultii Gallicam Vitruviani loci (VII. 2.) modo recitati interpretationem non pigebit adtexere. „ Mais pour connoiſtre ſi la chaux „ eſt bien eteinte & ſuffiſamment „ detrempèe, il la faut couper avec „ un COPPEAV comme on fait le „ bois avec une COGNEE: car ſi le „ coppeau rencontre de petites pier- „ res, c'eſt une marque, qu' elle „ n'eſt pas encore bien eteinte: de „ meſme ſi aprés y avoir fourrè un „ COVTEAV, on le retire net; ce- „ la ſignifiera, qu' elle n'eſt pas aſ- „ ſez abbreuvèe, au lieu, que ſi la „ chaux eſt ſi graſſe & ſi gluante, „ qu'elle s'y attache, on ne pourra „ plus douter, qu' elle ne ſoit aſſez „ bien detrempèe.

„ rudition & de bon goût paroiſſent l' approuver. A l' egard „ des difficultez qu'on y pourroit oppoſer ; l' obſcuritè qui eſt „ rèpanduë ſur cette matiere fournira ègalement des armes „ pour defendre ce ſentiment, comme pour l'attaquer. C'eſt „ aſſez pour moi d'avoir dit quelque choſe de nouveau & de „ plauſible ſur une matiere auſſi difficile à traiter ; mais pour „ reſpondre un peu plus preciſement aux remarques, le mot „ *Aſcia* ſignifie non ſeulement un outil, dont ſe ſervoient les „ Charpentiers, mais auſſi un inſtrument de Maçon. Vitru„ ve eſt expreſſe pour ce dernier ſens ; car quand' il dit pour „ eprouver ſi la chaux eſt bien fusèe, *ſumatur aſcia* &c. il ne „ pretend pas ſans doute que le maçon ait recours au Char„ pentier pour lui emprunter cet inſtrument. Ils s' en ſer„ voient l'un & l'autre : le nom ètoit commun, mais la fi„ gure en ètoit differente. Celui de Charpentier eſt repreſentè „ dans Gruter pag. 644. (70) citèe dans les remarques: celui de „ maçon eſt figurè ſour toutes les Inſcriptions où ſe lit la for„ mule *ſub Aſcia*, & cet inſtrument eſt repreſentè, comme „ un marteau de maçon, particulierement pag. 428. ſur un „ tombeau trouvè a Lyon, & pag. 678. (71) ſur une autre inſcri„ ption. On peut confronter ces citations ; & on verra que „ la page 644. repreſente un inſtrument qui n'a point de rap„ port avec ceux des pages 428. & 678. j'avois oubliè dans ma „ diſſertation de marquer cette figure de la page 678. qui for„ tifie celle de la page 428. Ce but crochu & pointu de cet „ inſtrument, tel qu'il eſt repreſentè en ces deux endroits, „ montre qu'il peut ſervir à dètruire auſſi bien qu'à èdifier.

„ Je n'avois point ſongè au fragment d'inſcription de Pie„ rius ; je demuere d'accord qu'il pouvoit ſervir a ma pensèe, „ quoiqu'il ne me fût pas d'un grand ſecours, par les raiſons „ dont on ſe ſert dans les remarques (72) pour en affoiblir l'au„ toritè.

XXV. *Bernardus Monfauconius.*

Trevoltinis triumviris de ſcaena ſubductis, BERNARDE, ſuc-

(70) Pag. 644. tignariorum inſtrumenta delineantur.


(71) De Gruterianis pag. 428. & 678. vide ſup. not. 48. & 49.

(72) Harum notationum ſeu *remarques*, quarum in Trevoltinis hiſce triumviris eſt alibi mentio, nihil in *Trevoltinis Diariis* occurrit.

ſuccedit par egregium Monachorum e Congr. S. Mauri (ex qua tamquam ex Equo Trojano tot virorum ſtrenuiſſimorum centuriae prodierunt) Monfauconii, & alterius Anonymi. Verum quam diſpari ſunt ingenio! Ille (cui pietas & omnijuga eruditio *Quando ullum invenient parem?*) ſubactus judicio non niſi certa pro certis ponit; de dubiis ex ſollemni judiciorum formula pronuntiat NON LIQVERE. At hic alter, nimium conjecturis indulget, quas pro rebus exploratis obtrudit; nihil non dicendo, & amplificando, non dico probabile, ſed verum effici poſſe, ratus. A priore incipiam, qui & prior ſcripſit. Is to. V. *Antiquitatis Illuſtratae* (qui tomus an. 1722. prodiit) cap. V. pag. 107. haec habet. „ I. Inter epitaphia quaedam obſervan-
„ tur admodum ſingularia, in iis maxime inſcriptionibus, quae
„ Lugduni & in circumpoſitis provinciis eruuntur, apud In-
„ ſubres ſcil. & Allobrogas in Septimania; imo etiam Bono-
„ niae, quin & Romanam unam ſimilem affert (73) Grut.
„ pag. 698. & Moguntinam aliam (74.) pag. 556. In his ita-
„ que ſepulcris Aſcia quaedam repraeſentatur, quae in epi-
„ taphio memoratur his verbis, *ſub aſcia dedicavit*, quae
„ verba ſic plena integraque aliquando ſcribuntur; aliquan-
„ do etiam a primis ſolum litteris deſignantur S. AS. D. Sunt
„ etiam monumenta, in quibus aſcia ſola conſpicitur, licet
„ in epitaphio non memoretur, ut illa Romana, de qua ſupra;
„ atque etiam lapis ille Lingonis repertus, cujus fragmentum
„ ſo-

(73) Ea Romana inſcriptio apud Grut. 698. 7. ſic habet (aſteriſci autem heic & in ſequentibus, ubi id opus, fines verſuum notabunt) *Dis. Manibus * Cn. Ofillio. Cn. F. Quir. Piſoni * V. A. XXIII. M. IX. D. IX. * Cn. Offillio. Cn. F. Quir. Frugi. vix. A. XVII. M. II * Cn. Ofilius. Succeſſus. & * Antonia. Reſtituta. parentes. filjs * pientiſſimis. fecerunt. et. ſibi. et. ſuis * libertis. libertabuſque : poſteriſque . eorum*. Inferne appoſita eſt eadem aſciae figura, quae pag. 49., niſi quod inverſa.

(74) Moguntina in pago Fritzheim ap. Grut. 556. 7. talis eſt: *M. Petronius. C. F * Cla. Cele* mil. leg. XIIII. GE* * (ea eſt *legio* XIIII. *Gemina*, quae & *Gemina Martia Victrix* dicta reperitur) *an. XX. ſtip. V** (ſtipendior. V) *H. S. eſt* C. Petronius frater* pie. F.* Supponitur hoc ſchema,




quod utrum pro aſcia, uti putat Monfauc. ſit habendum, ignoro. Jam vero illud primo verſu CLA, *Claudiâ tribu* interpretare. Quod ibi ſequitur CELE (niſi ſit detritum R, ut ſit cognomen *Celer*) notabit patriam, quae in militibus plerumque apponitur, auferendi caſu, ante aut poſt cognomen, quod & interdum deeſt. Ita erit CELE*iâ* (quae Ptol. eſt Κελεια) in Norico: idque potius, quam *Celemantia* in Germania, aut aliud ignobile oppidum a *Cele* incipiens.

„ ſolum ſupereſt, in quo crura viri cujuſpiam viſuntur, & in „ ima parte Aſcia, quae a ceterarum forma paulum (75.) de- „ flectit: Sed ſunt illae aſciae in variis monumentis ita diſſi- „ miles, & forma diſpares, ut haec etiam pro aſcia haberi „ poſſe videatur, ut aliae ejuſdem pene formae.

II. „ Aſcia hujuſmodi cum inſcriptione in monumentis „ bene multis comparet; quae longius eſſet referre; ſed ſatis „ erit a paucis annis detectam talem cum Aſcia inſcriptionem „ in medium adducere, in qua explicanda multi docti viri de- „ ſudarunt, quorum explicationes in diariis (*Trevoltina in- „ telligit; ex quibus eas modo produximus*) eruditorum inſer- „ tae reperiuntur. Quoniam autem adhuc ſub judice lis eſt, ac „ nonniſi conjecturis poteſt tum inſcriptio tota explicari, „ tum cauſa dici, cur epitaphia illa ſub aſcia dedicarentur; „ nulla rejecta eorum, qui jam ſententiam dixere, opinione, „ meam hic paucis expromam. Inſcriptionem (76) ſic legen- „ dam eſſe probabiliter puto: *Dis manibus & memoriae aeter- „ nae: Hylati ſuo Dymachero ſive Aſſidario. Pugnavit ſepties, „ rude donatus ſemel. Ermais conjux conjugi* Kariſſimo *poni cu- „ ravit, & ſub aſcia dedicavit.* Inter poſtrema verba appingi- „ tur aſcia. Quod ſpectat ad vocem, quam legi *Hylati ſuo* „ (77) nihil dubii eſt litteram illam in crucis ſimilitudinem „ effor-

(75) En inſtrumentum, quod inter viri crura delineat Mon-



fauc., quod genus aſciae fuiſſe, praeſtare non auſim.

(76) Quae talis eſt: D. ET. MEMORIAE.M* (ſic primo verſu heic, & haud raro alibi; ita ut illud *Dis. Manibus* extrema primi verſus occupet, ſed ante omnia pronuntietur) AETERNAE. HYLATIS * DYMACHERO. SIVE* ASSIDARIO. P. VII. RV. I * ERMAIS. CONIVX. (heic



palma inſculpitur) CONIVGI. KARISSIMO * P. C. ET. S. AS. D. Haec aſciae icon infra exhibetur.



(77) Non HYLATI. SVO, (quippe ante S nullum eſt punctum, aut ſpatiolum; nec facile S. pro *ſuo* reperias, niſi forte in S. P. *ſua pec.* S. S. Q. *ſibi ſuiſque*, & ſi-qua ſunt alia uſu trita) ſed HYLATIS caſu patrio. Fortaſſe ſoloecon illud offendit noſtrum, quod non belle genitivo dandi caſus ſubnectitur. Vitium id quidem ſermonis eſt, ſed ita paſſim in inſcriptionibus obvium, ut mirer poſſe quem-

,, efformatam ✠ eſſe litteras T & I. Sic etiam in ſecundo tomo,
,, tabula 136. in voce Neptis, TI eodem prorſus modo depin-
,, gitur. S vero ſequens *SUO* exprimet, *Hylati ſuo*: hic mo-
,, dus loquendi in epitaphiis non eſt inſolitus.

,, *Dymachero ſive Aſſidario*, in aliis inſcriptionibus repe-
,, rimus *Eſſedarium Dimachaerum*(78) certumque videtur heic
,, *Aſſidario* (79) pro Eſſedario poſitum fuiſſe. Qui ſunt legendis
,, inſcriptionibus aſſueti, hanc vocalium mutationem freque n-
,, ter occurrere non ignorant; ſic *Neptinus* pro *Neptunus* re-
,, peritur; hic etiam Dymacherus per Y ſcribitur pro I. *Eſſe-*
,, *darius Dimachaerus* is erat, qui in ludis publicis in Eſſedi de-
,, curſione duobus gladiis cum alio pugnabat; ideoque in gla-
,, diatorum numero cenſebatur. P.VII. ſignificat, ni fallor, *Pu-*
,, *gnavit* (80.) *ſepties*. RV. i. e. fortaſſe (81.) *Rude donatus*
,, *ſemel*;

quemquam de eo dubitare. Imo & character proprius eſt ſermonis ἰδιωτικοῦ, qui tum paſſim in elogiis, tum vero etiam interdum in Divinis Scriptoribus non ſine quadam venuſtia ſimplicitate obſervatur; apud quos etiam talia σολοικοφανῆ reperias, ut illud *ſive pro Tito* ... *ſive fratres noſtri*, & alibi: quae inepte viri docti ad Hebraicos caſus ſimiliter deſinentes referunt; quum revera peculiares ἰδιωτικοῦ ſermonis ſtylique ſimpliciſſimi eſſe hujuſmodi ἀντιπτώσεις, tot epigrammatum millia, abunde teſtentur.

(78) Quam vellem indicaſſet nobis Vir eximius, quibuſnam in elogiis *Eſſedarium Dimachaerum* repererit ſive conjunctim, ſive etiam ſeorſum. Nam hucuſque crediderамus, *Eſſedariorum* quidem in Seneca, Suetonio, aliiſq. Scriptoribus (non in titulis, quod ſciam) διμαχαίρου autem non alibi quam in Artemidoro fieri mentionem. Ac ne Trevoltini illi quidem treſviri, qui in interpretanda *Hylatis* epigraphe certatim ſe exercuere, ullius (quantum meminiſſe poſſum; nec enim nunc librum ad manus habeo) tituli meminerunt, in quo ſive *Eſſedar.* ſive *Dimacher.* ſit vola aut veſtigium.

(79) *Aſſidario pro Eſſedario poſitum*) Non errore ſed conſilio; ſicut tum de hac, tum de voce DYMACHERO demonſtrabimus intra not. 83.

(80) *Pugnavit ſepties*) Si pugnas heic numerare epigrammatographo propoſitum fuit, legas cenſeo PVGNARVM (quod integrum in gladiatorum titulis reperi) SEPTEM. Sed adpicta palma ſuadet, victorias heic numerari. Lege ergo PALMARVM (quod in agitatorum elogiis interdum reperi) SEPTEM: idque longe plus eſt, quam PVGNAR. VII.

(81) Fort. *Rude donatus ſemel*) Si τὸ RV. heic *Rudem* ſignificat (quod, quamvis dubitante Montfauc., mihi perquam probabile ſit; etſi nota RV. hoc ſignificatu exemplo caret) tum legendum erit RVDIS VNIVS: quomodo legiſſe videtur Valbonaeus (in Diar. Trevolt. m. Jun. 1715. pag. 1064.) hujus lectionis fidem faciens ex Gruteriana 77. 8. quae talis eſt. *Deo. Marti. Aug. Caliimorphus*. SECVNDA (pro *ſecundae*) RVDIS. V. S. L. M. i. e. *votum ſolvit libens merito*. Si erat, quum rudis pluries daretur; merito ut *pugnarum* aut *palmarum*, ſic *rudium* numerus enotabatur.

For-

„ *ſemel*; quam tamen lectionem non ut certam proferre au-
„ ſim. Quando gladiatores ſtrenue rem geſſerant, rude dona-
„ bantur, ſeu virga, quae *rudis* appellabatur, a quo tempore
„ ab hujuſmodi certaminibus publice ineundis liberi erant,
„ neque in ludis publicis iterum comparere tenebantur; ſi po-
„ ſtea pugnarent, id arbitratu ſuo nullo cogente praeſtabant.
„ Quantumvis autem cruentus & periculoſus ille ludus eſſet;
„ multi ex iis qui libertatem hujuſmodi erant conſecuti, mer-
„ cede conducti in arenam iterum deſcendebant ibique pugna-
„ bant. Finis inſcriptionis eſt: *Ermais* (82) *conjux conjugi Ka-
„ riſſimo poni curavit, & ſub aſcia dedicavit* (83). Et vere aſcia
„ probe delineata hic conſpicitur.

„ III.

Fortaſſis illud dubitari poſſit, utrum eſſedarii (quos non collato gradu, ſed de curru pugnaſſe volunt) rude donarentur. Verum nihilo minus, quam ceteros gladiatores donatos, teſtatur Suet. Claudio cap. 21., dum ait hunc principem cuidam *eſſedario*, *quum pro eo quatuor deprecarentur filii*, *magno omnium favore* indulſiſſe *rudem*. Accedit, quod quamvis Philargyrius ad III. Georg. v. 204. annotet: *Hinc & gladiatores eſſedarii dicuntur*, qui *curru certant*: tamen non ſemper eos de curru certaſſe, ſed identidem collato pede, certiſſimum habeo, idque infra not. 83. demonſtrabitur.

Poſtremo, quod ſupra monui, notam RV. ad *rudem* ſignificandam exemplo carere, veriſſimum arbitror; ſed ſatis, ut dixi, interpretatio *Rudis unius* fulcitur Gruteriana 77. 8. Ceterum in celebri tabula (in qua nomina Circenſium equorum plurima, & alia id genus) apud Panvin. *de lud. Circ.* I. 13. ſaepe τὸ RV (plerumq. conjunctim ſcriptum) reperitur, quod Onuphrius exponit *Ruſo*.

(82) ERMAIS) Peccavit heic quidem ſcalptor, ſublata aſpiratione: ſed cum multis peccavit. Ex ſolo Grut: haec ſuppetunt: ERMES. 483. 6. 881. 6. ERMETIO. 742. 3. ERMERO. 1028. 3. ERMAISCVS. 642. 1. ERMADION. 1142. 12. ERMIONE. 691. 2. M. ERMIVS. 251. Et haec quidem in derivatis ab Ἑρμῆς; nam in ceteris Graecis nominibus δασυνομένοις, Latine verò non aſpiratis, exempla ſunt in titulis, ὅσα κένις. Scalptores iſti nonnumquam Graeci erant, quibus nulla eſt in Alphabeto littera, quae τῷ H Latino reſpondeat: at erat antiquitus in Alphabeto Jonico ea littera. Sed frigida eſt defenſio. Nam peccavit cum multis.

Unus ex Trevoltinis, ut huic incommodo ſuccurreret, praecedens I in extremo verſus ſuperioris, voluit eſſe H. Deinde illud RV. ſine nota numerica, interpretabatur *Rudiario*. Sed allata ex Grutero exempla, non eſſe ſollicitandam lapidis ſcripturam monent.

(83) *Ad ſecundum verſum inſcription. Hylatis*, nim. DYMACHERO SIVE ASSIDARIO.

Et haec quidem *Hylatis* inſcriptio tam multis eruditorum Gallorum (in primis trium illorum, quos ex Diar. Trevolt. produximus, deinde Monfauconii & Auctoris *de relig. Gallor.*) ſcriptis celebrata eſt; ut merito ei accini poetae illud poſſit *Cui non dictus Hylas*? Verum quis prohibet, quominus & nos in ejuſdem *Hylatis* gratiam (praeter notata ſuperius) aliquid uberioris ſymbolae conferamus?

Et quidem ſcriptura, quae perverſa viſa eſt Gallis, ea videtur mi-

hi

ſhi rectiſſima in illis duobus vocabulis DYMACHERO ſive ASSIDARIO; Poſterius errore lapicidae pro *eſſedario* poſitum putant. Quod minime credo. Nam pro A in eo vocabulo lapis iſte & libri ſtant: pro E vero libri editi. nam vetera MSS. qui l præferant, ignoro) quorum incerta eſt ſcriptura. Lapidi ergo huic conſentit Iſidori gloſſarium, in quo reperitur: *Adſella: ſella quadrijugis*. Poſterius *Sella* fecit ut praecedens *Adſeda* (quomodo ſcripſerat auctor, & quomodo alicubi legit Cangius, qui utramque ſcriptionem *Adſeda* & *Adſella* producit) legeretur & ſcriberetur *Adſella*. Ceterum feminino genere hoc vehiculum fuiſſe uſurpatum, & Seneca epiſt. 56. & Jornandes in Gothicis cap. 2. oſtendunt, qui *eſſedas* dixerunt. Poſtremo & Artemidorus auxilio veniet, qui non tantum A in prima ſyllaba vocabuli, ſed & I in ſecunda tuebitur. Nam huic in II. ὀνειροκρ. 22. inter gladiatores neſcio quis Ἀρσιδάριος adnumeratur. Jampridem Lipſius in II. Sat. 12. legendum eſſe Ἐσσεδάριος vidit. Ea non tam correctio, quam unius dictionis in aliam conflatae tranſmutatio videbatur. At ope hujus lapidis jam tuta eſt Lipſii medicina. Nam canina tantum littera in ſibilum commutata, jam evadet Ἀσσιδάριος. Atque haec ASSIDARII ſcriptura favebit Bocharto, qui in Chan. pag. 622. 19. ab הסדן *baſſedan* id vocabulum deducit. Favebit & iis qui ab *Adſidendo* derivant: ſed labor eſt inutilis, quando vocabulum eſt Celticum, non Latinæ originis. Porro quae pro *Aſſidarii* ſcriptura dixi; non eo pertinent, ut alteram *Eſſedarii* de ſua poſſeſſione deturbem. Quam multae in barbaris vocibus, praeſertim vocalium, alternationes! Utrumque recte ſcribatur, per me licebit.

Venio ad nomen alterum DYMACHERO, videndumque, num & ea vox, quemadmodum in ſaxo ſcalpitur, latenti Artemidori ulceri mederi poſſit. Non quaero de Pythagorica littera; quam ſicuti recentiores grammatici ab hujus generis compoſitis removerunt, rati priorem compoſitionis partem eſſe adverb. Δὶς, non nomen δύο; ſic veriſimile eſt veterum nonnullos contrariam rationem ſecutos uſurpaſſe τὸ Y in prima horum compoſitorum ſyllaba, aut certe utroque id ſcriptum modo, prout regionis dialectus ferebat. Nunc de penultima ſyllaba diſputo, de qua Galli cum ſcalptore expoſtulant, prave ab eo ſimplex E ibi caelatum fuiſſe; quando & etymon (eum enim *Dimachaerum* putant, qui duabus machaeris utatur: quod & in pictura exhibuit Lipſius ibid.) & Artemidori ſcriptio diphthongum ibi poſtulent.

At equidem pro lapidis ſcriptura vindicanda meam proponam conjecturam; magis id adeo experiundi cauſa, quam quod in augurali ſcientia mihi magnopere placeam. Et quidem, ut inde exordiar, illud SIVE, quod inter utramque vocem medium intercedit, certum heic eſſe συνωνυμίας indicium, qui Latinos ſcriptores novit, non dubitabit; nam SIVE disjunctivum non magis heic locum habet, quam in illa formula, *Hoc monumentum ſive ſepulcrum eſt* &c. Tantumdem igitur Latine eſſe ASSIDARIVS quantum Graece DYMACHERVS, illud SIVE prope clamitat. Tituli auctor quum Graecum nomen, quod erat ignotius, praepoſuiſſet, exiſtimavit (idque per SIVE ἐξηγητικόν) altero Latino *Aſſidarii* ſubjecto illud obſcurius interpretari. Certe niſi *Dimacherus* idem prorſus ſit, quod *Aſſidarius*; miraculo erit, cur Artemidori διμάχαιρος nuſquam in Latinis ſcriptoribus compareat. Nunc nihil in eo ſilentio eſt mirabile. Quid enim Graeco nomine Latini uterentur, quando Latinum alterum *Aſſidarii* aut *Eſſedarii* ſuppetebat, uſu tritiſſimum? Sed tamen antequam ultra progrediar, evellendus eſt ſcrupulus, qui ex cit. Artemidori loco ultro ſe offert; qui Auctor ubi Ἀσσιδάριον (qui nobis eſt *Aſſidarius*) memoraſſet; deinde, *Probatore* interjecto, ita demum ad

 διμά-

διμάχαιρον gradum facit. Annon igitur Artemidoro Aſſidarius diverſus omnino a διμαχαίρῳ eſt? Verum, ut fatear, plus apud me valet lapidis hujus fides, in quo ea duo ſunt unius gladiatorum generis nomina, quam vaniſſimi illius ſomniorum conjectoris. Quamquam ne hujus quidem fides periclitatur. Nam jam inde ab initio ejus capitis profeſſus eſt, ſe ſomniorum conjectiones nominibus magis gladiatorum, quam rebus ipſis, accommodaturum. Ἐπειδὴ δὲ ἄνευ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν οὐκ ἐστι σαφῶς παραστῆσαι τὰς ἀποδείξεις, χρήσομαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν. Quod verterem: *Quoniam autem, niſi nominibus ipſis productis, non eſt facile oſtenſa* (illud ἀποδείξεις vox eſt mea ſententia ſomnialis, notatq. ni fallor id, quod Latini *oſtenſum* appellant: eaque notione *oſtendendi* verbo utitur ſaepe Cyprianus & alii) *depromere, utar ejus rei appellationibus*. Deinde ſic ſingula gladiatorum nomina percenſet, tamquam de nominibus tantum ſollicitus, de re parum. Sive ergo noſter conjector ex duobus ejuſdem rei nominibus diverſa ſe poſſe putavit interpretamenta elicere; ſive Graeculus ignoravit *aſſidarium* eumdem eſſe ac διμάχαιρον: hoc interim pro certo ponendum cenſeo, nutare non poſſe lapidis hujus fidem, qui voces duas illas pro eodem poſuit.

Viſo, vocabula haec eſſe συνώνυμα; & illud porro videamus utrum par idemque utriſque munus reſpondeat. Eſſedariorum gladiatorum peculiare fuit de eſſedo depugnare. Philargyrius ad Georg. III. *Gladiatores Eſſedarii dicuntur, qui curru certant*. In quo ſcholiaſtes iſte unum dixit, quod omnes ſciunt, eccur eſſedarii dicerentur, quia ſcil. de eſſedo depugnarent: alterum, quod ad ejus propoſitum nihil faciebat, tacuit, nim. eos nonnumquam de curru deſiliiſſe, ac pedites decertaſſe. Poſterius hoc viſus eſt ſibi ex epiſtola Senecae 29. elicuiſſe Lipſius in II. Sat. 12. in joco Graecini de Ariſtone philoſopho, qui in geſtatione diſſerebat. *De eodem* (Ariſtone) *quum conſuleretur Jul. Graecinus vir egregius, quid ſentiret; Non poſſum, inquit, tibi dicere: neſcio enim, quid de gradu faciat: tamquam de eſſedario loqueretur*. Equidem, quamvis Schefferus (ratus, hos gladiatores numquam de eſſedo deſiliiſſe) in II. vehic. 23. in contrariam partem invito Apolline torqueat hunc locum; Lipſii ſententiae libens accedo; maxime ob hanc rationem, quae ita ſtatim in oculos incurrit, ut vix ſit, quin & aliis in mentem venerit. Nam Caeſar in IV. B. G. 33. Britannorum Eſſedarios eleganter deſcribens, ait: *Genus hoc eſt ex eſſedis pugnae. Primo per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt, atque ipſo terrore equorum & ſtrepitu rotarum ordines plerumque perturbant; & quum ſe inter equitum turmas inſinuavere, ex eſſedis deſiliunt, & pedibus praeliantur. Aurigae interim paullum e praelio excedunt* &c. Sic juſti illi Eſſedarii juſto in praelio depugnabant. An putamus iſtos imaginarios (gladiatores eſſedarios intelligo) aliter in gladiatorio munere depraeliatos? Non credo; qui ſciam, gladiatores, eos maxime, qui nationis alicujus nomen gererent, uti *Samnites*, *Thraces* &c. ſua arma & ſuum pugnandi genus, quoad fieri poterat, ex illa natione petitum retinuiſſe. Ergo hoc erat Eſſedariorum peculiare, quod modo de eſſedo, modo pedibus congrederentur. At idem prorſus & *Dimacherus* ſine diphthongo (quomodo in hoc ſaxo ſcribitur) ſignificat. Sane Lipſius in II. Sat. ſecutus vulgatam Artemidori ſcripturam, id vocabulum a duabus machaeris adſciſcit; itaque hos gladiatores, quaſi totidem Homericos Aſteropaeos, ἀμφιδεξίους ſcil., in ſua tabella depinxit. Id poſt Lipſium tum Trevoltini treſviri, quos ſaepe laudavi, tum alii eruditi Galli ſtatim arripuerunt. At equidem pro lapidis ſcriptura ſteterim, & Artemidorum non ſemel a librariis nefanda paſſum, heic quoque ex hoc lapide ſanandum, crediderim. Sane ut a βλάβη βλαβερὸς, & a τρυφὴ τρυφερὸς; ſic a

μάχη

III. ,, Quaeritur autem, cur hujuſmodi inſtrumentum in
,, monumentis ſepulcralibus poneretur, & cur ſub hoc inſtru-
,, mento illa dedicarentur. Hic opinionum facta ſunt divortia:
,, nec mirum: veram nempe hujuſce rei cauſam attingere non
,, ita facile fuerit. Lex XII. tabb. ſic habet: *Rogum aſcia ne po-*
,, *lito*. Hae XII. tabb. leges non ſemper obſervatae fuerunt:
,, hac de re convenit inter omnes: Multi hic quaſi augurando
,, ſententiam dixere, nulluſque fortaſſe rem acu tetigit. Ab
,, omnibus autem exploditur opinio Chorerii, ſic a Sponio
,, allata & laudata: *Chorerius qui antiquitates Viennae Allo-*
,, *brogum deſcripſit*, inquit Sponius, *ingenioſe haec explicat*;
,, *σκιὰ inquit Graece ſignificat umbra*, *unde fit ἄσκια & Lati-*
,, *ne Aſcia*, *locus umbra vacuus*, *& in ſimili loco aperto*, *& um-*
,, *bra*

μάχη erat μαχερός: quod vocabulum ut ſimplex inuſitatum fuerit, at compoſitum certe διμαχερός dici conſueviſſe, lapis hic docet. Is erat, qui duplici pugnae genere utebatur, modo de curru, modo collato gradu, eo ritu modoque quo ad Ilium decertabant heroes. Id autem in aurigatione & vectatione διμαχεροὶ erant, quod in equitibus διμάχαι, ii ſcil. qui pro loco vel equites vel pedites erant. Heſychius: Διμάχαι· οἱ λεγόμενοι ἀμφιπποι οἵτινες ὅτε μὲν πεζῇ, ὅτε δ᾽ ἐφ᾽ ἵππων μάχονται. *Dimachae*, *qui & Amippi* (ſoit. *aphippi*, ut ἄφιπποι ſint, qui ab equis deſilire ſunt aſſueti) *dicuntur*, *qui modo pedites*, *modo equites ſe gerunt*. Sed copioſior eſt Jul. Pollux in I. cap. 10. 132. Ἦν δέ τι καὶ ἕτερον εἶδος ἱππέων, Διμάχαι, Ἀλεξάνδρου τὸ εὕρημα, κουφοτέραν πεζοῦ ὁπλίτου, καὶ βαρυτέραν ἱππέως ἔχοντες σκευὴν, ἐξησκημένοι πρὸς ἄμφω, καὶ τὴν ἐκ γῆς, καὶ τὴν ἀφ᾽ ἵππου μάχην. ὅπως ἂν &c. *Fuit & aliud genus equitum*, *Dimachae*, *Alexandri inventum*, *leviorem peditis*, *gravioremque equitis armaturam gerentes*, *ad utramque pedeſtrem & equeſtrem pugnam comparati*, *prout locus ſuadebat*; *ne Lydium incommodum paterentur* (de quo Herodotus Muſa I. Xen. in VII. παιδείας, quando equitatus Lydis inutilis evaſit adverſus Cyrum, qui immiſſis camelis equos proturbaverat) *ſed equum quidem famulus*, *qui ad hoc miniſterium ſubſequebatur*, *excipiebat*: *at ille ex equo deſiliens pedeſtrem pugnam inibat*. Ergo uti dicebam, ſicuti διμάχης modo de equo, modo de gradu pugnabat; ſic & Aſſidarius (qui utrumque pro loco implebat, ut de curru ſe in pedes, ubi res ferret, proriperet, & pedibus congrederetur) ob eamdem rationem διμάχης, & peculiari dialecto διμαχερὸς appellabatur. Ut ad Artemidorum redeam; viderint, quibus eſt facultas, num ſcripti antiquitus libri diphthongum, an ſimplex E, in eo vocabulo exhibeant. Ceterum nihil proclivius fuit, quam ut ſive antiqui librarii, ſive noſtri editores, rati id nomen a *machaera* venire, ſe gratiam inituros ab hoc ſcriptore putarent, ſi pro E diphthongum reponerent.

Par ergo, quod initio propoſueram, utrique vocabulo ſubjecta eſt notio: par *Aſſidario & Dimachero* munus: recta eſt ſcriptura lapidis: & Artemidorus ex hoc ſaxo, ut in *Aſſidarii*, ſic & in *Dimacheri* ſcriptione reſtituendus. Sed conjecturarum ſatis.

„ *bra vacuo haec monumenta collocabantur* .

„ Fabrettus putat, Aſciam in his monumentis exhibi-
„ tam non eſſe dolabrum ad ligna caedenda & expolienda, ſed
„ ad expoliendas ſtrues lateritias. Inopes ſolum iis uſos exiſti-
„ mat, qui lateritia tantum habent ſepulcra, quod etiam
„ ſignificabant, quum inſtrumenti hujuſmodi ſchema ſepulcris
„ apponerent, ac dicerent, ſe *ſub aſcia* monumentum *dedica-*
„ *viſſe*. Verum haec explicatio ſtatim ruit, quandoquidem cer-
„ tum eſt, monumenta illa plerumque lapidea, non lateritia
„ fuiſſe. Certe nihil poteſt ſine periculo errandi de re tam ob-
„ ſcura dici; ex iis omnibus explicationibus, quae hactenus
„ prodiere, nullam mihi arridere fateor. Nec puto, rem claram
„ evadere poſſe, donec aliquod monumentum eruatur, quod
„ tam obſcurae rei lucem afferat.

XXVI. *Auctor de Religione Gallorum* .

Sub haec anno 1727. opus eruditum Pariſiis prodiit, duobus tomis comprehenſum Auctore Anonymo (84) Monacho Congregationis S. Mauri, cui praeſcribitur index *La Religion des Gaulois* . Is auctor lib. V. cap. 5. & 6. copioſe & accurate de ea formula ſic agit, ut priore capite aliorum ſententias referat ac refellat, poſteriore ſuam proponat atque argumentis ſtabiliat.

Ergo cap. V. poſtquam Chorerii & Fabretti (tacito utriuſque nomine) placita confutaſſet, deinde & recitata Mabillonii ſententia, ad extremum de Menetrierio ſic exorditur . „ Il y
„ a un autre ſentiment, qui frappe d'abord, & qui merite
„ d'avoir ici ſa place; il eſt du P. Menetrier (Hiſt. de Lion p. 52.
„ & ſeq.) qui le donne comme ne ſouffrant aucune difficultè.
„ L'Inſtrument, dit-il, repreſentè ſur les tombeaux des Pa-
„ yens n'eſt pas une hache ni une doloire a couper & aplanir
„ le bois, mais une gâche a dètremper la chaux (ce ſentiment
„ eſt celui de M. Fabretti rapportè par le P. Mabillon, qui le
„ combat, *ubi ſupra*) que l'on nomme à Paris un rabot, & en
„ terme de blaſon un ruſtre, du mot Latin *rutrum* ou *rutabu-*
„ *lum*.

(84) Nec ſane in perveſtigando auctoris nomine laborandum cenſui: quoniam is, quiſquis fuit, ubi veterum pictorum exemplo, opus jam perfectum in pergula tranſeuntibus propoſuiſſet, ipſe poſt pergulam latere voluit; liberiora nimirum de ſe judicia elicíturus.

„ *lum*. Vitruve nomme cet inſtrument *aſcia*, dont il dit que
„ l'on ſe ſert à gâcher la chaux, & le mortier, *macerata calx*
„ *aſcia dolatur*, dit il au Livre ſeptième de l' Architecture
„ chap. 2. &c' eſt de ce mot *aſcia* que l'on a fait le terme de
„ gâcher. C'étoit donc, ajoute-t-il, la coutume, quand on
„ conſacroit ces tombeaux aux dieux Manes, que celui qui
„ faiſoit cette Dedicace, prenoit du mortier avec une gache, &
„ la mettoit le premier avec ceremonie dans le creux, ſur le
„ quel on vouloit placer ce tombeau; ceremonie qu'on a rete-
„ nue, quand on met les premieres pierres des Egliſes, des
„ Monaſteres, des Palais, & des autres edifices publics, où les
„ Princes, les Prelats & les Magiſtrats, avec une truelle d'ar-
„ gent prennent du mortier, & en font l' aſſiſe de cette pre-
„ miere pierre. Voilà le myſtere de ces paroles *ſub Aſcia dedi-*
„ *care*, qui avoit èchappè à tous nos ſavans. I. Cependant
„ quand on vient a l'examiner de près, on trouve qu'il ne ſe
„ ſoutient point . . . car en fin il eſt ſur que le rabot ou gache
„ du P. Menetrier doit toujours avoir eu un manche infini-
„ ment plus long que l'*aſcia* ne l'a dans aucun des monumens,
„ qui ont paru juſqu'ici. II. D'ailleurs on ne perſuadera ja-
„ mais qui que ce ſoit, qu'il ait ètè poſſible en aucun pays,
„ de ſe ſervir du rabot ou gache pour prendre du mortier, &
„ obſerver la ceremonie dont parle le Pere Menetrier; la lon-
„ gueur que devoit avoir le manche de l'*Aſcia*, & toute la fi-
„ gure de l' *aſcia* meme, ne permettoient point de l' emploier
„ à cet uſage. III. Le rabot ou gache des maçons Gaulois peut
„ il avoir eu la figure de l'aſcia des ſepulcres? comme c'eſt
„ une choſe, dont les yeux peuvent mieux juger que tout ce
„ qu'on pourroit dire; qu' on examine, qu' on compare bien
„ tout enſemble; & l'on verra qu'il etoit moralement impoſ-
„ ſible que l'*aſcia* ſervit a detremper la chaux. IV. Qui a dit
„ au P. Menetrier que le rabot ou gache dès maçons Gaulois
„ etoit de fer, & non de bois; comme il l'eſt dans la plupart
„ de nos Provinces? V. Pour l'autoritè de Vitruve, elle ne fait
„ rien ici: cet Auteur eſt reconnu pour avoir fait une infinitè
„ de mots nouveaux, & il n'eſt gueres perſonne qui voulut ga-
„ rantir *aſcia* pour un bon mot Latin dans le ſens du P. Me-
„ netrier. VI. Bien plus, c'eſt que Vitruve n'a jamais dit qu'
„ il y eut un outil de maçon, qui fut nommè *aſcia*; & c'eſt abu-

„ ſer etrangement du texte de cet Auteur. Pour ſe convain-
„ cre de ce que je dis, on n'a, qu'à conſulter Vitruve lui-me-
„ me: on trouve d'abord que jamais Auteur ne fut plus mal
„ entendu. Il parle de la preparation de la chaux pour le
„ ſtuc & les enduits en ces termes: (VII. 2.) *Cum autem*
„ *habita erit ratio macerationis*, &c. (*Reliqua loci Vitruv. vide ſup. in Valbonæſo pag.* 58. *num.* 6.) „ Pour connoi-
„ tre, dit Vitruve, ſi la chaux eſt bien èteinte, bien fu-
„ sèe, & bien temperèe, il faut paſſer deſſus un rabot (Mon-
„ ſieur Perrault appelle cet outil un Coupeau. *Voyez l'endroit*)
„ mais quel rabot? Celui qui fait le meme effet ſur la chaux,
„ que la doloire fait ſur le bois. VII. En fin qu'a de remar-
„ quable le rabot des maçons pour entrer dans une des plus
„ ſerieuſes ceremonies de nos ancetres, preferablement a tant
„ d'autres inſtrumens, & outils bien plus nobles, du moins
„ plus autoriſez par l'uſage & la Religion? (85)

Poſtremo Trevoltinorum ſententiis recitatis, ad ultimum obſervat „ que parmis le grand nombre de tom-
„ beaux qui ſont conſacrez *ſub aſcia*; les uns contiennent tout
„ a la fois la formule de la dedicace, & la figure de l'*aſcia*: les
„ au-

(85) Anonymum cum Menetr. conferenti mirari ſubiit, cur ille in poſteriorem Jeſuitae ſententiam (pag. 52. *Hiſt. Lugd.* propoſitam) tantus inſurgat; de altera interim, quam bonus Menetr. *Praepar.* ad Hiſt. Lugd. expoſuerat, prorſus ſileat. Quid dico ſileat? Imo hanc alteram buccis crepantibus cap. ſeq. eloquitur, ſed ita ut ſibi auctori magnifice vindicet, nulla cum mentione Menetrierii, quocum habet omnia communia, tum ſententiam, tum fundamenta ſententiae.

Sed facilis eſt defenſio. Jeſuita, qui opinionem ſuam in *Praepar.* traditam, poſtea in Hiſt. retractaſſet (nam certe qui diverſam a priore docet, priorem jam revocavit: & ſane illam in *Praepar.* traditam, fuiſſe prius ſcriptam, quam quae in *Hiſtoria*, colliges ſupra in Menetr. pag. 21. verſu 11.) illam priorem tacite a ſe abdicavit, & pro derelicto habuit. Derelicta autem ſunt ἀδέσποτα, & primo invadenti acquiruntur.

Aut ſi ea defenſione uti nolet; erit parata altera. Nam, opinor, Anonymus, qui Lugdun. hiſtoriam vidit, Praeparationē hiſtoriae praeviam non vidit: tum non tantum eadem prorſus opinio Benedictino huic, quae antea Jeſuitae, in mentem venit, verum etiam omnes ratiunculae, quas ille occupaverat. Quo minus mirari debes, ſi noſter Anonymus athleticas illas in inſcriptionibus pugilum formulas uſurpet, ſe ΠΡΩΤΟΝ ΚΑΙ ΜΟΝΟΝ &c. hoc omnibus ignoratum aenigma e tenebris eruiſſe. Tales nimirum plures inventores aetas haec noſtra profert: quibus ſi priorem auctorem opponas, protinus in eadem ſe veſtigia, in quae ante alii, incurriſſe nullo monſtrante ajunt: tum ſancte ajentibus ſancte creditur. Quid enim in his non gratificemur?

„ autres n'ont que l'*aſcia* ſeule, ſans la formule de la dedicace: „ au contraire ſur d'autres la formule de la conſecration eſt „ bien exprimèe, mais ſans nul veſtige de l'*aſcia*. D'où il „ paroit qu'on peut raiſonnablement inferer, qu'il peut y „ avoir des tombeaux, qui ont ètè fort bien conſacrez *ſub* „ *aſcia*, quoiqu'ils ne portent point de marques de l'aſcia, ni „ de la formule de la conſecration.

Chap. VI. L'Aſcia des ſepulcres eſt veritablement une hoüe ou „ marre. Les Gaulois en avoient de pluſieurs ſortes. Cippe de „ marbre conſacrè SUB ASCIA. Cette conſecration avoit grand „ rapport avec celle des fondations des Villes.

„ 1. L'Auteur de l'Antiquitè expliquèe a fait un chapitre „ expres (*tom. V. p.* 107.) pour tâcher de bien expliquer ce que „ c'etoit que ſub aſcia dedicare, & ſans donner aucun ſenti„ ment auquel on put s'arreter, il conclut en diſant qu'il fal„ loit attendre qu'on deterrât quelque nouveau ſepulcre, dont „ on pût tirer les eclairciſſemens neceſſaires. La modeſtie d'un „ sì grand homme devroit etre notre modelle, & notre regle: „ mais le danger qu'il y a d'attendre toujours inutilement ou „ du moins trop long-temps, nous a portez à propoſer ici „ une opinion, qui nous paroit etre non-ſeulement bien „ mieux fondèe que toutes celles qu'on a inventèes, mais en„ core la ſeule vraye.

„ 2. L'*Aſcia* que l'on a pris juſqu'ici pour une doloire, & „ un outil de charpentier ou de maçon, n'eſt rien moins que „ cela; du moins dans le ſens qu'on l'a entendu juſqu'ici: c'eſt „ au contraire un'inſtrument a remuer la terre, & qui revient „ à la houe & marre de nos vignerons. En effet, ces marres, „ ces houes ont encore l'air & la figure de l'*aſcia* des ſepulcres; „ auſſi ont-elles retenu leur ancien nom dans le Languedoc, „ où on les appelle *aſſados* ou *aiſſados*, mot qui eſt viſiblement „ dèrivè d'*aſcia*. (86)

„ 3. Il ne faut point croire, que l'*aſcia*, qui ſervoit a la „ dedicace ou conſecration des ſepulcres de nos ancetres, fut „ un inſtrument ordinaire; c'ètoit au contraire un outil par-

„ ticu-

(86) Confer hoc Anonymi ſegmentum cum Menetr. ſupra pag. 20. ver. antep. ubi, quod Noſter heic appellat *Houe & un' inſtrument a remuer la terre*, ille vocaverat *un Hoyau propre a remuer la terre*. Vide eumd. Menetr. ſup. pag. 21. num. 3. 4. 5.

„ ticulier, & conſacrè à creuſer la terre en vûë d'èriger des „ sèpulcres. Cela eſt evident par une lettre de Sidonius(87) Apollinaris à ſon neveu (lib. 3. ep. 12.) où il raconte qu'etant „ parti de Lion pour ſe rendre à Clermont en Auvergne, il „ vit d'une èminence que le champ où ètoit le ſepulcre de ſon „ ayeul, qui avoit ètè Prèfet du Pretoire de Gaules, au commencement du cinquième ſiècle, & qui auoit embraſsè le Chriſtianiſme, ètoit profanè non ſeulement par les oſſemens des „ gens, qu'on y venoit enterrer tous les jours, mais encore „ par les cendres qui provenoient des buchers: qu'il fremit a „ ce ſpectacle, & que ne pouvant ſouffrir de voir de ſes propres „ yeux des ouvriers travailler actuellement a fairo des creux, „ & des foſſes pour elever là de nouveaux ſepulcres; il courut „ ſur eux, les chargea, & vengea ſur le ſepulcre même de ſon „ ayeul l'affront, qu'on lui faiſoit de le confondre avec des „ payens, & d'autres gens voulgaires. Or il eſt à remarquer „ que Sidonius appelle l'inſtrument, dont ſe ſervoient ces „ ouvriers pour creuſer la terre *Raſtrum funebre*, qui n'eſt & „ ne peut-etre que l'*aſcia* des Inſcriptions: ce qui d'une part „ merite d'autant plus d'ètre obſervè, qu'il s'agit dans cette „ lettre d'un ſepulcre des environs de Lion, d'où nous viennent la plus grande partie des monumens, qui parlent de „ l'*aſcia*: & que de l'autre *Raſtrum* grammaticalement ſignifie dans Terence, Columelle, Pline, Caton & autres anciens „ un outil qui ſert à remuer, creuſer, ou labourer la terre.

„ 4. Mais ce qui fait encore mieux voir que l'*aſcia* eſt ce même inſtrument, c'eſt ce proverbe ſi frequent(88) dans les Auteurs Latins (*Petron. Apul*) *Ipſe mihi aſciam in crus*(89) *impegi*;

„ je me

(87) Totum hunc Sidonii locum produxerat & argumento accommodaverat Menetr. quem vide ſup. pag. 25. num. 2. Sed quod is locus priori Menetr. ſententiae magis faveret; laudo, quod illum in rem ſuam jure ſuo vertit Anonymus. Ceterum Sidonii *Raſtrum funebre* eſſe *Aſciam*, de qua quaerimus, credat qui volet.

(88) *Si frequent dans les Auteurs Latins*) Quum haec audis, putabis, aliquot Auctorum decadas eſſe mox producendas. Tamen Petronium tantum & Appuleium laudat. Ex his duobus, in Petronio neque vola neque veſtigium illius paroemiae: niſi Anonymus nova exſpectet fragmenta Traguriana. Itaque inſtar omnium unus reſtat Appuleius; cujus tamen verba longe ſunt alia. Nam

(89) Appulei locus eſt in III. de Aſino in haec verba: *Meque ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis.*

,, je me ſuis donnè moi-mème un coup de houe à la jambe:
,, c'eſt preciſemet ce qui arrive ſouvent a ceux qui ſe ſervent
,, de la houe; parce que cet inſtrument eſt difficile à manier:
,, car I. Son manche eſt fort court. II. Le fer au contraire eſt
,, ou auſſi long ou plus long que le manche. III. Ce fer eſt ſi
,, recourbè, qu'il eſt preſque parallele au manche même, & dans
,, ce cas ſi l'on ne meſure bien ſon coup, au lieu de donner en
,, terre, la hoüe porte infailliblement ſur la jambe de celui
,, qui la tient; ainſi on ſe bleſſe ſoi-meme ſans pouvoir en re-
,, jetter la faute ſur d'autres; ce qui eſt le vrai ſens du (90)
,, proverbe.

,, 5. Toutes ces preuves conduiſent a la vraye intelligence
,, de la Loi des douze Tables, *Rogum aſcia ne poleito*; pourvu
,, qu'on obſerve que ces loix furent toutes dreſsèes dans le tems
,, que les Romains parloient encore Grec, en tout, ou en partie.
,, Ainſi tous les mots qui compoſent notre Loi ſont purs Grecs
,, & non Latins. *Rogus* n'eſt point un bucher, mais une ou-
,, verture, une foſſe, Ρωγὰς ou Ρωγμὸς; l'*aſcia* n'eſt ni une *ha-
,, che*, ni une *doloire*, ni une *ſcie*, ni une *gache*, mais une *mar-
,, re* ou une *hoüe*; & vient de ἀσκῶ, ou ἀσκέω travailler, cultiver,
,, chercher avec travail, operer. *Poleito* ne vient point non
,, plus du Latin *polire*, qui ſignifie polir, rendre uni; mais de
,, πολέω

(90) Ut paroemialem aſciam de ligone interpretaretur, *ſponte aſciam cruribus ſuis illiſit*. Argumenta Anonymi eo redeunt. Aſcia in ſepulcris ſcalpta (quam fuiſſe ligonis genus, aut aliud ſarritorium inſtrumentum, jam videlicet ſibi ſumſerat) perbrevi eſt manubrio, (nam quod vult, brevius ei manubrium, quam ferrum, nemo id ei accredet eorum qui ea monumenta oculis uſurparunt) adhaec ferrum habet Manubrio fere παράλληλον. Ex his incommodis ſequitur, vix fieri potuiſſe, quin eam facile foſſor cruribus ſuis illideret. At ex his Anonymi ὁμολογουμένοις hoc alterum ſponte fluit, nim. aſciam in ſepulcris ſcalptam quidvis potius fuiſſe, quam ſive ſarculum ſive ligonem, ſive inſtrumentum ad eruendam terram: quandoquidem ſi ad humum egerendam eo ferramento uti voluiſſent, non poterant illud non cruribus illidere. Aut ſi revera illo ferramento in tumulis obvio ad fodiendum uti voluiſſent; quanti hoc erat laboris manubrium producere, & ferrum divaricare; ne foſſor aſciam cruribus illideret?

Jam vero adagium quod ſpectat: adjungam Hadr. Junii interpretationem. *Proverbiali ſchemate de eo dicitur, qui ſibi ipſi malum arceſſit dedita opera aut temeritate quapiam. Translatum videtur a fabula quae memorat Lycurgum Toracem ſuccidendis vinetis intentum crura ſibi amputaſſe, impacta ſecuri .... Eſt a. aſcia fabrile inſtrumentum ad caedendam materiam comparatum: cujus inventio Daedalo attribuitur a Plinio. Simili metaphora Cic. dixit in or. pro Plancio: Infligere ſecurim pro damnum afferre.*

,, πολέω labouſer, faire des ſillòns, hercer, remuer, travailler ,, la terre, c'eſt auſſi dans ce ſens que les Grecs diſoient, δίπολος ,, γῆ καὶ τρίπολος, un champ labourè deux, & trois fois. Sur ce ,, pied cette celebre Loi, qui a mis les Antiquaires des derniers ,, ſiecles a la torture, portoit defenſe aux Romains de creuſer ,, des foſſes aux morts avec aucun inſtrument de fer ou d' ai- ,, rain, tel qu' ètoit l' *aſcia* dont nous parlons (91) Les Au- ,, teurs de cette Loi ne faiſoient que ſuivre une tradition, *des* ,, *tems les plus reculez, qui ne ſouffroit point que les outils, où* ,, *il entroit de ces ſortes de metaux ſerviſſent a la conſtruction* ,, *des ſepulcres* (*Etymol. Magn. in* Ηρία: Τὸ παλαιὸν, ἐν τοῖς ,, κοιλώμασι τῆς γῆς ἔθαπτον, μήτε σιδήρῳ μήτε χαλκῷ κεχρημένοι) *On* ,, *choiſiſſoit un lieu creux : le mort ètoit jettè dans ce creux, &* ,, *on le couvroit indifferemment avec les mains de terre & de* ,, *pierres, ſans le ſecours d'aucune aſcia*. (92)

,, 6. Voila

(91) Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι &c. non enim niſi rite prius invocata Muſa, ad tam mirifica ab Anonymo detecta myſteria commentari poſſum. Miſeret me Ciceronis, qui legis hujus aliarumque ſepulcralium una productarum ſententiam ignoraverit, dum eas ad minuendos ſumptus (qui certe in dolanda pyra, mox ſtatim arſura, ſupervacanei videbantur) comparatas tradit. *Jam cetera* (ait in II. *de Leg*:23.) *in XII. minuendi ſumptus lamentationeſque funeris, translata de Solonis legibus*. HOC PLVS *inquit* NE FACITO. ROGVM ASCIA NE POLITO. At ſi Graece ſciſſet Tullius, quantum Anonymus (qua lingua videlicet decemvirali aevo Romulidae loquebantur, ſi Noſtro credimus: vide initio hujus num. 5. verſu 4.) longe aliam ſententiam ex XII. exrudiſſet, tum heic, tum in ceteris fragmentis, quae is paſſim adſpergit. Ceterum rogandus eſt Noſter, ac magnopere obteſtandus, ut quidquid fragmentorum ſupereſt e XII., pergat eadem felicitate ex Graeco fonte interpretari; deinde & Saliare carmen, & quidquid aliud apud caſcos Romanorum uſurpabatur, a ſe expoſitum publici juris faciat.

(92) In Etymologici loco interpretando pari felicitate verſatur. Totus Etymologici locus in Ηρία ſic habet. Ubi quid id vocabulum προπαροξυτόνως ſignificet, adnotaſſet; haec ſtatim adtexuit: παροξυτόνως δὲ (σημαίνει) τοὺς τάφους. παρὰ τὴν ἔραν. τὸ γὰρ παλαιὸν ἐν τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς ἔθαπτον, μήτε σιδήρῳ, μήτε χαλκῷ κεχρημένοι· ἢ παρὰ τὸν ἀέρα, ἤγουν τὸν ἐπικείμενον σκότον τοῖς τεθνεῶσι· i. e. Ηρία *penacutum ſepulchra ſignificat, ab* ἔρα *i. e. terra. Nam antiquitus in terrae cavis ſepeliebant, neque ferramento neque aereo inſtrumento uſi. Sive ab* ἀήρ, *qua tenebras ſignificat, ob incumbentem ſcil. mortuis caliginem*. Similia in Suida reperies; qui & originem ab ἔρα notat, & quoſdam epigr. locos producit, ubi id vocabulum pro terreis ſepulcris uſurpatur. Itaque hucuſque credideramus, hoc ſibi velle Etymologum, ſepulcra Graecis iccirco ἠρία (quod voc. a terra deducitur) fuiſſe appellata, quia antiqui mortuos in terra defodiebant, non vero in editis Mauſoleis; cujus rei hoc argumentum

affert;

„ 6. Voila enfin la ſignification de l'*aſcia* des pierres ſe- „ pulcrales èclaircie & fixèe : mais ce n'eſt pas tout ; les Gau- „ lois avoient des *aſcia* de deux ſortes, ſelon la difference ou la „ qualitè du terrain où ils conſtruiſoient leurs tombeaux: ſi c'è- „ toit dans un champ, ou lieu pierreux, ils ſe ſervoient d'une *a-* „ *ſcia* ou outil pointu & acerè, comme un pic des maçons, ter- „ raſſiers ou pionniers d'aujourd'hui : ſi c'etoit dans une bonne „ terre, ils employoiēt pour l'ouvrir une *aſcia* ou inſtrument de „ fer, large & plat, cōme une *bèche* qui ſeroit renversè, ou comme „ une *houe recourbèe*, dont les vignerons ſe ſervent encore pour „ travailler les vignes. Cette derniere forme d'*aſcia* eſt fort en „ vogue dans le Languedòc, où elle a le nom d'*aſſado*, comme „ je l'ai dèja dit. Je n'ai decrit juſqu' ici que le cotè de l'*aſcia*, „ qui ſervoit a remuer, & creuſer la terre, qui etoit en effet le „ plus conſiderable; l'autre qui repondit au premier, & qui „ croiſſoit ſur le manche comme un marteau, avoit auſſi la fi- „ gure d'une moitiè de *marteau*, & il ſervoit a briſer les poin- „ tes de roc vif, qui avançoient dans la foſſe qu'on creuſoit, „ ou à faire tomber & amener les pierres & les cailloux, qui „ faiſoient le meme effet, & n'etoient qu' à demi dècouverts.

„ 7. Ces deux ſortes d'*Aſcia* ſe trouvent ſouvent gravèes „ ſur

affert ; quia neque ferramento ne- que aeramento ad ſtruendas hujus modi ſepulcrorum moles uteban- tur. Non vetari credebam ligonem ad egerendam terram, ſed tot fer- ramentorum apparatum, quibus ad Mauſolea erigenda opus erat. Nec aliud ex Suida colligebam: Ἠρία· οἱ τάφοι· φασὶ δέ τινες κοινότερον μὲν πάντας τοὺς τάφους οὕτως ὀνομάζεσθαι· κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς μὴ ἐν ὕψει ᾠκοδομημένους. Ubi ait, *univerſe quidem eo vocabulo omnia ſepulcra notari, ſpecialiter vero non in ſublime erecta*, ſed terrea. Nunc, ubi novus ignoratarum an- tea religionum indagator prodiit, docemur alia omnia. Nimirum enim hoc ad ſepulcrorum leges pertinebat, terram ferramento ul- lo eruere ne liceret: in oblatos ca- ſu cavos mortui conjiciendi erant (*on choiſiſſoit un lieu creux* &c.) aut ſi nullus cavus ſeſe offerret, quid aliud reſtabat, niſi ut arceſ- ferent

Canidiam pedibus nudis, paſ- ſoque capillo,
Cum Sagana majore ululantem
(quibus penſi eſſet) *ſcalpere terram*
Unguibus ?

Nunc quaeramus ex Anonymo Caſſii illud, CUI BONO ? Cui bono, inquam, inauditas XII. tabb. interpretationes novaſque funerum & ſepulcrorum leges procudit, & caelum terrae commiſcet ? ut argumento ſuo ſerviat, inquis ? Minime omnium. Imo ut hy- potheſim ſuam confodiat. Non alio certe quae comportavit, per- tinent, niſi ut intelligatur, veti- tum fuiſſe aſciae ſarritoriae uſum in re ſepulcrali. En iterum ſarri- toriam aſciam, quam tanto moli- mine in ſepulcrales religiones invi- tam infert, elabi ſibi de manibus pariter: nec hoc ſatis: etiam *ſpon- te cruribus ſuis illidit*.

„ ſur les ſèpulcres des Gaulois ; on voit la premiere non-ſeule-
„ ment ſur la pierre & l'Inſcription de S. Ferriol, dont nous
„ avons parlè, & qui fut priſe pour une Croix ; mais encore
„ au-deſſus d'une Inſcription trouvèe a Lyon, que Gruter nous
„ a donnèe *pag.* 428. 10. (93) L'autre *aſcia* eſt auſſi dans plu-
„ ſieurs anciens Monumens de Lion, principalement dans ce-
„ lui qu' a donnè le P. Menetrier dans l'Hiſtoire qu'il a fait de
„ cette Ville, & qui nous allons donner d' après lui. Ce qu'on
„ ne doit pas paſſer ſans ètrè remarquè, c' eſt que l'*aſcia* de ce
„ tombeau, s'eſt preſque conſervèe autant pour la forme que
„ pour le nom, dans l'outil dont nos vinaigriers & tonneliers ſe
„ ſervent pour couper par un cotè les foſſets, & par l'autre
„ pour mettre & ôter les bondons. Ce qui peut ſervir à enten-
„ dre la maniere dont les Gaulois ſe ſervoient de leur *aſcia*:
„ c'eſt-à-dire, qu' ils fouiſsoient, creuſoient & remouoient la
„ terre par le cotè de l'*aſcia* qui repond a celui de l'aiſſette,
„ avec le quel les tonneliers coupent les foſſets, & qu'ils ap-
„ pellent tranchant ; & qu'ils briſoient les rocs & les cailloux,
„ ou faiſoient èbouler la terre, par celui qui repond à celui
„ qui ſert aux tonneliers à enfoncer ou oter les bondons ; qui
„ porte chez eux le nom de tête. La diſtinction des deux parties
„ de la hoüe ou marre des Anciens, eſt neceſſaire pour bien
„ entendre ces paroles du Pſeaume 73. *In ſecuri & aſcia deje-
„ cerùnt eam*, que l'on traduit ordinairement par ces mots;
„ *ils ont avec la cognèe & la hache renversè votre heritage*; ce
„ qui eſt une veritable *tautologie*; car cognèe & hache ſont
„ ſynonymes, & ne different tout au plus qu'un peu en gran-
„ deur. L'*Aſcia* de la Uulgate eſt une veritable hoüe ou marre,
„ que les ennemis du Peuple de Dieu employerent a la demoli-
„ tion du temple, en frappant par le cotè de la tête, qui a la
„ forme de marteau. En effet le mot Hebreu *Chelaphoth*(94) qui
„ repond a l' *aſcia* de l'Ecriture, ſignifie dans l' original des
„ marteaux.

„ 8. Les Gaulois donc creuſoient avec l'une ou l'autre

„ *Aſcia*

(93) Eam vide ſup. pag. 30. num. XIV. quae & referri poteſt ad alteram Gruterianam ſup. pag. 32. num. 4. At ab his illa ad S. Ferreoli, quam in Mabill. produximus, valde diſſidet.

(94) Non id laborandum eſt, quid in Hebraeo ſit, quod *Aſciae* reſpondeat, ſed quid in LXX. Nam Veterem Pſalmorum Lat. interpretationem, non ex Hebraico fonte, ſed ex ſeniorum Graeco expreſſam eſſe, vel pueri ſciunt. Sed de his alibi.

„ *aſcia* les fondemens des ſepulcres qu'ils vouloient elever, & „ les purifioient par le moyen des luſtrations, des ſacrifices, & „ des autres ceremonies qu'ils pratiquoient. C'eſt ce que re- „ préſente fort bien le monument du Pere Menetrier, dont „ nous venons de parler (*vide ſupra in Menetrierio num. 6.*) „ On y voit un Pretre, qui eſt ſans doute Julius Marcianus, „ devant un Autel quarrè, flamboyant, tenant de la main droi- „ te un rouleau ou bâton de commandement, qui marque ſa „ dignitè; & dans ſa gauche de la verveine ou un rameau de „ quelque arbre ſacrè, qu'il ètend ſur la flamme de l'Autel, „ comme pour l'aſperger. Le vuide qui eſt depuis la tête de „ Julius Marcianus juſqu' à la corniche eſt rempli par une „ Inſcription dont voici le ſens: *Iulius Marcianus Decurion de la* „ *Colonie Cornu-Copia* (95) *de Lyon, a conſacrè ce monument a la* „ *memoire de ſa femme, exemple d'une rare vertu, & l'objet de* „ *ſon amour: elle a vècu avec lui vingt-trois ans, & quinze* „ *jours, ſans la moindre alteration d'eſprit. Son epoux a fait* „ *èriger ce Cippe pour lui & pour les ſiens.* Sous les pieds de „ Marcianus on lit ET SUB ASCIA DEDICAVIT (96) &

„ l'*aſcia*

(95) *De la Colonie cornu-copia de Lyon*) Mira ſemper & portentoſa docemur. Nam novus coloniae conditor, etiam novo nomine auctiorem facit, ut *Cornu-copia* jam ſit, quae antea erat *Colonia Copia Claudia Auguſta Lugdunum*; quomodo integra alicubi haec nomina reperiuntur, & paſſim cum his notis C. C. C. AVG. LVG.

Sane (nolo hoc enim diſſimulare) in cippo (prout initio exacte ex Menetr. exhibuimus) quia ultimum C ab L non tantum interpunctio ſed & majus ſpatiolum removet; idcirco ſupra pag. 23. not. 29. has notas DEC. C. C. C. L. AVG. LVG. interpretabamur *Decurio Coloniae Copiae Claudiae Lugduni*, *Auguſtalis Lugduni*, ut idem & decurio & Auguſtalis Lugduni fuerit. Quod ſi non recte interſtitia notarum exhibuit Menetr. & in cippo ultimum C τῷ L adhaereat; tum ſane totum illud CL. erit *Claudiae*; ſicque interpretabere: *Coloniae Copiae Claudiae Auguſtae Lugduni*, itaut Marcianus decurio tantum, non etiam Auguſtalis fuerit. Nec Auguſtalitate opus erat ad adolendum ramum. Quid ſaxum prae ſe ferat Lugdunenſes viderint.

Sed interim (donec oculatus aliquis meliora doceat) Menetrierianae ſcriptioni ut accedam, hoc etiam facit, quod Grut. (mox mihi citandus) ſic exhibeat: C. C. COL. quod etſi eſt mendoſiſſimum (nam quia primum C ſignificat *coloniae*; quo deinde COL. additur?) tamen palam facit inter C & L fuiſſe litterae unius ſpatium, interpunctioni deſtinatum; quod ſemidoctus deſcriptor addito O ſupplevit. Ergo C. L. eſt *Claudiae Lugduni*. Deinde AVG. LVG. eſt *Auguſtalis Lugduni*, ut dixi not. 29.

(96) *Sous les pieds de Marcianus on lit* ET SVB ASCIA DEDIC.) Hanc inſcriptionem, cippique deſcriptionem Menetrierio candide acceptam refert, apud quem eam confer ſup. pag. 22. num. 6. Atqui ea eſt in *Praepar*, non in Hiſt. Lugd.

Sed

„ l'*aſcia* eſt repreſentèe ſous le ſoubaſſement du Cippe.

„ 9. L'uſage de conſacrer ainſi les ſepulcres n'etoit pas ſi „ particulier aux Gaulois, qu'on n'en trouve des veſtiges chez „ les

Sed, opinor, inſcriptionem ibi vidit, at Jeſuitae opinionem, cui ſubſervit inſcriptio, non vidit. Deinde quia indecorum putavit ita ex Menetr. haurire, ut non aliquid de ſuo afferret; hoc ſcil. de ſuo admenſus eſt, *ſub pedibus Marciani legi* ET SVB ASCIA DEDIC. Nam certe Menetr. diſerte monuerat (vide ſup. ib.) *La formule ordinaire* ſub aſcia ded. *ne s'y voit point*. Sed monitum iſtud aut non vidit Noſter, aut, quod malim, inciſori magis, qui litteras illas invito Menetr. affinxit, quam Jeſuitae credendum, e re ſua cenſuit. Sane tanta Anonymi aſſeveratio, qua formulam *ſub aſc. ded.* ibi ſcriptam teſtatur, ſcrupulum mihi injecerat, utrum Jeſuitae monitum aut inter auctoris, aut operarum errata referendum eſſet. Quumque etiam epigraphe mihi viſa eſſet ἀκέφαλος, cui conjugis nomen deeſſet; utrumque ſcrupulum evellit mihi tandem Gruterus, qui pag. 422. 10. producit non tantum capite (nam *fragmentum* appellat) ſed & cauda deſectam i. e. fine affecta ab Anonymo clauſula SVB ASCIA DED. Ex Grutero talis eſt (extrema verſuum aſteriſci notabunt) *Conjugi. cariſsimi. exem * pli. mei. amantiß. quai * vix. mecum. an. XXIII. D. XV * ſine. ulla. animi. laeſione * Iul. Marcianus. Dec. C. C. COL * AVG. LVG. ET. Q. FVNG * Vivus. ſibi * poſteriſq. ſuis. P. C.* Tres ultimos verſus medios interrumpit *Sacerdos* (ait Grut.) *velatus, olivae ramum ſupra foculum aſtantem tenens*. Confer hanc Gruterianam cum eadem, ut initio hujus epiſtolae ex Menetr. exhibuimus (nam quaedam utrinque diſcrepant) & quae ſupra in not. 29. & 30. contulimus. Interim ex cippi ſchemate, quod initio epiſtolae dedimus, non tantum τὸ SVB ASC. DED., ſed & corona & ſuperiora reliqua, baſeos ornamenta ſunt detrahenda.

Sane duobus maxime locis Gruterianae cum Menetrieriana non convenit. 1. ad finem quinti verſus Grut. habet C. C. COL. ſed id aperte eſt mendoſum. Vide ſuperiorem adnot. in fine. 2. Ad finem ſexti verſus Grut. ſic ponit: ET. Q. FVNG. At novae editionis Grut. Adnotator pro eo ex Paradino affert AED. Q. FVNG. Equidem non video cur iis, ex quibus Grut. habuit, magis credam, quam Menetrierio (quippe & Lugdunenſi & Lugdunenſium originum ſcriptori, & qui Paradinum & alios, imo & lapidem viderit) qui E. Q. FVNG. edidit. Id ego ſupra not. 30. in EQ. SING. i. e. *eques ſingularis* refingebam. Nec id muto; donec rectiora nos αὐτόπτης aliquis eruditus doceat. Nam certe tot exſcribentium varietates indicant, ea parte exeſum lapidem; qui ea parte oculum eruditum deſiderat.

Antequam manum de tabula: Scaliger (ſi modo hunc unum indices Gruteriani omnes auctorem habent) in indice XX *notar. ac litter. ſingularium* ſic ponit: Q. FVNC. (cum C) idque affert non aliunde, quam ex ſola 422. 10. (quae eſt haec ipſa, in qua tamdiu verſamur) Id vero interpretatur *Quinquennalitate functus*. Sed Scaligeri conjectura ruit, 1. quia ex tot deſcriptoribus omnes in G conſentiunt. 2. Quinquennalitate functi *Quinquennalicii* (ſive integre ſive per notam Q. aut QVINQ.) dicebantur. Poſtremo FVNC. pro *functus* nuſquam alibi eſt. Omnino hae varietates me in eo magis obfirmant, ut in corrupto ea parte ſaxo FQ. SING. fuiſſe putem. At Anonymus in ſua verſione hunc ſcopulum caute praetervehitur.

,, les autres Nations ; ſoit qu'elles ayent emprunté d'eux cette
,, coutume , ou qu'elles la leur ayent communiqué . Sur quoi
,, on peut voir ce que nous avons dit ſur l'origine de la Reli-
,, gion des Gaulois . On peut même aſſurer ſans balancer , qu'
,, en s'en tenant preciſement aux tombeaux , la ceremonie
,, dont nous parlons , venoit certainement des Gaulois . Ce n'
,, eſt point qu'on ne voye , que les Grecs , & les Romains ont
,, pratiqué independamment des Gaulois d' autres exercices
,, de Religion ſemblables ; car pour parler daprès Dom Mont-
,, faucon , le *ſuovetaurilia* de ces Nations ſe faiſoit pour la lu-
,, ſtration , ou l'expiation des champs, des fonds de terre, des
,, armées , des Villes , & de pleuſieurs autres choſes , pour les
,, ſanctifier , ou les expier , ou les purifier , & attirer la prote-
,, ction des Dieux. Il faut pourtant avouer de bonne foi, que les
,, Gaulois tout auteurs , tout inventeurs qu' ils étoient de la
,, conſecration des ſepulcres *ſub Aſcia* , imitoient preſque en
,, tout les ceremonies , qu'obſervoient les Romains , ou pour
,, mieux dire les Etruriens, à la fondation des Villes.(97) On en
,, peut

(97) Novae hinc epopoejae exordia procedunt Anonymo . Comparationem exſtructionis ſepulchri cum coloniae conditu inſtituerat Menetr. in *Praepar*. Vide ſup. initio pag. 22. Ibi Ovidii locum recitaverat (quem ibi in not. 26. produximus) & alia quaedam ejus argumenti adjecerat . At Noſter non tantum ex Ovidio, ſed & ex Plutarcho haurit ; qui in Romulo (pag. 23. D. edit. Francof. 1620.) haec habet , ex quibus hunc Anonymi locum illuſtrare poſſis . Nam praefatus ibi , Romulum in urbe condenda Etruſcos acciviſſe , qui ejus rei caeremonias docerent ; ſic pergit . *Scrobs effoſſa rotunda eſt ferme ubi nunc eſt Comitium* (male omnino hoc verterat Cruſerius interpres in hunc modũ: *Comitio foſſa eſt rotunda circumducta*: at Graece eſt: Βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερής. quo ſignificatur, locum ſcrobis comitium fuiſſe , non comitium foſſa eſſe circumductum) *In eam primitias detulerunt omnium , quae de more ut bonis , natura utebantur ut neceſſariis . Poſtremo ex qua quiſque advenerat regione , ejus terrae portiunculam collatam eo conjecerunt & commiſcuerunt . Scrobem hanc eodem, quo caelum nomine , vocaverunt Mundum . Hoc uſi centro urbem , quaſi circulum , circumſcripſerunt. Conditor aratro aereum vomerem adjungit , junctiſque bobus mare & femina , ipſe circum terminos profundum ſulcum inducit . Sequentium munus eſt , ut erectas ab aratro glebas intro vertant , nec ullam ſinant extra ferri . Hac murum linea definiunt , quae per ſyncopam Pomerium dicitur , quaſi ex pone aut* poſt *murum* . (hic quaedam in Cruſerio caſtigavimus , qui *moenia* ſemper uſurpat ; cum *pomoerium* ſit a *murus* olim *moerus*) *Ubi portam deſignare viſum eſt , vomere exempto , atque aratro ſublato, ſpatium relinquunt . Unde totum habent murum praeter portas ſacrum. Nam eas ſi ſacras haberent , religioni ſibi ducerent neceſſaria & impura in urbem recipere aut exportare* .

At

,, peut juger par ce que Plutarque & Ovide en ont ècrit, (*Plut.*
,, *in Romulo, Ovid.IV.Faſt.*)dont voici le precis.On creuſoit une
,, foſſe ronde,dans la quelle on jettoit les premices de toutes les
,, choſes,que les hommes mãgent legitimement cõme bonnes &
,, naturellement come nèceſſaires;& chacun y ajoutoit une poi-
,, gnèe de terre, qu'il avoit apportèe du pays d'où il ètoit venu.
,, Après cela, on traçoit l'enceinte avec un roc d'airain, qu'on
,, mettoit a une charrue attelèe à un taureau blanc, & a une
,, geniſſe de meme couleur. Dans l'endroit où l'on vouloit
,, faire les portes, on ſuſpendoit la charrue, & on la portoit
,, ſans continuer le ſillon. A meſure qu'on traçoit les ſillons,on
,, y jettoit des fleurs (98) & enſuite de la terre, dont on les cou-
,, vroit.Toute la ceremonie ſe terminoit à l'erection d'un Autel,
,, ſur le quel le taureau & la geniſſe ètoient immolez. Cette
,, cèrèmonie fut religieuſement obſervèe par toutes les Colo-
,, nies Romaines, avant de jetter les fondemens d'une Ville.
,, 10. Les ceremonies qu'obſervoient ces Colonies dans le
,, partage des champs, eſt tout-a-fait curieuſe,& donne du jour
,, au ſujet que nous traitons. On plantoit des bornes, aux fon-
,, demens deſquelles les uns ne mettoient rien, d'autres y jet-
,, toient ou des cendres, ou des charbons, ou des pots caſſez, ou
,, du verre briſè, ou des os brulez, ou de la chaux, ou du plâ-
,, tre.

At Ovide in IV. Faſt. (vide locum ſup. pag. 22. not. 26.) haec eadem poſuit ὕστερον πρότερον. Nam prius de ſulco loquitur: *Inde premens ſtivam* &c. Deinde de ſcrobe rotundo: *Foßa fit ad ſolidum* &c.

De Ovidii inverſo narrandi ordine, quod modo dixi, is verus erit, ſi ea ſerie Naſonis verſus legantur, qua eos ex Menetr. produximus ſup. pag. 22. not. 26. Verum quum illud *Funditur* (quod ultimo illorum verſuum legebatur, quodque mendoſum videbatur) me impuliſſet, ut Ovidium ipſum adirem; reperi Menetrierium non tantum in *funditur* aberraſſe (quod in Naſone eſt *fungitur*) ſed & foediſſimum ὕστερον πρότερον in eum poetam intuliſſe. Locus eſt in IV. Faſt. ubi de Palilibus; qui ſic legitur: *Foßa fit ad ſolidum: fruges jaciuntur in ima, * Et de vicino terra petita ſolo: * Foßa repletur humo, plenaeque imponitur ara, * Et novus accenſo fungitur igne focus. * Inde premens ſtivam deſignat moenia ſulco, * Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.*

(98) Non ſulco, ſed rotundo ſcrobi tribuunt Plut. & Ovid. florum & terrae jactus & ſacrificium. Sed Anonymo τὰ ὕστερα πρότερα Ovidii Menetrieriana impoſuerunt. Vide finem adnot. praecedentis. Nam quia in Menetrierio illud *Inde premens ſtivam* &c. prius ponitur; putavit Noſter *foſſam* (de qua Ovidius illis verſibus: *Foſſa fit ad ſolidum*, non aliam eſſe quam ſulcum. Hinc flores, humum aliunde petitam &c. in ſulcum projicere non dubitavit, & cetera in ſulco fecit, quae Naſo in ſcrobe fecerat.

,, tre. En certains endroits c'ètoit une loi d'y planter des bou-
,, teilles renversèes. (*In quibuſdam regionibus jubemur vertices*
,, *amphorarum defixos inverſos obſervare pro terminis*)(99)Tout
,, cela eſt juſtifiè par les marques qu'on a trouvèes enBellecourt
,, (*Le P.Menetr. diſſ.*3.) Apres cela on repandoit de l'huile
,, ſur les Termes, on les couvroit de quelque voile, & on les
,, ornoit de feſtons, & de couronnes. Ce qui pourtant ne ſe
,, faiſoit qu'après un ſacrifice, & avoir rèpandu du ſang de la
,, victime dans la foſſe du Terme. A cette effuſion ou aſperſion
,, le Prêtre devoit etre voilè. Outre ce ſang, on jettoit dans ces
,, creux de l'encens, des grains, du miel, du vin, & pluſieurs
,, autres choſes, auſquelles on mettoit le feu; & tandis que le
,, feu les conſumoit, on plaçoit, on erigeoit & on aſſuroit bien
,, ces bornes. *Conſumtiſque omnibus dapibus, ſuper calen-*
,, *tes reliquias lapides conlocabant;atque ita diligenti cura con-*
,, *firmabant*. (100)

,, 11. Partie de cela ètoit obſervè par les Grecs, & les
,, Romains, dans l'erection des ſepulcres de leur nation. Car
,, ſans compter que chez eux les ſepulcres n'ètoient pour la
,, plupart que des colonades, les uns couronnoient de feſtons
,, ces pieces de maçonnerie, & les oignoient de baumes pre-
,, cieux; d'autres elevoient un bucher joignant le ſepulcre, &
,, creuſant une foſſe, ils y jettoient d'excellens mets, du vin,
,, & une liqueur faite avec du miel; croyant que les ombres
,, des morts venoient voltiger autour de leurs ſepulcres, &
,, s'y repaiſſoient à leur maniere de l'odeur, & de la fumèe
,, de toutes ces viandes a meſure, qu'elles ſe conſumoient.
,, *Lucian.Char.ſive contempl.circa finem.* Πεπιστεύκασι δ' εἶναι τὰς
,, ψυχὰς. ἀναπεμπομένας κάτωθεν· δειπνεῖν μὲν, ὡς οἷόν τε, περιπετο-
,, μένας τὴν κνίσσαν καὶ τὸν καπνὸν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελί-
,, κρατον &c.

,, 12. Les

(99) Sunt credo haec ex aliquo rei Agrariae ſcriptore: quae niſi tamquam in tabula cupreſſus heic apponantur; quid huc faciant (ſicut & quae mox ex Menetr. affert, &c.) non ſatis video.

(100) Vel diceret Noſter, unde haec ſibi tam praeclara loca petantur: quando ea decretoria putat, & quibus res ſumma conficiatur. Sed jam reliqua poematis hujus, quibus cum condendarum coloniarum caeremoniis ſepulchrorum *ſub aſcia* conſecrationes per omnia conveniſſe, evincitur, pone ſequi commentando piget. Nec enim poſſum pernicitate maxima aëra nubeſque tranantem pari celeritate aſſequi. Laxemus habenas licebit, & illum ſibi permittamus.

,, 12. Les Gaulois au contraire quand'ils conſacroient un
,, tombeau *ſub aſcia*, obſervoient toutes les ceremonies, que
,, les Etruriens ou Toſcans pratiquoient a la fondation des
,, Villes: & c'eſt ce qui faiſoit la diſtinction & le caractere
,, propre de ces ſepulcres; comme je vais le faire voir. I. La
,, premiere ceremonie des Etruriens, & des Romains d'après
,, eux, en fondant les villes, ètoit de faire une foſſe ronde.
,, Les ſepulcres des Gaulois n'etoient de leur nature qu'une
,, foſſe fort enfoncèe. Tous ceux qu'on a deterrez juſqu'ici,
,, juſtifient cette veritè. La foſſe ètoit quelque fois ornèe d'u-
,, ne maçonnerie ronde: on a trouvè même des pierres entiè-
,, res dans la foſſe, creusèes en rond, qui contenoient les cen-
,, dres des morts, & autres choſes particulieres a la nation
,, Gauloiſe. II. Celui qui ètoit chargè d'offrir des ſacrifices,
,, ſoit pour conſulter les Dieux, ſoit pour ſe les rendre favo-
,, rables dans la conſtruction des villes, devoit etre voilè.
,, Julius Marcianus dans le ſepulcre conſacrè *ſub aſcia*, (*vi-
,, de ſchema initio hujus epiſt.*) eſt garant que tous ceux qui
,, comme lui, faiſoient une ceremonie ſi religieuſe aux
,, yeux des Gaulois, devoient être auſſi voilez.

,, 13. Nous avons vû que les Romains jettoient des fleurs &
,, les premices de toutes choſes, dont les hommes mangent
,, legitimemẽt, ſoit dans les ſillons(101) ſoit dans la foſſe ronde,
,, qu'ils creuſoient expres. Mais les Gaulois obſervoient tout
,, cela, non ſeulement lors de la conſtruction des ſepulcres,
,, mais encore tous les ans, le jour qu'ils cèlèbroient l'anni-
,, verſaire de la mort de quelqu'un, qu'ils appelloient jour
,, natal. Une Inſcription trouvèe a Nice contient un dètail
,, de ces ſortes de ceremonies, qui a de quoi piquer la curioſitè
,, du Lecteur. Spon. Miſc. erud. Antiq. pag. 62. *P. Petreio. P. F.
,, Quadrato. & P. Evariſto. Lais. mater. ſtatuam. poſuit. ob. cujus.
,, dedicat. coll. cent.* (on croit que les centoniers etoient un
,, corps de metier, qui s'occupoient à faire des feutres, ſortes de
,, gros draps qui ſervoient aux ſoldats, & reſiſtoient au fer: vo-
,, yez Du Cange) *Epulum. ex. more. ex. IP. HS. XII. ut quodann. in
,, perpet. die. Natal. Quadr. V. Id. Apr. qua. reliquiae. ejus. conditae.
,, ſunt ſacrificium. facerent. an. ſare. et libo. et. in. templo ex. mo-*

,, re.

(101) Non in ſulcum, ſed omnino in ſcrobem. Vide not. 98.

„ *re.epularentur. et. roſas. ſuo tempore. deducerent.et. ſtatuam.*
„ *dercernt.& coronarn. quod.ſe.facturos.receperunt.* Après cette
„ inſcription, je ne crois point qu'on exige de moi, que je
„ rapporte toutes celles qui parlent de fondations ſemblables:
„ j'indiquerai ſeulement deux monumens conſacrez *ſub aſcia*;
„ le premier a èté mis au jour par Guichenon dans ſon Hiſtoi-
„ re de Breſſe (*pag.* 10.) ou Rufius Catulus legue une maiſon,
„ une vigne, & quelques batimens pour fournir aux frais d'un
„ ſouper, qu'il fonde à perpetuitè, & pour d'autres dèpen-
„ ſes qu'il a ſoin d'exprimer. Bouche dans ſa Chorographie de
„ Provence, cite une autre Inſcription (*pag.* 70.) qui ſe voit
„ encore dans l' Egliſe de S. Laurent d'Arles; par la quelle
„ Julius Secundus conſacre un fond, dont il veut que le reve-
„ nu ſoit employè à la depenſe d'un ſacrifice, qu'on devoit
„ offrir tous les ans ſur ſon tombeau. *VT. EX. VSVRE.* (*corr.*
„ VSVREIS) *omnibus.annis.ſacrificio.ei parentetur.*

„ 14. IV. J'avois oubliè de dire, que les Romains en fon-
„ dant les Villes renouvelloient tout autour les ſacrifices en
„ differens endroits, & marquoient les lieux où ils ètoient of-
„ ferts par des pierres qu'ils y elevoient, & qu'ils appelloient
„ Cippes. Les Gaulois plantoient auſſi des Cippes autour de
„ leurs ſepulcres pour y offrir des ſacrifices & des libations aux
„ Dieux Manes: c'eſt ainſi que parle une inſcriptiō de Beziers. HI
„ CIPPI.(102)IN-PEDATVRA.MONIMENTI.POSITI.SVNT.
„ LIBERTABVSQVE.EIVS (*Catel.hiſt.du.Languedoc.pag.*275.)
„ Même pour faire mieux entendre, que ces Cippes n'ètoient
„ èlevez que pour y offrir des ſacrifices, les Gaulois qualifioient
„ ces monumens du nom d'Autels(103) comme dans ces Inſcri-
„ ptions.

(102) Putavit enim *Cippos Ἐν-ταφ* aliquod nomen eſſe, quo peculiari nomine *arae ad ſacrificia poſitae* in *pedatura monimenti* ſignificarentur. Atqui ita ſe res habet. *Pedatura* a pedibus dicitur. Monebatur in titulis, quouſque ſepulchri religio pertineret, hiſce notis: IN FR*onte Pedes tot*, IN AGR*o Pedes tot*. Sed quia moleſtum erat ſemper afferre decempedam, nequid contra religionem peccaretur; hinc cippis illam pedaturam, ſive ſpatium tot pedibus circumſcriptum ſaepe terminabant. En quo cippi in ſepulchris. At in coloniis cur cippi depangerentur, dixi in *Com. ad titulum Camp. Amphith.* pag. 51. & ſeq. ubi de *Campanae coloniae terminis litteratis*, ex occaſione non unius cippi Capuae reperti cum hac epigraphe: IVSSV. IMP. CAESARIS. QVA. ARATRVM. DVCTVM. EST.

(103) Non *cippi in pedatura poſiti*, ſed quibus inſcribebatur elogium (cujuſcumque modi eſſent, ſive revera aram referrent, ſive

 urnam

,, ptions.Chorier.Antiq.Vien.p.166.*D.M.Servii.Severi.fil.Caſ-*
,, *ſia.miſera.mater.filio.incomparabili. An.XXIIII. aram.poſuit.*
,, *et.ſub. A.D.* Spon.Miſcell.p.66.67. Recherch.de Lion p.92.
,, *94. ...N.Danius Co.... minus* IIIIII *Vir. AVG. ....Lugduni*
,, *negotiator argentar- ....vaſcularius ſarcophagum. ....alum-*
,, *no poſuit et aram infraſcript. vivus ſibi inſcripſit vt animae*
,, *ablatae cor reconditi tum vit..annis celebe*(104)je ne dis rien
,, ici du beau cippe de marbre, que nous avons donnè, ſur le
,, quel Marcianus eſt repreſentè offrant des libations ſur un
,, Autel gravè ſur le cippe même : je me contenterai de remar-
,, quer que les Gaulois ont appellè *ſaxum* les cippes, & les
,, Autels de leurs tombeaux. *D.M.Titiae.Catiae defunct. anno-*
,, *rum VIII. M.V. D.VIII. Catia Bubate.fil.piiſſimae. et ſibi vivae*
,, *poſuit hoc ſax. ſub aſcia ded.eſt.*

,, 15. V. Au reſte les femmes n'avoient nulle part, n'a-
,, giſſoient point, & n'entroient en rien dans les ceremonies,
,, qu'obſervoient les Romains dans la conſecration des Villes.
,, C'ètoient les hommes, qui ouvroient la foſſe e les ſillons, qui
,, ſe purifioient en ſautant par-deſſus des feux allumez exprès,
,, qui jettoient dans la foſſe les fleurs, les premices des fruits,
,, & quelques poignèes de la terre du pays, d'où etoit venu
,, chacun de ceux qui ètoient preſens à la ceremonie, à deſſein
,, de s'etablir dans la nouvelle ville: en un mot, les hommes
,, ſeuls rempliſſoient toutes les fonctions de la ceremonie.Il en
,, eſt de même pour la conſecration des ſepulcres *ſub aſcia*: les
,, femmes pouvoient bien elever elles memes ou faire èlever
,, des tombeaux a leurs parens, èpoux, enfans, amis &c. &
,, fournir a tous les frais ; mais vouloient elles que ces monu-
,, mens fuſſent conſacrez *ſub Aſcia* ? la ceremonie n'etoit
,, point de leur reſſort(105)leur ſexe la leur interdiſoit,il falloit

,, avoir

urnam aut arcam) *arae* appellabantur. Vide ſup. in Mabill. pag. 46. not.56.

(104) Corrige menda inſcriptionis hujus ex ea, quam ex Menetr. dedi ſupra ad fin.pag.26.

(105) Ait feminis interdictum, ne *ſub aſcia dedicarent*. Cur non libuit Menetrierianas (cujus librum ad manus habuit) ſaltem inſcriptiones perluſtrare? Ex Menetrierianis, quas ſup.not.32.pag.27. & ſeq. attuli, plures ſunt, in quibus feminae ſub aſcia dedicant. In I. *Attia Florentina conjugi* : in IV. *Avitia Severa* : in VII. ſimul cum marito *Aurelia Fauſtina* : in X. *Primia Prima matri* : in XI. *Julia Marcia viro* : in XII. *Primana Marcellina* : in XIV. *Marcia* : in XVIII. pater cum duabus filiabus : in XIX. tres filiae : in

XX.

„ avoir recours à des hommes, & ſe dècharger ſur eux d'un
„ acte de religion, qui leur ètoit dèfendu par la nature même.
„ L'Inſcription ſuivante autoriſe tout ce que je viens de dire.
„ *D.M.& quieti aeternae.Lucili.Metrobi.ſigno*(106)*Saprici.ſtra-*
„ *tor.civitatis.Vien.qui.VIX.ann.XXXVIII.M.II.Divicia.Domi-*
„ *tiola.mater.filior.III.*(107) *conjugi Kariſſimo.et.incomparabili.*
„ *ponendum.curavit et fili.ſub.aſcia.dedicaverunt.*C'eſt pour ce-
„ la que Catia dans l'Inſcription qui prècede celle-ci, dit bien
„ qu'elle avoit *èrigè* elle-même un monument pour honorer la
„ memoire de ſa fille: mais elle n'a garde de continuer ſur
„ le même ton: car au lieu de dire qu'elle l'a auſſi conſacrè
„ *ſub aſcia*; elle dit ingenuement qu'il a ètè conſacrè *ſub aſcia*;
„ *Hoc ſaxum ſub aſcia dedicatum eſt*. On tire encore de cette
„ Inſcription, & du bas relief de Lion, ou Julius Marcianus
„ conſacre lui même un tombeau *ſub aſcia* pour lui, pour
„ ſa femme, & toute ſa poſteritè, que tous les hommes ètoient,
„ pour ainſi dire, Pretres nez, pour remplir cette fonction,
„ & qu'il n'ètoit pas beſoin d'avoir recours aux Druides(108)
„ pour-

XX. *Mercurialia Caſata & Decimina*. Adde etiam XXI. XXII. XXIII. XXIV. Vides ex Menetr. plures heic feminas dedicantes ſub aſcia, quam viros. Omitto celebrem inſcriptionem *Hylatis*, & ex Gruterianis, & aliis plures. Hoccine eſt in antiquitates caſte & ſincere commentari? Aut haeccine eſt *une profonde & ſerieuſe attention* una cum *la droiture & la bonne foi*, quas (infra ad fin. num. 15.) ad haec ſe attuliſſe, profitetur?

(106) *Signo.Saprici.Strator. Civitatis. Vien.*) SIGNUM heic uſurpari crediderim pro *centuria*; nam quaelibet centuria ſuum ſignum habebat, ut alii demonſtrarunt. Erat omnino hic ex centuria Sapricj. Illud vero STRATORis referturne ad *civit. Vien.* (quaſi ſtrator viarum Viennae fuerit, aut tale aliud) an ad praecedentia? Hoc alterum malo. *Stratorum* in exercitu meminit Vegetius. Horum munus erat, cum metatore loca explicatiora ad traducendum exercitum inquirere, pontes ſtruere, obſtacula, quantum fieri poterat auferre. Deinde natio (ut in militaribus) ſubjungitur: CIVITATIS. VIENnenſium.

(107) *Mater filiorum III.*) Jus trium liberorum (de quo in *com. ad tit. Camp. Amphith.* memini dicere) non patri ſolum, ſed & matri & fructuoſum & honorificum fuiſſe, iſta heic non otioſa *filior.* III. commemoratio oſtendit.

(108) Quo Druidarum heic mentio? Eos ſuſtulerat Claudius ex Suetonio. Fac, non paſſim exſtirpatos. At Lugdunum ceteraeque civitates, quarum inſcriptiones afferuntur, coloniae Romanae erant h.e. totidem Romae ſimulacra cum eiſdem ſacris & ſacerdotiis, quae Romae. Vix ullus jam erat Druidis locus, maxime poſt Caracallum, qui univerſum orbem Romanum civitate donavit. Poſt quae tempora, ſiquis Druidis locus uſquam fuit, in pagis & obſcuris oppidulis fuit: ſicuti poſt orbem principum edictis χριστιανισθέντα, diu tamen idola in pagis ſubſtiterunt, unde & *paganis* nomen.

„ pour l'exercer ; ni qu'on fût deſtinè par choix ou par ètat au
„ ſervice de quelque Divinitè, Temple, Oracle ou Autel . Voi-
„ là tout ce qu' une profonde & ſerieuſe attention m'a pû
„ faire remarquer de convenence entre les ceremonies des
„ tombeaux *ſub aſcia*,& les cèrèmonies qu'obſervoient les An-
„ ciens à la fondation des Villes. J' y ai bien trouvè encore
„ deux autres traits fort reſſemblans ; mais la droiture & la
„ bonne foi dont je fais profeſſion (109) m'obligent d'avertir
„ ceux qui jetteront les yeux ſur cet Ouvrage , que ces traits
„ ne ſont point ſi particuliers aux tombeaux de Gaúlois,qu'ils
„ ne conviennent auſſi à ceux de Romains .

In Auctoris gratiam , ſequentes duas comparationes non magni faceintis . non invitus feci , ut eas praeciderem : quarum tamen ſummam in ſubſtratam adnotationem (110) conjeci . Poſtremo ſic Noſter concludit :

„ 16. Je ne ſai apres cela ſi je puis me promettre , que
„ les reflexions , que j'ai faites ſur les ſepulcres conſacrez *ſub*
„ *aſcia*

(109) Quem ego amo ac deoſculor , virtutum harum gratia, quas profitetur . Ego vero , tantumdem ſaltem bonae fidei profeſſus , quantum Anonymus , ajo, quas ille ſubjicit comparationes duas , nihilo deteriores eſſe (fort. etiam tolerabiliores) praecedentibus ; aut vero praecedentes , ſi hoc mavult , nulla re meliores eſſe ſubſequentibus, quas deſpicatur . Nec enim video quid interſit . Sequentes duos ſepulcrales ritus negat fuiſſe Gallorum peculiares . At praecedentes nihilo magis . Nam quas hucuſque comparationes tanto πολυλογίας apparatu inculcavit , eae primum non recto ſtant talo ; quod erudito cuique attendenti conſtabit . Deinde fac eſſe luculenter demonſtratas , fac pulchras & ingenioſas eſſe : at eorum quae attulit , nihil ad veteres Gallos . Quas affert inſcriptiones , eae ſunt civium Rom. in coloniis Romanis per Gallias diſſeminatis degentium . Siquid ex ſcriptoribus deprompſit (non enim ecmnemini) ejuſdem eſt indolis . Cedò ubi, ſepulchrales Gallorum (illorum inquam indigenarum ante ſubactas Gallias) ritus deſcripſerit .

(110) Duarum comparationum prior ſic Anonymo procedit . Quod pomerium in urbibus erat , hoc in ſepulchris fuit id ſpatium , quod circa ſepulchrum eadem religione tenebatur (id quod *pedatura* in ſaxis dicitur , ut monui not. 102.) idque definiebatur his notis : *In fronte pedes tot , in agro pedes tot* . Altera talis eſt . Quum circumducebatur aratrum , ubi ad portam ventum fuit , ſuſpendebatur : id ea gratia , ne , ſicuti murus , ſic & portae , per quas iter & actus, ſanctae evaderent . Sic etiam in monumenta nefas erat aliunde , quam per oſtium , introgredi . Hinc ſedulo in titulis apud Kirchman. enotatur , qua parte introitus eſſet, ut CVIVS (monumenti) PARS. SINISTERIOR. INTROITVS. Alibi : CVIVS. PARS. DEXTER. INTROIT. In epiſtola Aeliani INTRANTIBVS. A. VIA. PARTE. LEVA.

„ *aſcia*, ſoient reçues favorablement. J'avoue que le peu de
„ fondement, qu'on doit faire ſur tout ce qui a été dit & re-
„ battu juſqu'ici là-deſſus, & le peu de cas qu'on en a fait,
„ joint au rapport entier qu'il y avoit entre l'*aſcia* des Gau-
„ lois, & le ſoc d'airain des Etruriens, auſſi-bien qu'entre les
„ memes ceremonies qu'obſervoient les uns, & les autres, les
„ premiers à la conſecration des ſepulcres, les derniers avec
„ les Romains a la fondation des Villes; j'avoue (111) dis je, que
„ tout cela me fait eſperer un plus heureux ſort, que ceux qui
„ ſont entrez en lice pour trouver le noeud de la difficulté.

XXVII. *Alexius Symmachus Mazochius.*

Jam vero eodem an. 1727. quo Anonymus tomum alterum de *Religione Gallorum* edidit, ſcripſi ac vulgavi *In mutilum Campani Amphitheatri titulum* (tum recens detectum) commentarium. Ei libro inſerui *Diatribam* tum recens inter opuſculi ſcriptionem mihi natam *De dedicationibus*: qua in diatriba praeter cetera totus in eo fui, ut argumentis undecumque petitis oſtenderem *τὸ Dedicare* plerumq; longe aliud eſſe, quam quod viris doctis perſuaſum erat, ac plane tantumdem quod poſterior aetas *Encaeniare* dixit. Ea jam certa notione mihi praeeunte, acceſſi ad formulam iſtam SVB ASCIA DEDIC. ad eum diem viſam *αἰνιγματώδη* ac deſperatae intelligentiae. Itaque experturus, utrum tradita *dedicandi* notio ei quoque formulae conveniret, ſcripſi pag. 88. in haec verba.

„ Quamquam vero ex iis auctorum & inſcriptionum lo-
„ cis, quos non mediocri luce perfudimus, ſatis intelligi po-
„ teſt, non ſine operae pretio me tamdiu in ea dedicationis
„ notione verſari: tamen quid ſollemnis illa formula ſibi ve-
„ lit, quae in Lugdunenſibus, aliiſque per Gallias ſaxis occur-
„ rit, *monumentum ſub aſcia dedicare*, quae nemini ad hunc
„ uſque

(111) Heic perorata cauſa, permotiſque affectibus, ad extremum fidem judicum obteſtatur, ceteraq. ex rhetorum ſcitis facit. Reſtant & pauca quaedam declamationis hujus (quam cui cupido legendi eſt, Auctorem adeat) eo pertinentia, ut in dogmate immortalitatis animorum, (de qua praeclare ſenſiſſe veteres Gallos credit) oſtendat manaſſe illud, ut pari ſaltem caeremoniarum apparatu ſepulcra (h. e. *domos aeternas*) *ſub aſcia dedicarent*, ac ex Etruſcorum diſciplina oppida muro cingebant.

,, uſque diem intellecta, viris doctiſſimis crucem fixit, age vi-
,, deamus ; & an tradita dedicationis notio tam late pateat,
,, quam initio polliciti ſumus , porro experiamur . Et cetero-
,, rum quidem ſententias (an nugaciſſimas nugas ?) tum nu-
,, merare difficile , tum recocta crambe id putidius fuerit.
,, Adeat , ſi cui eſt otium , eos qui leges XII. tabularum ex-
,, plicuerunt , ad eam legem *Rogum aſcia ne polito*, tum & Gu-
,, therium de jure Manium II.28. Sponium in Antiquitatibus
,, Lugd. ac Fabrettum in vol. inſcr. a p.203. ad 206. & alios.
,, Omnes vero ſententiae in eo fere verſantur , ut aut ſepulcri
,, modeſtiam ea clauſula commendari , aut contra magnifi-
,, centiam arbitrentur , ac fere reſpici putent ad eam legem
,, XII. tab. *Rogum aſcia ne polito*; quum tamen nihil monu-
,, mentum cum rogo commune habuerit , ac nihil etiam aſcia,
,, qua ligna dolantur , cum aſcia fabrorum caementariorum,
,, de qua hic ſermo . Quare deſinant aliquando legem illam
,, in praeſidium adſciſcere , praeſertim cum illa aſciae uſum
,, vetet , quem iſta formula ſepulcralis admittit . Reineſius
,, ad cl. XII , num. 34. ab aliis diverſus abiens , tantum non
,, acu rem tetigit : *Significarunt autem ea* (formula) inquit,
,, *ſe marmorariis , quorum aſcia & dolabra* λαξευτικὰ ὄργανα, , *fa-*
,, *ciendum locaſſe , hoc eſt ab inchoato opus curaſſe* . Quae Rei-
,, neſii ſententia quid quaeſo commeruit quamobrem acriore
,, cenſura a Fabretto perſtringeretur ? Et veriſimiliora certe
,, Reineſius paucis verbis , quam Vrbinas ille totis chartis
,, ediſſerit . Quamquam quod eo ſenſu formulam illam accipi
,, Fabrettus jubet , quaſi vero ſepulcri mediocritas commen-
,, detur , quod unius aſciae ope , qua calx ſubigitur , ſine ul-
,, lo λαξευτικῷ inſtrumento fuerit exſtructum: nihil novi affert;
,, idque jampridem Gutherius in II de jure Manium 28. diſer-
,, tiſſime tradiderat , ubi *dedicare ſub aſcia* hoc demum ſigni-
,, ficare ſtatuit, *opere tectorio marmorato vel albario ſepulcra exor-*
,, *nare* . Jam verò quod negat aſciam λαξευτικὸν ,
,, ſive lapicidarum fuiſſe inſtrumentum, ac non
,, niſi lignariam aut calcariam aſciam inveniri
,, pertendit , nihil agit : & vel ipſa aſciae figu-
,, ra , quae in Salſoniae monumento , de quo
,, ibi Fabrettus commentatur , & alibi viſitur
,, in hunc modum , virum doctum monere po-



,, tuiſſe

„ tuiſſet, neque ad dolandam materiam, neque ad maceran-
„ dam calcem illud inſtrumentum uſui eſſe potuiſſe, ſed
„ unice ad lapides excidendos poliendoſque: quippe cum ſecu-
„ riculae potius ſpeciem oculis exhibeat, quam lignariam aut
„ calcariam aſciam, quarum utramque recurvam, perinde ut
„ hodieque adhibentur, fuiſſe oportuit. Et poſſum non pau-
„ cis argumentis evincere, aſciam, de qua monumenta lo-
„ quuntur, fuiſſe λαξευτικὴν, quae compendifacturus, contuli
„ in ſubjacentem notam (LI.)

„ Jam

„ (LI) Nam certe aſcia, „ cujus in monumentis men- „ tio exſiſtit, etiam faten- „ te Fabretto, non eſt ligna- „ ria, qua materia dolatur. „ Supereſt ergo ut ſit illa alte- „ ra ad calcem ſubigendam „ compoſita. Atqui iſtius „ aſciae multo longius erat „ manubrium, praeut illud „ eſt quod in lapidibus in- „ ſculpi ſolet. Aliud ergo eſ- „ ſe non potuit quam aſcia „ quaepiam λαξευτική. Scio „ objicere Fabrettum, aſciae „ lapidariae nuſquam apud „ auctores fieri mentionem. „ Atqui fit ejus mentio in „ ſexcentis monumentis, „ quibus illa formula adhi- „ betur, & inſuper aſcia in- „ terdum ſcalpitur, quae non „ poteſt eſſe niſi lapicidarum, „ quae & fabricatorum eadem „ quoque fuit, quippe quum „ in omni fabrica ſive reticu- „ lati, ſive incerti operis per- „ multum ejus inſtrumenti „ uſum fuiſſe oportuerit ad „ lapides complanandos; quũ „ contra illa altera non ad „ muros exſtruendos, neque „ ad tectorium inducendum, „ ſed tantum ad calcem ſubi- „ gendam uſui eſſet. Sed miſſis „ inſcriptionibus, ſi ſcriptorũ „ judicio rem tranſigi mavis; „ ecce Pſalmorum interpres, „ Hieronymo haud paullo „ antiquior, & alterius ſal- „ tem ſaeculi auctor, id quod „ Pſ. 73. ver. 6. apud LXX. „ legitur, ἐν πελέκει ϗ λαξευτη- „ ρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν, ſic eſt „ interpretatus, *in ſecuri & aſcia dejecerunt eam*. An „ non intelligis aſciam λαξευ- „ τικὴν quoque inſtrumen- „ tum fuiſſe, imo & huic „ Graeco vocabulo λαξευτηρίῳ „ reſpondiſſe? Et ſcimus Heſy- „ chiũ λαξευτήριον ſic exponere, „ ut ſit λιθοτόμον σιδήριον. (112) „ Nam quod Graeci poſterio- „ res

(112) Cetera quae huc pertinent, copioſius, ni fallor, ediſſerentur infra in *Curis poſterioribus*.

„ Jam verò quae noſtra interpretatio ſit, aperire praeſtat, „ quam in aliis refellendis tempus terere. *Dedicare* in his mo- „ numentis cave putes conſecrandi, id quod ſibi nonnulli „ perſuaſerunt, ſignificatione poſitum: nec eſt ſecundum Rei- „ neſium *ab inchoato opus curare*: nec demum quidvis aliud: „ verum ſecundum ſemel traditam ejus verbi notionem nihil „ aliud iſtic eſt *dedicare*, quam uſum monumenti illato cada- „ vere inchoare, ſive encaeniare. quemadmodum tot jam au- „ ctorum locis fidem feci: *dedicare* vero *ſub aſcia* idem prorſus „ eſt, quod in ſepulcrum recens extructum cadaver inferre, „ &, ut Feſti verbum adhibeam, *uſui dicare*: ſive, ſi forte „ mavis, monumentum encaeniare antequam fuerit perfe- „ ctum; dumque adhuc fabrorum caementariorum, qui per „ aſciam

„ res aſtrologiae libros λαξευτή- „ ριον ex uſu linguae Perſicae „ inſcripſerunt, uti ex Can- „ gii Graeco gloſſario licet in- „ telligere: id perinde factum „ puto, quemadmodum Ari- „ ſtotelis logica Organum fuit „ appellatum. Verum hoc „ obiter. Altera vox, qua „ Graeci aſciam exprimerent, „ fuit ἀξίνη, (unde & *aſcia* „ nomen invenit, Aeolum „ more qui pro ξίνος dice- „ bant σκίνος, & alia in eun- „ dem modũ, quae & ſecurim „ & aſciam(113) aeque ſigni- „ ficat, eo quod fuiſſent figura „ ſimiles (114) (id quod ex „ aſciae forma in monumen- „ tis perſpicitur) imo & offi- „ cio: nam ἀξίνη ab ἄγνυμι „ venit, cujus futurum ἄξω, „ quoniam ad frangendum „ lapides tam ſecuris, quam „ aſcia comparata fuit. Atque „ haec quidem veriſſima eſt „ aſciae illius, quae in monu- „ mentis nominatur atque „ inſculpitur, ſignificatio: „ quam non eo pluribus con- „ firmavi, quod ea magno- „ pere indigerem (nam modo „ fabricatorum fuiſſe inſtru- „ mentum conveniat, cete- „ rum λαξευτικὸν an calcaria „ ſit aſcia intelligenda, mea „ nihil intereſt) ſed ut Reine- „ ſium ab injuſta reprehen- „ ſione vindicarem.

(113) Non aeque, ſed primario *aſciam*: imo negat H. Steph. eo vocabulo *ſecurim* notari. Sed de hoc in *Cur. poſter.* infra.

(114) Schema quod ex Fabret- tiano Salſoniae ſepulcro heic ap- poſui (quod ille pro *aſcia* habuit; nec ego abnuerim, modo ea deli- neatio commoda aliqua correctione juvetur, uti fort. alibi oſtendam) impulit me ut crederem, aſciam & ſecurim eſſe inter ſe figura ſimi- les: quod non ita eſſe, Deo dante ibid. dicetur.

„ aſciam deſignantur, ſervet opus, mortuum illic collocare. „ In hac enim formula *aſcia* pro ipſo aedificationis opere ponitur, & particula *ſub* poteſt ſignificare vel *ſtatim poſt*, vel *in ipſo aedificandi actu*. Ut ſemel dicam, hoc innuere ea „ clauſula voluerunt, non eſſe illatum cadaver in alias ſive „ emtum ſive exſtructum monumentum, ſed in ſepulcrum „ tum primum data opera & ad eum finem aedificatum, ut „ is mortuus, cui memoria ponitur, eo inferretur (LII): „ conjungitur enim ſemper cum illa formula haec altera *monumentum facere* aut *ponere* in hunc modum: ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι „ PONI. CVRAVIT. aut FACIENDVM. CVRAVIT. ET. „ SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Accedit quod apud Gruterum „ pag. 339. n. 4. *ſarcophago condere*, & *ſub aſcia dedicare* iunguntur (116) hoc modo: MEMMIA. CASSIANA. CONIVNX. „ (maritum ſuum paulo ante nominatum) SARCOFAGO. „ CONDIDIT. ET. S. A. D. hoc eſt *ſub aſcia dedicavit* monumentum. Nec vacat inſcriptiones percurrere, quibus ea „ clauſula adhibetur, propterea quod de hoc commentario vere hoc mihi videor eſſe dicturus eum SVB ASCIA DEDICARI, ita raptim & adhuc atramento madens prelo committitur. Quo dabitur, ſpero, venia toto hoc opuſculo ſecus fortaſſe dictorum, ac viri docti ſint judicaturi; quorum „ ſententiae lubens ſubſcribam.

XXVIII. *Jacobus Facciolatus.*

Vix haec prodierant; quum nec opinanti litterae a viris

„ (LII) Secundum hanc „ illius formulae notionem, „ Joſeph Chriſti Servatoris cadavere in novum monumentum illato, illud haud „ dubie *dedicaſſe* dicetur: imo „ cum illud monumentum „ Lucae XXIII, 53. λαξευτὸν „ dicatur, quaſi ſi dicas *aſciatum*, ſive aſciae ope exciſum, etiam *ſub aſcia dedicaſſe* fortaſſe dicetur. Verum „ quum illud ſepulcrum non „ recens exſtructum fuerit, „ nec in eum finem, ut ibi „ Servator conderetur: non „ belle ibi quadrat haec clauſula *ſub aſcia dedicavit* (115)

(115) Quadret necne Chriſti ſepulcro *ſub aſcia dedicatio*, (quod olim negavi) nunc nec ajente nec pernegante me, in ambiguo tantiſper relinquatur. Ceterum id fortaſſe ex iis intelligetur, quae in *Cur. poſter.* diſputare animus eſt.

(116) Junguntur, inquam, κατ' ἐξήγησιν, uti plenius infra oſtendetur in toties jam promiſſis *Cur. poſteriorib.* quibus, ſi Deus annuet, hanc epiſtolam terminare conſtituimus.

ris Cl. Juſto Fontanino, Andrea Lama (quos honoris atque amplitudinis cauſa nomino) aliiſque allatae fuerunt; quibus difficillimae formulae planiſſimam, uti putabant, explicationem gratulabantur. Eruditi Lipſienſes quum totius lib. de *Camp. Amphith.* epitomen in *Acta Erud.* menſ. Jan. an. 1728. retuliſſent, interpretationis ejuſdem formulae cum laude meminerunt. Verum his miſſis, non poſſum ſine piaculo praeterire Jac. Facciolati, viri undecumque doctiſſimi ac diſertiſſimi, in his vero litteris plane ſummi, judicium. Is in repetita Latini Lexici, quod *Calepinum* appellant (quo nihil accuratius ac limatius vidit Latium) editione, quam vulgavit an. 1731. ac deinde 1736. haec poſuit in verbo *Aſcia*.
„ *Sub aſcia dedicare* formula eſt, quae in veteribus ſepulcris
„ ſaepe invenitur: ſignificat autem recens ſepulchrum uſui
„ dicare, hoc eſt cadaver inferre, dum adhuc ſub aſcia eſt
„ opus. Vide *Mazochium in titul. Camp. Amphith. c. 3. p. 90.*
„ Niſi forte ſepulchrum ſub aſcia eſt ſepulchrum aſciatum.
„ V. Salmaſium ad Trebell. in trig. Tyrann. cap. 32.

XXVIIII. *Scipio Maffeius.*

Jamque tandem BERNARDE diuturna recitatione tibi juxta mihique ſubmoleſta perfunctus, jucundiore te jam auſcultatione deliniam. Deventum eſt enim ad ultimos ex xxxviris duos, nimirum ad par egregium Italorum, Maffejum atq;Muratorium;per quos hodie duos(ut alios plurimos taceam) litterariae rei rationes in Italia ſtrenue ſuſtinentur. Hos nunc duos eruditione germanos conjunctim dabimus: niſi quod iis eruditus Batavus,is quoq.ex xxx unus,parumper medius interveniet.Atq;equidē,quod in praeſtantiſſimo quoq;ex his xxxviris, Fabretto, Phil. a Turre, Mabill.Montfauc.feci, ut quamvis longiores eſſent (nam & breviores ceteroqui hanc ipſam ob cauſam non mutilavi) nihil tamen ex eis, ne praedicta quidem uti fit per alios centies, praeciderem; id quoque horum duovirorum honori & amicitiae dabo, nihil ut ferme ex eorum ſcriptis decedere cupido lectori patiar. Horum, qui prior auſcultandus venit, Maffeius in Gallica peregrinatione, (quam antiquorum ſophorum exemplo unice doctrinae ſtudio ſuſcepit, quippe natura ad litteras incitatus) an. 1733. epiſtolas aliquammultas Pariſiis edidit, per quas quae viſendis anti-

quita-

quitatum ruderibus, & commentatione didiciſſet, communia cum amicis fecit. Cui, quod earum epiſtolarum undeviceſimam mihi inſcripſerit, & tum ſtatim gratias egi, & habebo, quoad vivam. Earum igitur epiſtolarum XI, quae ad Lud. Ant. Muratorium mittitur, tota eſt noſtri argumenti: quae ſic orditur. „ Quoniam ea, quae aliquando meditor, mihi „ probatum iri non eſt quod ſperem, niſi prius doctis & „ amicis viris probentur, de lapidario aenigmate ſenten„ tiam tuam rogatum venio, petitumque, ut, utrum ex„ plicationem meam ratam facias, candide (117) hoc eſt „ more tuo, profiteri velis. Clauſulam noſti in quamplu„ ribus Galliae ſepulchralibus titulis extantem, *ſub aſcia de-* „ *dicavit*. Lugdunenſem ſunt qui appellent; ſed in tribus olim „ Provinciis paſſim adhibitam, multae, quas ſum intuitus, „ Inſcriptiones teſtantur: rarius in Narbonenſi, Italicis nem„ pe magis conformata moribus. Frequentius autem Lugdu„ ni occurrit, quod in hac urbe literati lapides majori copia „ ſuperſint. Ad Fourvieram in aede, quam Serram dicunt, „ hanc nuper excepi hactenus incompertam. C. CATI. DRI„ BVRONIS * CORPORIS. VTRICLA * RIORVM. LVGDVNI* „ COSISTENTIVM * CATIVS. PVPVS. PATRI * PIENTIS„ SIMO. ET CATIA - SILVINA CONIVGI * PIENTISSIMO „ ET...... * NVRVS. SOCRO(118) DVL*CISSIMO. PONENDVM* „ CVRAVERVNT. ET. SVB * ASCIA. DEDICAVERVNT* „ Quid poſtrema verba ſibi velint, perquiritur, & poſt tot „ concertationes adhuc ſub judice lis eſt. Diverſae ſententiae „ ad hanc diem plus quam duodecim prodierunt; quin &

alias

(117) Haud ſecus ac juſſus, fecit. Nam *candide & more ſuo profeſſus* eſt Muratorius in diſſert. quae anno elapſo prodiit; quae mox dabitur.

(118) SOCRO pro *ſocero*, non errore, ſed antiquo loquendi more. Priſcianus quidem teſtatur τὸ *ſocrus* antiquis communis fuiſſe generis: quem falſum, ſuſpicor. Nam antiquis ſicut *ſocerus* maſc. gen. (quo bis utitur Plautus) dicebatur, ſic per ſyncopam *ſocrus*, ſed ut ab hoc gignendi caſus eſſet, opinor, *ſocri*, non *ſocrus*, ſicut & heic dativus SOCRO. At hoc diverſum erat a feminino *ſocrus*, cujus genitivus in VS exibat. Jam vero ſicut olim mas *ſocerus*, ſic & femina *ſocera* dicebatur. Quod reperitur in Anglico lapide apud Grut. 546. 5. SOCERAE. TENACISSIMAE. At eruditiſs. Facciolatus (quem vide in *Socera*) allato hoc exemplo ſic excipit: *Quae tamen inſcriptio parum ſapit antiquitatem*. Quare fulcienda eſt vox *ſocera* elogio altero Gruteriano pag. 745. 9. ubi legitur *Valeriae* .... *L. Metilius*. *Herm*. SOCERE (pro *ſocerae*) INCOMP. Ceterum illud Anglicanum elogium, ut non valde elegans fateor, ſic a νοθείας liberare

rare

„ alias fando audivi, quae nondum(119)prodierunt, velut il-
„ lam, *aſcia* (120) Celticam dictionem eſſe; ne mireris; fuerunt enim

rare poſſe videor: quod tale eſt: *His. terris. tegitur* * *Ae* ..... (fort. Aelia) *Matrona. quond* * *vix. an. XXVIII. M. II. D. VIII* * *et. M. Julius. Maximus. fil.* * *vix. an. VI. M. III. D. XX. & Cam* * *pania. Dubba. mater* * *vix. ann. L. Julius. Maximus.* * ... *alae. Sar.* (in lacuna erat fort. EQ. i. e. eques Alae Sarmaticae) *conjux* * *conjugi. incomparabili* * *et. filio. patri. pientiſ* * *ſimo. et. ſocerae. tenaciſſimae* * *memoriae. P* * Grutero Camdenus.

Nunc quae huic lapidi apud virum doctiſs. invidiam fort. creaverint, ea, ſiqua poſſumus, diluamus. Illud initio *His terris tegitur*, hemiſtichium eſt poeticum, qualia multa in tumulis. Verſu antep. negotium faceſſit illud FILIO. PATRI. PIENTISSIMO: nam ſi pater filio memoriam ponit: quo illud PATRI? Caſaubonus in his litteris vere magnus hanc marmoris particulam non intellexit; nam ſic citat ad Spartiani Severum cap. 27. PATRI. PIENTISSIMO. ET. SOCERAE. TENACISSIMAE. quum tamen filio non patri monumentum ponatur. Verum quid moror? Julius Max. pater FILIO PATRI. (i.e. *in patrem*) PIENTISSIMO ponit: inelegans quidem locutio, ſed quae νοθείας ſuſpicionem amoliatur: cui ſimile eſt, quod in mea quadam marmorea tabula Scantiae Redemptae PIAETAS. IN. PARENTIBVS (pro *in parentes*) commendatur: quibus adde & hoc elogium, quod dum in his eſſem, ex Dan. Clerici Hiſt. Med. ſuppeditavit mihi vir doctiſs. & amiciſs. Franc. Seraus: TI. LYRIVS (pro quo in Grut. 1111. 6. eſt TIBERIVS: at vera lectio eſt ILLVSTRIVS ex Fabret. p. 303. n. 274.) *Ti. Caeſaris. Aug. Ser. Celadianus. medicus. ocularius*. PIVS. PARENTVM. SVORVM. &c. An offenderit quempiam illud SOCERAE? (quod altero exemplo Grut. 745. 9. modo vindicavimus) an illud TENACISSIMAE, in laude poſitum (nam apud probos ſcriptores vitii vocabulum eſt) at in ead. mea tabula inter ejuſdem Scantiae virtutes refertur, quod eſſet TENACITATIS (i. e. *parſimoniae*, ut in ſchedis adnotavi) MAGISTRA. Haec pro Anglicani lapidis antiquitate.

At erit fortaſſis, cui ſalivam moverit illud verſu ſecundo MATRONA. QVONDAM. Conſentit enim cum illo STOLATAE. QVONDAM ſup. pag. 30. num. XVIII. Et quidem Feſtus ait: *Matronas appellabant eas fere, quibus ſtolas habendi jus erat*. Hinc *habitum matronae* appellavit Quint. decl. 342. manumiſſionem per ſtolae dationem. Verum inter duas haſce inſcriptiones hoc intereſt, quod illa Menetr. num. VIII. libertina erat, & *Stola* h. e. matronali habitu donata, haec autem AE..., (i. e. *Aelia*) ingenua, uti patet ex matre *Campania* ingenua, & quod diverſum nomen a marito gerebat. Fort. *Matrona* heic dicitur, ut diſtinguatur a concubina. Nam matrona ex Gellio eſt, *quae in matrimonium cum viro conveniſſet*. Plaut. Trin. III. 2. 64. ea duo inter ſe opponit: *Ne mihi hanc famam differant* * *Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi* * *ſic ſine dote dediſſe magis, quam in matrimonium*. Ubi vides ſic *concubinatum matrimonio* opponi, ut *concubinam matronae*; quae certe, teſte Gellio, a *matrimonio* ſic dicebatur.

(119) Rogandus eſt Noſter ſuc ἀνεκδότοις iſtis opinionibus xxxviratum noſtrum auctiorem faciat.

(120) Non magis Celticam vocem eſſe, quam Germanicam aut Aethiopicam (V. infra not. 126.) pro-

„ enim & qui Graecam(121)dicerent. Vir Cl.P.Montſauconius „ poſtquam ante annos aliquot opiniones penſitaſſet ſingulas, „ nihil adhuc in hac quaeſtione videre nos, & tam exoticam „ formulam ſperandũ non eſſe, ut intelligamus, *donec aliquod* „ *monumentum eruatur, quod tam obſcurae rei lucem afferat*, „ pronunciavit. Tamdiu expectandum non autumavit nupe- „ rus Scriptor de Religione Gallorum (vides me doctiorum „ praecipue rationem habere) ſententiamque ſuam ceteris re- „ jectis protulit; aſciam ſcilicet ligonem, ſeu marram ſigni- „ ficaſſe, haud communem tamen, & qua uterentur, cum „ *longis purgare ligonibus arva* oporteret, ſed peculiarem, & „ ad terram ſepulcrorum ſtruendorum cauſa fodiendam ſo- „ lummodo adhibitam. Utrum haec ſententia, cui P. Mene- „ trierius quoque aliquando appropinquavit, calculos omnes „ reportatura ſit, vereor, cum in quo nitatur, non appareat; „ eoque vereor magis, quo cum doctrina conjungitur, cujus „ pariter fundamentum, & auctoritas non exhibentur: nem- „ pe Gallos, cum ſub aſcia monumenta dedicarent, maximis, „ quae fuſe deſcribuntur, caeremoniis feciſſe, iiſdemque, qui- „ bus ab Etruſcis urbes condebantur. Additur praeterea, mu- „ lieres numquam ejuſmodi ſepulcra dedicaſſe (122) cum „ tamen viginti circiter ex Lugdunenſibus tantum Sponius in- „ ſcriptiones ediderit, in quibus mulieres, vel ſimul cum „ viris, aut filiis, vel ex ſeipſis ſub aſcia dedicant; & cum „ in Decimani ipſa, quae ibidem ex Grutero affertur, ejus „ uxor ſub aſcia dedicet. Multoties accidit, ut dedicandi ver- „ bum hallucinationes pareret, ſaepe enim nihil aliud ſigni- „ ficat quam ponere, collocare, perficere, & rei cujuſpiam „ uſum(123)inchoare. De hoc alicubi verba feci: docte hunc de „ dedicationibus locum pertractare memini Alexium Mazo- „ chium, cujus de Capuano Amphitheatro commentarium „ fruſtra heic perquiſivi. Narbonae in moeniis hanc nondum „ edi-

probat lex XII. tabb. tunc edita, quum vix Celtas uſquam eſſe, fando auditum fuerat. Niſi vero aliam ex Celtica lingua ei voci notionem tribuant: quos tamen Aſciae figura in tumulis redarguit.

(121) Graecam putavit Chorerius, & Anonymus quem vide pag.73.num.5.

(122) Vide Anon. ſup. not. 105.

Ceterum quas ibi Menetrierianas ad refellendum Anonymum dedi, credo eaſdem eſſe ac Sponianas, quas Menetr. in ſuam hiſt. derivavit. Nam Sponii Antiq. Lugd. nuſquam reperi.

(123) Hoc ultimum ego in *De dedicationib.* argumentis evidentiſſimis ante ſex annos oſtenderam.

,, editam epigraphen vidi. VOLILIA Ͻ·L * SECVNDA * SIBI
,, ET CNEO * DOMITIO * AVCTO VIRO * SVO DICAT *
,, monumentum ſcilicet. Theatrum ſuum dedicavit Pompeius,
,, cum in eo primos ludos fecit, quod Aſconius innuit. Avii
,, Capelliani lapidem Nemauſi inſpexi pluries editum, in quo
,, pro iis *ſub aſcia dedicavit*, habetur SVB ASCIA POSVIT.
,, Funebres autem caeremonias, aut Diis exhibitas, interceſſiſ-
,, ſe nullas, vel ex hoc ipſo diſcere eſt, quod vivi ſaepe ea
,, ſtruerent monumenta, & inſcriberent, ſibique ipſis dedica-
,, re interdum profiterentur. Secundilla *ſibi viva poſuit*, *& ſub*
,, *aſcia dedicavit*; Sulpicia (in eo lapide quaevis ſyllaba inter-
,, pungitur) Agathemeris *conjugi*, *ſibique viva ſub aſcia dedi-*
,, *cavit*; Mattonio Reſtituto *filii*, *& heredes ponendum curave-*
,, *runt*, *& ſibi* (ita in marmore) *vivi ſub aſcia dedicaverunt*.

,, Jam quid ego ſentiam expono, ſed quibuſdam tibi
,, comprobare teſtimoniis non potero, quae domi in adver-
,, ſariis habeo, nec memoria teneo. Opinor, nihil aliud ea
,, formula, & aſciae figura, quae ſummo lapide inſculpi ſolet,
,, ſignificari voluiſſe, niſi ea monumenta de novo fuiſſe exci-
,, tata, & nulli antea patuiſſe. Honorificum hoc plane erat,
,, & minime vulgare; quapropter *ἐν τῷ καινῷ μνημείῳ* ſacratiſſi-
,, mum Servatoris noſtri corpus Joſeph ab Arimathaea depo-
,, ſuit, neque id memorare D. Matthaeus praetermiſit. S. Lu-
,, cas monumentum dixit, *οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.* Utrumq.
,, conjunxit S. Joannes: *Monumentum novum*, *in quo non-*
,, *dum quiſquam poſitus erat*. Quidquid hoc honoris eſſet, &
,, amoris, & liberalitatis oſtentare non praetermittebant
,, Lugdunenſes, Gallique ceteri; tantum abeſt, ut eam clau-
,, ſulam modicis tantum, ac minoribus tumulis inditam, eaque
,, *mediocritatis laudem* quaeſitam putem, ut Aldus(124)olim,
,, deinde Fabrettus cenſuere. Cum ergo minus commode, mi-
,, nuſque eleganter conſuetis & communibus verbis id expri-
,, mi poſſet in funebribus titulis, hanc formulam amplexi
,, ſunt: qua indicabant, ab artificum manu eo ipſo tem-
,, pore id monumentum exiſſe. Propterea in praeclara
,, apud Guichenonium, & ſubinde apud Reineſium Inſcriptio-
,, ne, quam & in mſ. codice reperi etiamſi aliquanto diver-
,, ſam, haec habetur clauſula: CONSVMMATVM HOC OPVS

,, SVB

(124) Vide ſup. in Urſato not. 24. & inſuper not. 12.

,, SVB ASCIA EST. Ultimum ſiquidem inſtrumentum quo
,, *in* ὑπογείοις, ſive ſubterraneis cubiculis aedificandis, ut & in
,, aedificiis aliis, utebantur, aſcia erat, qua calx maceraba-
,, tur ad inducendum tectorium muris, ut adhuc fit. Triplex,
,, non unum tantùm, ut a recentioribus, qui hanc quaeſtio-
,, nem agitant, aſſeritur, eodem nomine ὄργανον appellatum
,, invenio, quod eamdem ſpeciem referrent ſingula: primo
,, quidem teli, ſive armamenti genus ſecuri proximum (125)
,, inde adagium, cujus Apuleius meminit, *aſciam cruribus ſuis*
,, *illidere*: Pſalmorum interpres; *in ſecuri, & aſcia dejecerunt*.
,, Hinc *azza* Italis, Gallis *hache*, quam vocem fuere qui a Ger-
,, mania, nec non qui ab AEthiopia Gallos accepiſſe aſſevera-
,, rent, ut perdoctus (126) Bochartus. Ita deinde ferrum dictum,
,, quo ligna laevigabantur, unde vetitum in XII. tabulis po-
,, lire aſcia rogum, ut non ſepulchri quidem, quod commu-
,, niter dici ſolet, ſed exuſtionis ſumptus minuerentur. In-
,, ſtrumentum denique eo nomine vocarunt paſſim, quo mu-
,, rarii fabri utebantur, ut extremam muris navarent ope-
,, ram. Vitruvius de tectoriis agens, deque albariis operibus;
,, *Sumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in*
,, *lacu macerata aſcietur*. Palladius: *Si quod aſciae adhaeret,*
,, *fuerit molle ac viſcoſum, conſtat albariis operibus convenire*.
,, Cum vero dealbati parietes novitatem operis arguerent,
,, praecipui ad id adhibiti inſtrumenti nomine, ac figura mo-
,, numentum illius cauſa, quem loquebatur lapis, recenter
,, conſtructum fuiſſe, ſignificabant. Conſueviſſe autem vete-
,, res ſepulcra ſic nobilitare, ac polire, teſtatur Cicero, qui
,, Solonem Athenienſibus expreſſe vetuiſſe tradit, illa, ut mo-
,, ris erat, *opere tectorio exornare*. Graecum tetraſtichon ſepul-
,, crali titulo additum Nemauſi exſcripſi, in quo monumen-
,, tum

(125) Aſciae genus eſſe ſecuri ſimile, (quod antea ex Fabretti deformatione in monumento Salſoniae perſuaſum habebam) praeſtare non poſſum. Ceterum ſi aſcia ulla fuit ſecuri ſimilis, de ea Appuleiana paroemia belle intelligeretur: nam hodieque heic apud nos dicitur *darſi l'accetta* (ſic noſtris dicitur quae Gallis *hache*) *a i piedi*:

(126) Non magis Germanicum aut Aethiopicum eſt *Aſcia*, quam Celticum, de quo vide ſup. not. 120. nec in omnibus Bocharti indicibus ullum hujus originationis veſtigium reperi; ſed nec ante me doctiſſimus Batavus mox producendus; qui in hujus Maffei epiſtolae epitoma ſic de Bocharto heic laudato ſubnotavit: *On ne dit pas, où cela ſe trouve. Je l'ai cherché inutilement dans toutes les Oeuvres de BOCHART de l'edition de Hollande.*

„ tum illud νεόδμητον fuiſſe, declaratur. Vides quod Latine *ſub* „ *aſcia dedicatum* dicebant, Graece *noviter aedificatum* dixiſ- „ ſe. Edita inſcriptio eſt in Sallengrii(127)praefatione, & nuper „ in itinere Literario; ſed cum carmina carminibus nondum „ ſint reddita, ut id praeſtarem, operam utcumque dedi. „ DM * C. VIBI LICINIAN * V. ANN. XVI. M. VI * C. „ VIBIVS * AGATHOPVS ET * LICINIA NOMAS * FIL „ OPTIMO PIISSIM *

„ Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
„ Μὴ βάτος αὐχμηρή, μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
„ Ἀλλ' ἴα, καὶ σάμψυχα, καὶ ὑδατίνη νάρκισσος,
„ Οὐίβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

Plurimus hunc tumulum flos induat, inque recentem
Haud rubi horrentes, aegipyruſque mala,
„ *Sed properent violaeque, & amaracus, & narciſſus,*
„ *Vibie, & omnis humus te prope jam roſa ſit.*

„ Collectionem tuam, qua Rerum Italicarum Scriptoribus conſuluiſti, ubique reperio, & ubique praedicari audio. „ Supremam eodem ſpiritu quo primam admoviſti, impone „ labori manum. Vale.

XXX. *Anonymus Batavus Auctor* de la Bibl. Raiſonnèe.

Locum ſane ſuum, TANVCCI, inter XXX viros heic merito ſuo tuebitur is, qui mira accuratione ac judicio paucis abhinc annis in Bibliothecam (quam *Raiſonnèe* appellant) incumbit. Ergo vix haec Maffeius emiſerat; quum anno ſequente is Auctor (an Auctores?) accuratiſſimam epiſtolae Maffeianae ὑποτύπωσιν in to. XII. par. 2. (qua April. Majus & Jun. anni 1734. continentur) inſeruit. Ibi poſtquam luculentiſſimam epiſtolae totius adumbrationem oculis ſubjeciſſet; ſic ad extremum concludere non dubitavit, „ Nôtre Au-

(127) Eſt in praef. ad 1. to. Sallengriani theſ. Antiq. Leviculum hoc eſt quod in Sallengr. in priore pentametro AIXMHPH, in poſteriore CAMYOYXA exhibetur: ſed Graecos errores duos Sallengrius mox caſtigavit, perinde ut Maffejus exhibet; qui tamen, quando lapidem & Sallengrium vidit, monere debuiſſet utram ſcriptionem lapis prae ſe ferat; nonnumquam enim in his, quae vulgo mendoſa putantur, rerum abditarum ſcituque digniſſimarum momenta vertuntur. Ceterum Αἰγίπυρον neutro gen. haud facile alibi reperies; certe Theocrito & Theophraſto mulíebris generis eſt.

„ Auteur declare, que dans les Recueils qu'il a laiſſez chez „ lui, il a encore d'autres autoritez pour confirmer ſon explication, mais dont il ne ſauroit ſe ſouvenir (128). Ce qu'il „ dit ici, eſt ſuffiſant, a mon avis, pour faire juger, qu'il „ a heureuſement dèchifrè l'enigme.

XXXI. *Franciſcus Carolus Conradus.*

Et Maffeio quidem ac Muratorio, dumtaxat prioris adſtipulatorem Batavum interlocuturum, BERNARDE, in *Maffeio* pollicitus; nunc fidem fallere, & Germanum ſuper haec alterum interjicere cogor. Nam quum ſeptima haec iſtius epiſtolae plagula jam typothetae, ut appellant, manus evaſiſſet, nec quidquam aliud morae eſſet, quin prelo ſubjiceretur: ecce tibi neſcio quid inſciente me turbatum eſſe in Germania, nuntiatur. Et turbarum indicium affertur tomus 55. Lipſienſium, quo *Acta erudit**or*. an. 1736. continentur. Eum quum evolverem, laetatus fui, pag. 302. *ingenioſam illam Mazochianam* ſententiam appellari meam. At pag. 510. novus prodit non infimi ſubſellii ἀρχαιολόγος, in Acad. Julia Jurec., qui edito Helmſtadii an. 1735. *Parergorum* libro, diſsertationes ſeptem complectente, earum quartam totam in hanc formulam *dedic. ſub aſcia* impendit. Itaque, dum πάντα λίθον κινήσω, ſiquo pacto librum hunc nanciſcar, eoque xxxviratum noſtrum auctiorem efficiam; ejus interim excerpta Lipſienſia non poſsum Tibi, BERNARDE, invidere. Ergo doctiſſimus Lipſienſis breviator pag. 514., indicato diſsertationis titulo, ſubdit „ Non infre„ quens eſt haec formula in Gallicis, Viennenſibus, Lugdu„ nenſibus, Valentinis, Nemauſenſibus, & Narbonenſibus In„ ſcriptionibus, ſed nulli ſcriptorum veterum nominata. Fa„ ctum hinc, ut, qui recentiori aetate in explicanda ei ex„ perti ſunt vires ſuas, multum inter ſe diverſa proferrent. „ Nuper demum, poſt *Fabretti* vulgo receptam huc uſque opi„ nionem, auditae ſunt novae P. *Jac.* *Martini* Benedictini

„ Mau-

(128) Bene eſt, quod quae in *Adverſariis* ſe habere Maffeius innuit, ea nobis minime deperiiſſe credendum eſt. Nam vix ego hanc epiſtolam ſcribere aggreſſus eram, quum allatum fuit, hoc ipſo anno alteram a Maffeio de eodem argumento lucubrationem prodiiſſe. Cujus exemplum tandem ab optimo Amico impetratum, mox Muratorio ſubjicietur.

„ Mauriani, & *Alexii Symmachi Mazochii* conjecturae, illius
„ in Opere *de religione Gallorum*, hujus in erudito *ad Campa-*
„ *ni Amphiteatri titulum commentario.* Sed nec horum labor,
„ quantumvis per ſe laudandus, tulit ſuffragium Auctoris
„ noſtri, qui data opera id agit, ut, quantum difficultatis
„ inſit in unaquaque harum opinionum, rationibus minime
„ ſpernendis oſtendat. Applaudimus vero optimi viri ſtudio
„ meliora nos docendi, remque ſatis obſcuram in clariori luce
„ collocandi. Rejectis aliis omnibus conjecturis, ita decernit:
„ *ſub aſcia dedicare* nihil eſse aliud, quam monumentum ſub
„ tutela & cultura fabricae, ut ſartum tectum praeſtetur, con-
„ ſtituere. Robora huic ſententiae ex more veterum, de tute-
„ la, & refectione monumentorum ſedulo proſpiciendi, &
„ pecuniam ad id conferendi, nec non ex eo arceſſit, quod huic
„ explicandi modo conveniant locutiones eae omnes, quibus
„ conceptam ipſam hanc formulam in vetuſtis inſcriptioni-
„ bus apparet. In his omnibus copioſus eſt Auctor, tamque ſe-
„ lectis eam in rem teſtimoniis utitur, ut jam nemini non fe-
„ liciſſime enodata brevior illa, & ob id obſcurior, vetuſtiorum
„ temporum formula videri poſſit.

XXXII. *Ludovicus Antonius Muratorius*.

Maffeio jam, Batavo, atque Conrado, viris doctiſſimis vir aeque ſummus, Muratorius ſuccedat; cujus copioſior de *Aſcia ſepulchrali* diſſertatio (quae ſuperiore anno 1738. in Cortonenſium Diſſertationum volumine altero prodiit, eſtque num. VII) a Te nuper mihi, TANVCCI, commodata, huic longiori jam ſenſim, quam ſuſpicabar, epiſtolae occaſionem praebuit. Ea in viri tanti, utriuſque noſtrum amiciſſimi, gratiam integra heic dabitur. Itaque vix paucis *Ridolfinum Venutum*, in cujus nomine ea Diſſertatio apparet, allocutus, de re ipſa ſic incipit. „ Già è noto, che nel Delfinato, nella
„ Provenza, e ſpezialmente in Lione, fu a'tempi antichi in
„ uſo queſta Formola, unicamente nondimeno nelle Iſcrizio-
„ ni Sepolcrali. Similmente ſappiamo, che anche in Italia ſi
„ truovano varj veſtigj, non già della Formola ſuddetta,
„ ma bensì della coſa ſteſſa, oſſervandoſi alcuni Marmi, in
„ cima o in fondo de'quali ſi vede ſcolpita l'*Aſcia*. Il medeſi-
„ mo tengo io, che ſignifichi quella nuda *Aſcia*, che il *ſub*

„ *Aſcia*

,, *Aſcia dedicavit* delle Gallie Lugdunenſe, Viennenſe, Narbo-
,, nenſe. Il Chiariſſimo Signor Abate Gori ultimamente ne
,, ha dato alla luce quattro, conſervate in Toſcana, e ſono le
,, ſeguenti. Florentiae apud Nobb. Gaddios. *D.M* * *L. Valerio.*
,, *Philumeno* * *filio. qui. vixit. an. VIII* * *L. Valerius. Adjectus**
,, *et. Sativa. Margaris*(129) * *Fecerunt. ſibi. et. ſuis* * *lib. libertab.*
,, *q.p.q. eorum* * Florentiae olim in S. Hilarii in agro Campo-
,, rano. *D.M* * *Hoſtilia* * *Omphale* * *hic. adq* * *M.B.M.* * Floren-
,, tiae in aedib. Excell. Gentis Corſiniae * *Laberia* * *Maximina* *
,, *matri. dulc* * *in. fr. P.V* * *in. agro. P.VI* * Piſis apud Nobb.
,, Roncionios. *D.M* * *Mettia. Ianuaria. hic. adq. coni* * *B.M* *
,, *Q. Obſequentius Severinus* * *Aug. Piſis. cur. Kal. Florentinor* *
,, *ſibi poſteriſque ſuis* * Miraſi in tutti e quattro queſti Marmi
,, ſcolpita l'*Aſcia*(130) Cōpariſce del pari nelle Iſcrizioni Gal-
,, liche l'*Aſcia*, ma con eſprimervi per lo più *Monumentum po-*
,, *ſuit*, o pure *faciendum curavit*, & *ſub Aſcia dedicavit*. Il primo,
,, che preſe a ſpiegar queſta formola, probabilmente fu Aldo
,, Manuzio(131) il quale oſſervata che ebbe una delle Leggi del-
,, le Dodici Tavole, cioè ROGUM ASCIA NE POLITO, ſi cre-
,, dette d'aver colto nel ſegno, immaginandoſi, che l'*aſcia* po-
,, ſta ne' Monumenti, e il *ſub aſcia dedicavit*, non altro ſigni-
,, ficaſſero, ſe non un Sepolcro formato con mediocrità, o
,, rozzezza. Ma non ha avuto corſo queſta ſpiegazione; per-
,, ciocchè l'*Aſcia* mentovata nella Legge ſuddetta è ſtrumen-
,, to

(129) MARGARIS) Feminae hujus cognomen non eſt a *μαργαρίτης*, quod eſt mas, ſed a *μάργαρον* *unio*, quo Pauſanias utitur (cujus plur. *μάργαρα* affertur ex quodam epigr.) fit primum MARGARIS (hujus feminae cognomen, quae vox fort. Graecis etiam *unionem* notabat.) & *Margarides*, palmarum genus margaritas referentium, acinis quam balanis ſimiliorum, teſte Plin. XIII. 4. deinde fit *ὁ μαργαρίτης λίθος* & *ἡ μαργαρῖτις λίθος*. Levia haec quidem, ſed quae videbantur tironibus, quorum utilitatis ſatagimus, non inutilia. Ceterum quant^pere inſcriptionibus, plus quam libris, res grammatica juvari poſſit, ejus rei graviora ſpecimina ſaepe dedimus dabimuſque.

(130) Aſciae forma in hiſce titulis ſcalpta conſpicitur & quidem in duobus haec prior:



In aliis duobus haec altera recta aut inverſa.



(131) De Aldo vide not. 12. & 24.

„ to da Falegname ; e la Legge vietava il pulire il legno, che
„ dovea ſervire pel Rogo, ſiccome ſpeſa ſuperflua e buttata,
„ da che eſſo Rogo da lì a poco dovea bruciarſi, e andare in
„ cenere. Ma parlandoſi di Sepolcri, ch'erano fabbricati di
„ marmo, o di mattoni; l'*aſcia* de' Legnajuoli nulla avea che
„ fare con queſti. E poi a che avviſare i paſſaggieri o ſpetta-
„ tori, che quello era un Sepolcro rozzo, e non pulito? Ba-
„ ſtava bene, ch'aveſſero gli occhi per accorgerſene. Altri poi,
„ trovata in Vitruvio menzione dell'*Aſcia*, ſi figurarono, che
„ tanto lume nelle parole di lui ſi chiudeſſe da potere riſchia-
„ rar queſte tenebre. . . . . . (*Vitruvii locum V. ſup. in Gutherio pag.* 14. *& in Fabrct. & alibi paſſim*)
„ Ma chi non vede, che l' *aſcia* mentovata da Vitru-
„ vio altro non potè eſſere, che una ſpecie di *Zappa*, la qual
„ certo può ben ſervire a muovere, e provar la calce, ma non
„ già à far delle muraglie, e fabbriche di marmi, ò mattoni?

„ 2. Ha poi ultimamente trattata queſta ſcura quiſtione
„ anche il Chiariſſimo Marcheſe Scipione Maffei nel ſuo Libro
„ intitolato *Galliae Antiquitates quaedam ſelectae* nell' *Epiſt.*
„ XI. ch'egli per ſua gentilezza ha indirizzato a me. Ora va-
„ lendoſi anch'egli del paſſo ſuddetto di Vitruvio, ne ha ca-
„ vata un'altra interpretazione: Cioè, che l' *aſcia* foſſe indicio
„ di Sepolcro compiuto, e perfezionato. Imperciochè, ſcrive
„ egli, tre ſorte d' *aſcia* conobbero gli antichi. La *Scure*, o ſia
„ l'*Accetta*, o ſia qualche ſtrumento ſimile da tagliare. Lo *Zap-*
„ *petto* (così lo chiamano i noſtri Falegnami) da pulire il le-
„ gno. E finalmente *Inſtrumentum eo nomine vocarunt paſſim,*
„ *quo murarii Fabri utebantur, ut extremam muris navarent*
„ *operam*, cioè col dare il bianco alla fabbrica. *Cum vero de al-*
„ *bati parietes novitatem operis arguerent, praecipui ad id adhi-*
„ *biti Inſtrumenti nomine ac figura* (cioè dell'Aſcia) *Monumen-*
„ *tum illius cauſa, quem loquebatur lapis, recenter conſtru-*
„ *ctum fuiſſe, ſignificabant*. Ingegnoſa è queſta opinione; ed
„ eſſa piacque, ha più di cento anni, anche a Jacopo Guthier
„ nel ſuo Trattato *de Jure Manium Lib.* 11. *cap.* 28. Pure non
„ la ſo io credere veriſimile. Primieramente, perchè l'*Aſcia*
„ ſiccome ſpecie di *Zappa*, ſi adoperava bensì per dimenare
„ coll'acqua la calcina bianca nella buca, e per provare, s'eſſa
„ era ben diſciolta e macerata, ma non già per dare con eſſa
„ l bianco alle mura: perchè tanto allora, come adeſſo, m'av-

„ viſo

„ viſo io che ſi ſerviſſero di un Pennello (132) a queſto effetto.

„ Adun-

(132) *De antiquor. opere albario ac de marmorato. Schedium.*

Quod penicillo uſos antiquos ad inducendum parieti albarium, contendit; praeter conjecturam ductam ab hodiernis moribus, nullum ad id affert argumentum ὁ πάνυ. At nodus erat (apud me certe) vindice dignus, penicillo ne, an trulla (in cujus locum alii aſciam ſubſtituunt: de quo alibi diſputabimus) albarium opus parietibus illi inducerent, aut omnino dealbarent. Videamus quid in utramque partem dici poſſit; nam utrum haec quaeſtio a quoquam pertractata fuerit, juxta cum ignariſſimis ſcio.

Ac primum Muratorii conjecturam ex notiſſimo adagio comprobare poſſe videor, quo utitur M. Curius (in VII. ep. ad Fam. 29.) *Duos parietes de eadem fidelia dealbare*. Nam *fidelia* erat κεράμιον, aut certe (quia *In fictili fidelia* dixit Colum. XII. 38. ut videatur etiam non fictilis fuiſſe) vas erat. Quoniam autem albarium in vas infundebant, id liquidum erat; & penicillo, non ferramento inducendum. Adhaec eamdem paroemiam ſic Graece paullo aliter Suidas affert in Δύο; ubi ait: Δύο τοίχους ἀλείφεις. *Duos parietes linis*. Qui ubi uſum paroemiae ἐπὶ τῶν ἐπαμφοτεριζόντων *de iis qui utrique factioni blandiuntur* docuiſſet: ſubjecit: εἴρηται δὲ ἴσως ἀπὸ τῶν δύο τοίχους ἀφεγγίας ποιούντων. Quod ſic vertit Portus (nec enim Kuſteri editionem habeo) *Fort. dictum eſt ab illis, qui duos parietes faciunt luciditatis ac majoris lucis habendae cauſa*. Peſſima interpretatio (quae Suidam ſibi in iis quae de uſu proverbii dixerat, minime conſtantem efficit: nam quid iſtuc cum ἐπαμφοτερίζειν commune habet?) ex eo orta, quod inſigne mendum Porto minime ſuboluit, quum non ἀφεγγίας (quod vocabulum nuſquam uſurpatum legitur) caſu patrio, ſed ἀφεγγίας quarto caſu olim ſcripſerit Grammaticus. Vertendum erat, *tractum fuiſſe ab iis qui duobus parietibus* (opere albario) *ſplendorem* (h. e. candorem) *inducunt*. Nitorem illum albarii aut marmorati tantum, ut etiam expreſſas tamquam in ſpeculo imagines contuenti remitteret, Plinius XXXVI. 23. *ſplendorem* appellavit. Vide locum ſup. pag. 15. not. 19. ex quo Suidae τοῖχος ἀφεγγής pro eo poſitus quod nos dicimus *parietem dealbatum*, multum ſplendoris acceſſit: ut & ex Julio Polluce VII. 124. ubi inter albarii operis locutiones affert etiam τὸ ἐπιλαμπρύνειν, φαιδρύνειν, ἀποφαιδρύνειν. Sed cur non totum locum adſcribo huic quaeſtioni decidendae idoneum? Τιτάνῳ δὲ χρίειν, ἢ πᾶν ἀλείφειν, ἐπαλείφειν, καταλείφειν ἤ. Quibus addit ἀπολαμπρύνειν, φαιδρύνειν, ἀποφαιδρύνειν, ἐπιλεαίνειν (cujus ſimplex etiam cum diphth. ſcribitur λειαίνω a λεῖος *levis*; a quo *Liaculum* Vitruvii, & verbum *Lio* Tertulliani) ἐπιλεπτύνειν. Vides igitur non alio ferme, quam *liniendi* verbo veteres uſos in opere albario. At penicillo, non ſolido inſtrumento certe liniri poterat.

Atque haec mihi quidem pro Muratorio ſuccurrebant, haud illa tamen ſatis firma, ut fatear. Quid enim? fidelia vas fuit: non nego. At id vas non tantum liquidae calci, ſed & craſſiuſculæ, ope ferramenti inducendae, ſubſervire potuit. Adhaec verba illa ἀλείφειν, χρίειν, παραχρίειν, λεαίνειν &c. non tantum liquido, ſed & craſſiori linimento conveniunt: imo Auctori vulgatae Ez. XIII. *Linire* de lapidum ferrumine & farcimento dicitur, ut *liniebant eum* (parietem) *luto abſque paleis*: & paſſim eo capite. Jam vero *albarium opus*, ut a Vitruvio, Plinio, Palladio &c. deſcribitur, non ſimplicem tenuemque calcis inunctionem, ſed ſpiſſiorem parietis incruſtationem notet, neceſſe eſt. Sic enim antiqui inter *Albarium*, *Are-*

 natum,

natum, & *Marmoratum* diſtinguunt, ut primum ſola calce fiat, alteri addatur arena, tertio tuſum marmor: ab eo diſcrimine ubi diſceſſeris, ea tria tectoria in ceteris omnino conveniunt. Ac diſcrimen inter arenatum & albarium eruitur ex inſcriptione apud Salmaſ. ad finem pag. 1228. edit. Pariſ. *Eaſque parietes marginesque omnes, quae lita non erunt, calce harenata lito* (pro linito) *politoque, & calce nuda dealbato*. Habes heic inter arenatum & albarium quid interſit: at inter marmoratum & albarium Plinius & Palladius tale diſcrimen ponunt, quod tamen eamdem in utroq. craſſitiem arguat. Plin. XXXVI. 23. *Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohaereat. Contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum haereat*. Palladius I. 14. *Opus quoque albarium ſaepe delectat, cui calcem debebimus adhibere, quum multo tempore fuerit macerata. Ergo ut utilem probes, aſcia calcem quaſi lignum dolabis. Si nuſquam acies ejus offenderit, & ſi quod aſciae adhaeret, fuerit molle atque viſcoſum, conſtat albariis operibus convenire*. Ex his auctoribus vides eamdem ſpiſſitudinem albario ac marmorato fuiſſe: utrumque aſcia ſeu rutro ſubigi conſueviſſe: hoc tantum interfuiſſe, quod marmorato praeter calcem marmor pinſitum inerat. Nec hoc ſatis. Eouſque craſſitudinis albarium procedebat, ut ex eo coronae (quos noſtri appellant *cornicioni*) fierent. Teſtis ejus rei Vitruvius V. 2. *Praecingendi*, inquit, *ſunt parietes medii coronis ex inteſtino opere aut albario*. An igitur in tam craſſo tectorio, ut ex eo coronae fierent, tam lento & glutinoſo, ut rutro adhaereſceret, ullus eſſe poterat penicillo locus, quo parietibus induceretur?

Heic vero antequam ultra progredior, non poſſum de Perraultio non obiter mentionem injicere; quem modo productus Vitruvii locus eo impulit, ut Philandri, Baldi, Salmaſii, Gutherii (quem vide ſupra pag. 14. & 15.) ceterorumque illud, quod dixi, inter albarium & marmoratum diſcrimen adſtruentium deſerta ſententia, crederet, albarium idem plane eſſe, ac *le ſtuc*, quod noſtri quoque vocant *ſtucco*: nec inter *albarium* quidquam ac *marmoratum* intereſſe, eaque duo eſſe ejuſdem rei συνώνυμα: poſtremo in re architectonica Vitruvio potius, quippe architecto, quam Plinio inter albarium & marmoratum diſtinguenti, fidem habendam. Verum de Perraultii ſententia quid ſentiam mox pluribus aperiam.

Non enim me continere diutius poſſum, quin lucem mihi jam, dum in his eſſem, ex Plinio affulgentem, aliis ſtatim affundam. Reperi enim tandem apud hunc locupletiſſimum ſcriptorem *penicilli tectorii* mentionem; quo uno loco quaeſtio initio propoſita profligatur: ſimul interim a Muratorio noſtro initurum me gratiam ſpero. Eſt is locus in XXVIII. 17. ubi inter cetera, quae ambuſtis auxiliari dicit, refertur *ſetarum ex his* (apro aut ſue) *e penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus*. Ergo erat, quum penicillo ad dealbandum uterentur. Id ubi fiebat, tunc calce liquida prorſus utebantur, cujus mentio eſt apud Vitruvium VII. 4. *Tum autem calce ex aqua liquida dealbentur, ut trulliſationem teſtaceam non reſpuant*. Eo genere liquidi albarii utebantur ubi exoleſcens candor erat reducendus: nec aliud mihi videtur voluiſſe Plinius XXXV. 16. ubi de terra Chia: *Eademque* (terra) *lacte diluta & tectoriorum albaria interpolantur*. Nam ſuſpicor ibi Plinium liquidam calcem *lac* cum ſtructoribus ſui aevi appellaſſe; quod hodieque Galli *lait de chaux* nuncupant: & ceteroqui incredibile videtur tam ſumtuoſo albario veteres uſuros fuiſſe, ſi lac ex animalibus adhibuiſſent: imo ſcriptor accuratiſſimus non tacuiſſet, ovillum ne, an caprinum, an ex alio genere eſſet uſurpandum. Sic etiam lib. XXXVI. 23. *In Elide aedes eſt Minervae, in*

qua frater Phidiae Panaenus tecto-rium induxit lacte & croco ſuba-ctum, ut ferunt: ideoque ſi teratur in ea hodieque ſaliva pollice, odorem croci ſaporemque reddit. Mirum ni etiam ſaporem lactis reddidiſſet, ſi quidem ex animalium lacte id albarium ſubactum fuiſſet. Sed, uti dictum, facile Plinius liquidam calcem *lac* appellavit. Niſi vero volumus in Graecos artifices potius cauſam conjicere, quibus liquidum albarium κατὰ τεχνικὴν γλῶτταν appellatum γάλα, fabellae locum dederit. Sed quidquid horum Plinii locorum ſit; certum eſt quoties, uti dixi, exoleſcens candor erat revocandus, liquida calce litos fuiſſe parietes, idque ope penicilli. Ridiculum eſt enim putare, novum quotannis, aut quoties opus erat, ſpiſſioris calcis corium cubiculis inductum. Adde quod id veteri incruſtationi non adhaeſiſſet, niſi hanc ſcalpello aliove ferramento aſperaſſent.

Reſtat nunc novi parietis dealbandi ratio definienda; utrum liquida calce & penicillo, an craſſiore illa (quam *Albarium opus* dicebant) tectoriis trullae miniſterio applicita, ita demum extimum candorem conciliarent. Sed antequam id expedio, prius illud inquirendum videtur, utrum *Albarium opus*, de quo Vitruvius aliique, tantumdem ſit quod marmoratum, ſive *lo ſtucco* noſtrorum ſtructorum, ex Perraultii ſententia (quam vide omnino paullo ſupra, ubi Vitruvii locus id requirebat, expoſitam, ſed ſine examine, quod huc rejecimus) an, ut alii ſtatuerunt, hoc intereſt, quod illud ſola calce conſtabat, hoc etiam marmoris ſcobe? Equidem non poſſum hoc Perraultio aſſentiri, Plinium & Palladium inter *marmoratum* & *albarium* diſtinguentes fuiſſe deceptos. Veluti ſiquis nunc reperiatur, qui, quia architectonicen non profitetur, ignoret quid ſit ſimplex tectorium, quid *lo ſtucco*, quidve hodiernum albarium. At enim (inquit ille) ſi *albarium* non idem quod *marmoratum*, quo pacto Vitruvio fides conſtabit, coronas albario opere conficienti? Sic enim ille V. 2. *Praecingendi ſunt parietes medii coronis ex inteſtino opere aut albario*. Dicam quod ſentio. Ibi quidem per *albarium opus* non aliud quam *lo ſtucco* intellexit Architectus; non quod *Albarium* idem plane quod *marmoratum*, ſed quia marmorato ſuperinducitur. Nec aliter noſtri homines loquuntur, qui templa aut conclavia opere marmorato exornata nuncupant *Mura bianche*, uti ab aliis ornamentorum generibus ſive inteſtini operis, ſive marmorum incruſtatione, ſive picturis diſtinguant. Quem in modum & Plinius loqui conſuevit; qui XXXVI. 25. ſic narrat: *Agrippa certe in Thermis, quas Romae fecit, figlinum opus encauſto pinxit: in reliquis ALBARIA ADORNAVIT* (nel reſto fe ornamenti bianchi) *non dubie vitreas facturus cameras* (i.e. opere muſivo) *ſi prius inventum id fuiſſet*. Qui vitreas tanto ſumtu facturus fuiſſet cameras, certe operi marmorato non pepercit: at hoc Plinius mera *albaria* appellavit, quia marmorato poſtremum albarium accedit; non quod marmoratum & albarium duo ſint ejuſdem rei vocabula. Atque haec ad refellendum Perraultium.

Quando igitur Albarium opus mera calce fiebat, idque ſic denſum erat, ut rutro ſubigenti adhaereſceret; quid aliud reſtat, niſi ut id trullae ope (non penicilli ad complanandum ineptiſſimi) ſubſtrato tectorio ſuperinduceretur? Ne id quidem ſentio. Nec enim puto, ſi ſuperinductum merae calcis corium eſſet, id ſatis tenax fuiſſe, nec tectorio ſatis arte adhaeſiſſe, nec quantavis perfricatione adhibita, a rimis immune; nec ſatis ſplendoris remiſiſſe, imo ſubſtrati marmorati ſplendorem intercluſiſſe. Quid igitur ſentio? Id quod unum reſtat ſcilicet, *albarium* (quale a Vitruvio, Plinio, Palladio deſcribitur) tamdiu denſius fuiſſe ita, ut aſciae ſive rutro adhaereſceret, quamdiu ſubigebatur.

At

At ſubactione peracta, ubi inducendum erat, aqua copioſe affundebatur, ita ut *lac* illud calcis exſiſteret, de quo Plinium ſupra interpretabamur. Eo lacte recentia tectoria penicillo ſetaceo perungebant; atque ea demum erant tectoriorum albaria. Nec enim inter album ceteroſque colores induci conſuetos (nam permultum in coloribus olim laſciviae fuit) quidquam interfuiſſe arbitror. Ut ceteri colores aqua multa diluti, udo adhuc tectorio inducebantur, haud ſecus & albus color. Cujus rei hanc rationem tradit Architectonices Magiſter VII. 3. *Colores autem udo tectorio quum diligenter ſunt inducti* (id quod *dipingere a freſco* hodie dicimus) *ideo non remittunt, ſed ſunt perpetuo permanentes, quod calx, in fornacibus excocto liquore, & facta raritatibus evanida jejunitate, coacta corripit in ſe quae res forte eam contigerunt* &c. Ergo quum audis *albarii* denſitatem tantam, ut ferro adhaereret; tantum in albarii praeparatione ſic res ſe habebat. Nam poſtea in lactis modum dilui oportuit, ut ſive recenti tectorio, ſive veteri, & arido (ſi quando eſſet interpolandum) injiceretur. Id vero nec aſcia nec trulla fiebat, ſed penicilli miniſterio.

At finito linimento, tunc vero *liaculo* (ſive quodcumque *ὄργανον* erat) locus fuit ut per crebram politionem ac perfricationem ſplendor ille mirus (de quo Vitr. Plin. &c.) exſiſteret. Vitruv. VII. 3. *Sed & baculorum* (in vet. cod. *jaculorum*, unde ſcite Salmaſius correxit *liaculorum*) *ſubactionibus fundatae ſoliditates, marmoriſque candore firmo levigatae, COLORIBUS CUM POLITIONIBUS INDUCTIS, nitidos exprimunt ſplendores*. Vult, *colores cum politionibus induci*: *Politio* autem eſt ſubactio illa ac perfricatio, quae ut ceteris tectoriis, ſic & inductis coloribus (haud dubie & albariis) adhibebatur.

Haec habui de albario quae dicerem in amiciſ. Muratorii gratiam. Niſi quod lectorem monendum cenſeo, quid poſt ſuperiora jam ſcripta, circa Suidae locum initio recitatum, Cl. Kuſteri editionem nactus, ibi repererim. Is quidem pro ἀφεγγίας edidit ἀφεγγέας, quemadmodum & ego emendaveram. Verum totum illum locum *εἴρηται δ. ι. α. τ. δύο τοίχους ἀφεγγέας ποιούντων*, nulla interpretatione donavit, ratus credo ἀνερμήνευτον eſſe propter illud ἀφεγγέας, quod viro cl. obſcurum erat. At ἀφεγγής ibi idem quod candidum eſſe, & inter albariariorum voces eſſe referendum, ſupra oſtendimus. In Suidae loco poſſit fort. & ἀφεγγίας retineri, ut ſit accuſativus plur. a recto ſing. ἀφεγγίας declinationis primae: in quem modum plura reperiuntur.

Sed antequam hinc diſcedo, proderit de marmorato verbum unum addere; quod longe aliter hodie paratur, quam olim. Nunc quidem unica & unius generis ſternitur ejus tectorii cruſta, quae ex calce & *marmoris farina* (qua locutione utitur alicubi Plinius) componitur. At olim tribus arenati coriis totidem diverſi generis marmorati coria ſuperinducebantur. Trinam marmorati diverſitatem, marmoris quod ex incerniculis ſecernebatur, diverſitas faciebat. Nam quod furfuris (ut ſic appellem) cribrando redigebatur, id primum ſubſternebatur: ei proxime ſuccedebat ſubtilius, ſed nondum tamen pollen: nam hic poſtremo ſuperinducebatur. Proderit id ex Vitruvio audire. Is lib. VII. initio cap. 6. de foſſitiis marmoris glebis *micas, ut ſalis, perlucidas* habentibus (unde, credo, primum marmorati corium Palladio I. 15. *granum marmoreum* appellatur) differit: qua occaſione tacere non poſſum marmoreae farinae venam ante hos quindecim ferme annos Capuae ad Tifatorum radices detectam, ex qua noſtri *κονιᾶ͂ται* marmoratum permagno compendio componunt. *Quibus autem locis* (ſubdit ille) *hae copiae non ſunt, caementa marmorea . . . pilis ferreis contunduntur, cribriſq. excernuntur . . . pars grandior . . .*

are-

,, Adunque non può dirſi, che l'*Aſcia* foſſe uno ſtrumento de'
,, Muratori, con cui davano l'ultima mano alle mura, e per
,, conſeguente non ſi potè eſſa uſare per indicare terminata
,, una Fabbrica. Oltre di che ſempre torna in campo la pri-
,, ma rifleſſione, cioè che chiunque paſſava, e non era cieco,
,, conoſceva, ſe que' Sepolcri erano imbiancati e perfezionati
,, sì, o nò, ſenza biſogno alcuno d'aggiugnervi l'inſegna
,, dell'*aſcia*, che li faceſſe accorti di queſto. Finalmente in
,, una Iſcrizione ſpettante a Vienna del Delfinato, e rappor-
,, tata dal Grutero alla *facc.* 709. ſi legge: HOC. SAX. SVB.
,, ASC. DED. EST. Anche un ſolo Marmo, poſto per memo-
,, ria di chi era quivi ſepolto, ſi dedicava *ſub aſcia*. Adunque
,, non ſi ſaprà trovar luogo quì a i Sepolcri dealbati, e alle
,, mura imbiancate.

,, 2. In poche parole il Reineſio nella *Claſſe* XII. *num.* 34.
,, delle ſue antiche Iſcrizioni profferì ſulla preſente quiſtione
,, la ſentenza ſua con dire: *Significarunt autem eà* (Aſciâ) *ſe*
,, *Marmorariis, quorum Aſcia & Dolabra* λαξευτικὰ ὄργανα, *fa-*
,, *ciendum locaſſe, hoc eſt ab Inchoato opus curaſſe*. Monſignor
,, Fabretti, uomo dottiſſimo, ma inſieme caldo, e facilmente
,, ſprezzatore altrui, ſi ſcagliò aſpramente alla *facc.* 204.
,, delle ſue antiche Iſcrizioni contra di queſta opinione, chia-
,, mandola la più aſſurda di tutte, perchè l'*Aſcia* e la *Dolabra*
,, non ſono ſtrumenti de' Marmorai. Preſe poi, pochi anni ſo-
,, no, la difeſa del Reineſio il Canonico Aleſſio Simmaco Ma-
,, zocchi, Letterato di rara erudizione fornito, nel ſuo Trat-
,, tato *de Campano Amphitheatro* alla *facc.* 89. Pretende egli,
,, che l'*Aſcia*, che ſi mira ne' Monumenti, foſſe una picciola
,, *Scure*, di cui ſi ſervivano i Marmorai per tagliare e pulire
,, le pietre. E intorno a ciò oſſerva, che nella verſione de i
,, LXX. del *Salmo* 73. *al v.* 6. ſi legge ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤ-
,, ῥαξαν αὐτήν: le quali parole nell'antichiſſima vulgata noſtra
,, ſono latinizzate così: *In ſecuri & Aſcia dejecerunt eam*; di
ma-

arenato (i. e. ſupra ultimum arenati corium) *primum cum calce inducitur; deinde ſequens; ac tertio quae ſubtilior fuerit. Quibus inductis, & diligenti tectoriorum fricatione levigatis, de coloribus ratio habeatur, uti in his perlucentes exprimant ſplendores.*

Verum haec pauca, quae de *Albario & Marmorato* pro tempore huc contuli, virorum eruditorum, praeſertim doctiſſimi Joannis Poleni (a quo ſicuti Frontinum ante aliquot annos mire illuſtratum accepimus, ſic & M. Vitruvium Pollionem nova egregiaque luce perfuſum brevi proditurum exſpectamus) judicio arbitrioque permitto.

,, maniera che *Aſcia* corriſponde al Greco λαξευτήριον, che ſi-
,, gnifica *Ferro de i Tagliapietre*. Mi ſia lecito il dire, ch'io non
,, farei gran capitale di quelle voci per iſciogliere il nodo pro-
,, poſto; perciocchè non è sì facile il moſtrare, che la Greca paro-
,, la ben corriſponda all'Ebraica (133) nè che la Latina rappre-
,, ſenti aſſai acconciamente la Greca. E m' aſtengo io volen-
,, tieri dall'addurne le ragioni, perchè a me baſta di ricorda-
,, re, che ſe ſi pretende l'*aſcia* oſſervata ne' Monumenti per
,, una Specie di *Scure*, o ſia di *Ferro* tagliente, queſta non può
,, convenire a i Marmorai. La *Scure*, o la *Mannaja* per taglia-
,, re, e pulir Marmi, noi non ſappiamo che ſi uſi. Solamen-
te ſi

(133) *Non è sì facile il dimoſtrare, che la Greca parola ben corriſponda all' Ebraica, ne che la Latina rappreſenti acconciamente la Greca*] Horum prius viro docto facile aſſentior. Nam quum כילפות *coelapooth* non alibi, quam heic, in univerſa Scriptura reperiatur; quis veram vocis Hebraicae ſignificationem certo docere poterit? Sed tamen quia Seniorum λαξευτήριον conſentit cum Hieronymi (in hoc Pſalmi loco) *dolatoriis*; donec exſiſtat aliquis qui de eo Hebraico nomine rectiora doceat; non eſt cur interim τὸ *Chelaphoth* aliud fuiſſe quam *aſciam* dicamus. Verum (uti monui ſup. not. 94.) non id agimus, quam recte LXX. Hebraicam vocem expreſſerint; nec id noſtra refert.

Verum quod dubitat, utrum Latinum *Aſcia* τῷ λαξευτηρίῳ lxxvirali examuſſim reſpondeat; id nollem viro docto excidiſſe. Etenim quis ignorat Vulgatam Pſalterii translationem ex Græco Seniorum ita fuiſſe expreſſam, ut interpres ille (quem aevi Apoſtolici plures putant; ego veriſimilius ſaltem alterius ſaeculi fuiſſe dixeram) verbum verbo tanta religione appenderit, ut, dum nequid ex Graeco fonte diſcederet, vitia ſermonis parvipenderet? Certe vel eo nomine Vulgatam veterem Bibliorum interpretationem (utinam non magna ex parte deperditam) plurimi facio; quod philologis eſt perutilis, ac primarias Graecarum vocum plurimarum ſignificationes, non alibi obvias, digito intento commonſtrat. Itaque ſi Graeca ſive Veteris ſive Novi Inſtrumenti cum ea verſione contuleris, Gloſſarium Graecolatinum haud dubie pulcherrimum habebis. Utinam aliquis exſiſteret, qui ex Vet. Italica interpretatione & aliis αὐτολεξεὶ factis (cujuſmodi exſtant librorum Eccleſiaſticorum aliquammultae) lexicon Graecolatinum contexeret. Verum id obiter. Quare non eſt credendum, tantae antiquitatis ac fidei interpretem, aut quid λαξευτήριον ſignificaret, aut quomodo id Latine diceretur, plane ignoraſſe.

Ceterum quando ejus interpretis, in eo, quod profitetur, Graecis Latina appendendi ſtudio, ſive peritia ſive ſinceritas hodie in diſcrimen adducitur: videamus, ſi quo pacto veterum Grammaticorum ſuffragio ei ſuccurramus. Λαξευτήριον (inquit Heſychius, cui lexicographo complures Biblicarum vocum notiones debemus) λιθοτόμον σιδήριον. Ferramentum eſſe ait ad ſcindendos & poliendos lapides. Nec aliud lapicidarum *Aſciam* fuiſſe, declarant Gloſſae Veteres, in quibus *Aciſculatius* (jam enim in Phil. a Turre vidimus, *Aciſculum* Aſciae diminutivum eſſe) exponitur Graece λατόμος. i. e. *lapicida*. Verum de his redibit ſermo in *Curis poſter*.

,, to ſi ſervono eſſi della *Raſpa* per piallare,ed uguagliare la ſu-
,, perficie de' Marmi. ſtrumento troppo diverſo dall' *Aſcia*, di
,, cui parliamo. Oltre di che converrebbe prima provare, che
,, l'*aſcia* ſi miraſſe ne i ſoli Sepolcri fabbricati di Marmo,e pu-
,, liti, e non anche ne i rozzi, e non in quelli di Mattoni ſem-
,, plici,co' quali non ha che fare il Marmorajo.Quanto poſcia
,, al Fabretti, che doppo avere oſſervato vietata da gli antichi
,, *la magnificenza de' Sepolcri*, s'induſſe a ſoſtenere, che l'*Aſcia*
,, dinotaſſe i Sepolcri di ſole pietre cotte, ma con *Arte ſquiſita*
,, di lavoro, *ope, ac miniſterio ſolius Aſciae*: niuno a mio crede-
,, re ſi ſottoſcriverà a sì fatta opinione. Rapporta il Reineſio
,, alla *Claſſe* XII. *num.* 113. un' Iſcrizione di *Laetinius Verus*,
,, che tuttavia eſiſte in Ambournay preſſo il Rodano verſo la
,, Savoja, nel cui fine ſi legge SVB ASCIA DEDICAVIT. Per
,, atteſtato del celebre P.Mabillone queſto medeſimo Sepolcro è
,, fabbricato *ex rudi & impolito Lapide*(cioè Marmo,o Macigno)
,, *ſex pedum cum dimidio longitudinis* &c. Non più che queſto
,, eſempio ci vuole per diſtruggere l' edificio del Fabretti. Ma
,, ſi aggiugne, non aver'egli provato, che l'*aſcia* foſſe ſtrumen-
,, to da Muratore, o ſia da fabbricare, e molto meno con eſſa ſi
,, poteſſero far fabbriche d' eccellente lavoro.
,, 4. Pareva poſcia a me una volta aſſai plauſibile l'opinio-
,, ne dubitativamente propoſta dal poco fa lodato P. Mabillo-
,, ne nella ſua Epiſtola *de cultu Sanctorum ignotorum. Forte*, di-
,, c'egli, *ſollemni illa Sub Aſcia Sepulcrorum dedicatione*, *Diis*
,, *Manibus facta, nihil aliud volebant veteres, quam ut ejuſmodi*
,, *monumenta magis inviolata redderentur ſub poena Aſciae, ſeu*
,, *Capitis, quam violatoribus Sepulcrorum intentarent.* E a que-
,, ſto propoſito m'avviſava io di poter'aggiugnere un paſſo de-
,, gno d'attenzione in Palladio *de Re Ruſtica Lib.* 1. *cap.* 35. che
,, ſembra avere qualche analogia coll' opinione ſuddetta. Ra-
,, giona quell'antico Scrittore *de remediis horti vel agri*, e ſcri-
,, ve fra l'altre coſe: *Contra grandinem multa dicuntur. Pannus*
,, *roſeo mola cooperitur. Item cruentae Secures contra caelum mi-*
,, *naciter levantur.* Ridicolo rimedio,ma che nulladimeno può
,, ſervire a rendere veriſimile l'uſo dell' *aſcia* per far paura a i
,, Violatori, o ſia Guaſtatori de' Sepolcri, i quali non oſtante le
,, Leggi,e le pene,e minaccie,che ſi leggono in varie Iſcrizioni
,, ne' Secoli antichi abbondarono, come s'ha eziandio da varj
,, Epigrammi del Nazianzeno,ch'io diedi alla luce ne' miei A-
,, necdoti Greci. Ho di più oſſervato, ch'in alcune Iſcrizioni il

,, taglio

,, taglio dell'*aſcia* ſta volto all'insù, quaſichè ſi trattaſſe d'im-
,, piegare il bel ſegreto di Palladio per difendere i Sepolcri dal-
,, la Gragnuola. Riflettendo nulladimeno più agiatamente a
,, queſta opinione, m'è convenuto in fine abbandonarla. Per-
,, ciochè ſe aveſſero gli antichi avuta intenzione di far paura a i
,, Violatori de' Sepolcri col minacciar loro la perdita della vi-
,, ta, avrebbono dovuto fare ſcolpire ne' loro Monumenti ſola-
,, mente una vera *Scure*, o *Mannaja* tagliente, quale ſi uſava
,, dalla giuſtizia umana per gaſtigare i rei, e non già un' *aſcia*,
,, la cui figura, ſiccome vedremo, non s'accorda coll'intenzione
,, (134) ſuddetta. Oltre di che non trovo io nelle antiche Iſcri-

,, zioni

(134) Aſciis in noxios animadverſum exiſtimanti Mabillonio, credo impoſuit hoc Coelii Rhodigini (memoriter paſſim multa narrantis) dictum X. 5. *Apud quem* (Tertullianum) *aſcias & runcinas inter inſtrumenta ſaevitiae diligens lector inveniet.* Ceterum Tertull. locus (a Rhodig. ut aſſolet, non indicatus) eſt in Apolog. c. 12., ubi tamen longe alia ſunt omnia. Statuas ibi inſectatur Septimius, quas ut irrideat, eadem omnia eas, ut fiant, pati ab artifice dicit, quae Chriſtiani patiuntur. *Crucibus*, inquit, *& ſtipitib. imponitis Chriſtianos. quod ſimulacrum non prius argilla deformat cruci & ſtipiti ſuperſtructa? in patibulo prius corpus dei veſtri dedicatur. Ungulis deraditis latera Chriſtianorum. at in deos veſtros per omnia membra validius incumbunt ASCIAE & RUNCINAE & ſcobinae. Cervices ponimus. ante plumbum & glutinum & gomphos, ſine capite ſunt dii veſtri.* Plura talia reperies in Minucio c. 23. (*Si in animum quis inducat, tormentis quibus . . ſimulacrum formetur; erubeſcet timere ſe materiam ab artifice, ut Deum faceret, illuſam. Deus enim ligneus . . caeditur, dolatur, runcinatur . .* Tum de aereis, & ſaxeis diis plura) & in Arnobio (*Tornis raſa* [ſimulacra] *deſcobinata limis; ſerris, perforaculis, aſciis, ſecta, dolata, effoſſa; terebrar. excavata vertigine, runcinar. levigata de planis*) ubi in eod. inſtrumento *planam* (unde Italis *pialla*, Neap. *pianozzo*) a *runcina* ſic diſtinxit, fort. ut *plana* (ea & *planula* aevo ſequiore) ſit, quadrangulum lignum, cui ferramentum ad deradendum immittitur; *runcina* ſit ferrum ipſum.

Sed his miſſis: Mabillonium a Muratorii reprehenſione vindicaturo mihi haec ſuccurrebant. I. Feſti *Acierim* ſuſpicabar ab *Aſcia* derivatam, extrito S, ut in *Aciſculus*. *Acieris*, ait Feſtus, *ſecuris aerea, qua in ſacrificiis utuntur ſacerdotes*. At in Gloſſ. Philoxeni *ACIERIS* eſt non *ſecuris*, ſed Ἀξίνη ἱεροφάντου (i. e. *Aſcia*, aut *dolabra ſacerdotis*) ἰὼς Πλαῦτος. Etſi hodie e Planti σωζομένοις ea vox abeſt. Si *Acieri* pecudes mactabantur; poterant & homines. Sed id leve. II. Apud Xiphilinum Caracalla *Papiniani interfectorem increpavit*, ὅτι ΑΞΙΝΗι αὐτὸν, καὶ οὐ ξίφει διεχειρίσατο, *quod eum* ἀξίνῃ (i. e. ſive *aſcia* ſive *dolabra*) *interfeciſſet, non gladio*. Sed verius puto, aevo Xiphilini, ἀξίνην pro *bipenni* aut *ſecuri dolabrata* Palladii uſurpatam, atq. heic Rom. ſecures intelligi. III. Fac Aſciam inidoneam ſupremo ſupplicio fuiſſe: at *dolabra* (quae aevo poſteriore, & in Gloſſis cum *Aſcia* confunditur) erat idonea. Et hactenus levia & incerta. IV. Illud gravius, quod in antiquis lexicis reperitur Σκεπαρνίζω (quod exponunt *ſecuri percutio*: male: quum ſit *Aſcia percutio*) ſed ſine exemplis. In to. V. theſ. H. St. affertur Σκεπαρνίζω, ſed rejicitur lector ad Σκέπαρνον, ubi tamen de verbo nihil. Interim hoc maneat, τὸ Σκεπαρνίζω (niſi ſit forte verbum χειρουργικὸν; vide infra, ubi de *Aſcia chirurgica*) eſſe *Aſcia ferio*. Qui ſcis? Ex cognati ver-

bi-

,, zioni propoſta giammai la perdita della teſta(135)a chi vio-
,, laſſe, o guaſtaſſe i Sepolcri. Sicchè parrebbe omai tempo di
,, conchiudere col P. de Montfaucon, che non è da ſperare la
,, vera intelligenza della formola, *donec aliquod monumentum*
,, *eruatur, quod tam obſcurae rei lucem afferat*. Tuttavia per-
,, chè non ſarà lecito anche a me di proporre l'opinione mia?
,, Se non colpirò, avrò almeno la conſolazione di vantar
,, per compagni tanti Valentuomini, che prima di me hanno
,, tentata queſta impreſa, e ſenza (per quanto io credo) aver-
,, ne diſcifrato l'arcano. Fors'anche appreſterò materiali ad al-
,, tri per formare un migliore edifizio. Convien dunque pri-
,, ma indagare, che ſtrumento foſſe l' *aſcia*, e quale ſpezial-
,, mente quella, che ſi mira ſcolpita negli antichi Monumenti.
,, *Aſcia* (dice S. Iſidoro nel *Lib.* 19. *cap.* 19. *della Orig.*) *ab aſſu-*
,, *lis dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen eſt*
,, *Aſciola. Eſt autem manubrio brevi, ex adverſa parte referens*
,, *vel ſimplicem malleum, aut cavatum, vel bicorne Raſtrum.*
,, Pare, che da queſte parole ſi poſſa ricavare, che l' *Aſcia* foſſe
,, dall'una parte una ſpezie di picciola *Scure*, o *Accetta* (136) che
,, noi quì chiamiamo *Manarino*; e che dall'altra parte il ferro
,, for-

bi Πελεκίζω ſignificatu: de quo ſic reperi apud Euſtathium p. 1531. Ὅτι ΠΕΛΕΚΩ μὲν περὶ ξύλων λέγεται, ΠΕΛΕΚΙΖΩ δὲ περὶ προβάτων. Hoc intereſſe ait, quod πελεκῶ de lignis, πελεκίζω de pecoribus uſurpetur. Ergo idem prorſus & de Σκεπαρνίζω judicium, ut ſit *Aſcia percutio*. V. Age vero, antiquum fuiſſe τὸν Σκεπαρνισμὸν, ex Lycophronis verſu 1105. evincamus.

Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον ἀνθήκτῳ μέσον.

Acuta adactus aſcia calvariam.

Ubi inſcite Tzetzes σκέπαρνον exponit πέλεκυν. Nam in *Cur. poſter.* quantum inter haec duo interſit, ex Homero, & aliis docebitur. VI. Poſtremo, ne ex antiquis tantum hauſiſſe videar; σκεπαρνισμὸν parem reperio in Jo: Cantacuzeni III. 88. ubi de Apocauchi a vinctis interfecti nece: Μετὰ τοῦτο δὲ χρησάμενοι ΣΚΕΠΑΡΝΩι τῶν τὸ δεσμωτήριον οἰκοδομούντων τεκτόνων, ἀπέτεμον αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. *Secundum haec* (poſtquam ſcil. ex ferri inopia lapidibus appetiviſſent, ac fuſte dolaſſent) *arrepta aſcia* (male interpres *bipenni*) *quae carceris aedificatoribus uſui erat, caput illi amputarunt*. Duo haec Lycophronis & Cantacuz. loca, & quid ſit Σκεπαρνίζω oſtendunt; & Mabillonianum σκεπαρνισμὸν in tuto conſtituunt.

(135) Imo non una lege id capitale fuit. Ulpianus l. 3. §. 7. *D. de ſep. viol. Adverſus eos, qui cadavera ſpoliant, praeſides ſeverius intervenire ſolent.. ut ſi armati.. id egerint, etiam capite plectantur, ut D. Sev. reſcripſit; ſi ſine armis, uſq. ad poenam metalli procedunt.* Macer l. 7. eod. t. *Sepulcri violati crimen poteſt dici ad L. Juliam de vi publica pertinere..* Paullus l. 11. eod. *Rei ſepulcror. violator. ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint, humilioris quidem fortunae ſummo ſupplicio adficiuntur, honeſtiores in inſulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallum damnantur.*

(136) Imo *Aſcia* Iſidoriana, qua parte *aſſulas* (in Iſid. *aſtulas*: ſic tunc loquebantur) eximit, nihil commune habet *con l'Accetta*; ſed eſt ipſiſſima *Aſcia* lignaria, vetus nomen apud hos retinens.

,, formaſſe un *Martello*, o pure una ſpecie di *Zappa* curvata, chè
,, i noſtri Falegnami appellano *Zappetto*(137) e i Franzeſi *Her-*
,, *minette*, col manico corto. E che l'*aſcia* foſſe un Ferro dal-
,, l'un lato tagliente, ſi può anche dedurre dal nome di *Azza*,
,, che ſi uſava a' tempi di Dante, e di *Accetta*, che ſi uſa tuttodì
,, in Toſcana, e ſignifica una ſpecie di *Scure*, e di *Hache*, che
,, preſſo i Franzeſi equivale al noſtro *Manarino*. E per queſta
,, cagione il Voſſio ed altri penſano, che il Latino *Aſcia* venga
,, dal Greco ἀξίνη, adoperato, per quanto ſi crede, a dino-
,, tare una picciola *Scure*, o pure la *Dolabra* de' Latini. Per
,, conto poi de i Monumenti, non è la medeſima figura dell'
,, *Aſcia* in tutti. Ne' Marmi Lugdunenſi, e de' contorni, de' quali il
,, Grutero aſſai eſſempli rapporta, eſſa ha la forma di uno *Zap-*
,, *petto* dall'un lato, e di un *Martello* dall'altra. Veggaſi la *facc.*
,, 428.10, e la 518.4. e la 678.6. e la 698.7. e la 801.4. (138)
,, In altre poi non poche ſi oſſerva goffamente ſcolpita, in guiſa
,, nondimeno che chiunque ſapeva i riti di que' tempi, toſto co-
,, noſceva che con que' ſegni ſi voleva rappreſentare un'*Aſcia*.
,, E queſta pare che anche ſi riconoſca col manico lungo nell'
,, Iſcrizione (139) 4. *pag.* 532. del ſudd. Grutero. Ma dell'Aſcia de'
,, Popoli della Gallia ci ha laſciato l'inſigne P. Mabbillon la di-
,, ſtinta figura nell' Epiſtola ſopra mentovata *de cultu Sanct.*
,, *Ignot.* Un' altra ſimile Aſcia vien rapportata da i Chia-
riſſi-

(137) In altera ejuſdem parte non eſt *lo zappetto* (quo nomine intelligit certe aſciae foſſoriam aciem, qua aſſulae eximuntur, uti liquet ex adjuncto *Herminette*) ſed *malleus* aut *ſimplex* aut *capitatus* (ſic enim pro *cavato*, quod nihil eſt, alibi corrigo) qui *malleus* in averſa aſciae parte nunc quoq. in monumentis viſitur. At doctiſs. Muratorius, de Iſidoro heic non optime meritus, aciem aſciae foſſoriam in acutam (qualis in *ſecuri*, ſive *Manarino*: quod *Manarino* fuiſſe veterem *Dextralem*, non vero *Aſciam*, in *Cur. poſter.* oſtendam) refinxit: deinde, adhuc perverſius, in averſa Aſciae parte (ubi Hiſpalenſis *malleum* effinxerat) ibi demum *Aſciam*, ſive *foſſoriam aciem* (quâ unâ ſcil. aſcia ἀσκιοῦται) quaeſivit: ita aſciam in aſciae appendice conſtituit.

(138) Harum inſcript. quas ex Grut. laudat, primam 428.10. v. ſup. in Menet. p. 30. n. XIV. Tertiam 678. 6. v. ſup. in Grut. p. 32. n. 5. Secunda 518.4. & quarta 698.7. habent aſciam, qualis ſup. p. 32. n. 4. Poſtrema 801.4. nec aſciam, nec formulam in Grut. habet: & eſt certe mendoſa citatio.

(139) Inſcriptio Grut. 532.4. (in Luxemburg. regione) ſic habet: AVRELIVS. D. S. P. Sequitur inſtrumentum, quod ex manubrii longitudine, totum marmor adaequante, dolabra mihi certe videtur: cui lignum quadrifidum (credo, vallus) ſubjicitur. Deinde: TER. EXSOMNVS * TER. F. AN. VER * (τὸ TER. fort. eſt praenomen *Tertius*, ut & *Quartus*, *Quintus* &c. deinde EXSOMNIVS eſt gentilitium nomen, aut EXSOMNVS; nam ſunt quae non finiunt in IVS: mox *TERtii Filius ANienſi* tribu, domo *VERona*; niſi ſit cognomen *VERus*, aut *VERinus*) MIL. LEG. XVI * AN. XL. STIP. XVI * H. S. E. Quae ultima plana ſunt.

,, riſſimi PP. della Compagnia di Gesù ne'Giornali di Trevoux
,, al Meſe di Maggio nel 1715. colla ſeguente Iſcrizione ſcoperta
,, in Lione, ſopra la quale diſputarono due eruditi Franzeſi.
,, *D.M.et.memoriae * aeternae.Hylatis * Dymachero.ſive* aſſida-*
,, *rio.P.VII. ru.I * Ermais. coniux * coniugi.Kariſſimo **

,, *P.C. et.S. AS. D ** Queſta dall'un canto ha la Zappa
,, curva e tagliente, dall'altro un Martello (140) Quella del P.
,, Mabillone nell'una parte ci fa vedere la Zappa, nell'altra
,, pare che rappreſenti una picciola Scure. Aggiungo un'Iſcri-
,, zione inviatami dalla Provenza dal dottiſſimo Signor Baro-
,, ne di Monte Seleuco Giuſeppe de Bimard la Ba-
,, ſtie. *D.M* Baebiae Gratinae * Aelia Fortunata**
,, *Mater P.C. ** S'eſſa è così, abbiamo la figura
,, d'un *Manarino*. Paſſando poi all'Italia, il Fa-
,, bretti alla *facc.* 203, rapporta un'Iſcrizione po-
,, ſta a *Salſonia Fortunata* coll'*aſcia* ſimile alla
,, precedente, cioè a foggia di *picciola Scure*, o ſia *Manarino.*
,, E tal figura s'incontra in altre pubblicate dall'Abate Gori sì
,, nell'Iſcrizioni della Toſcana, e sì nella Raccolta del Doni.
,, Una parimente ne aggiungo eſiſtente una volta nel Muſeo
,, di Monſignor Colozio. *D.M* Turiae Quintae fe-*
,, *cit Lar * gius Mercurius. coniugi * B. M.Vix.*
,, *an.xxxx. ſibi. ſuis lib * libertabuſque. poſteriſ-*
,, *que * eorum.** Altre, a Dio piacendo, ne produr-
,, rò nel nuovo Teſoro delle antiche Iſcrizioni,
,, intorno a cui ſto faticando, nelle quali ſi mira
,, dall'una parte la *Zappa* curvata, e dall'altra un po'di figura
,, di *Martello*. Temo io nulladimeno, ch'oltre all'eſſere in
,, molte Lapidi troppo rozzamente ſcolpita l'Aſcia; ne pur
,, tutta quell'eſattezza, che conveniva, ſiaſi uſata da i Racco-
,, glitori delle antiche Iſcrizioni in copiare la forma di tali
,, ſtrumenti ſcolpiti ne'Marmi; e che meno ancora ne abbiano
,, uſato coloro, che le han date alla luce, per riſparmiare a
,, gli Stampatori la ſpeſa di far tanti tagli in rame, o in le-
,, gno. E ne ho una prova in mano. Pregato da me il poco
,, fa lodato Signore Abate Gori d' oſſervare l' originale della

Inter D.& M. eſt haec icon.




Inter D.& M. haec icon.



prima

(140) Mabillonianam vide ſup. pag. 45. (eamdem ex Menetr. correctam pag. 43.) & Trevoltinam pag. 47. at de Hylatis inſcriptione copioſe in notatis ad Montfauc. Poſtremo quod in omnibus ſchematibus reperire ſibi videtur Noſter *la Zappa*; de eo alii judicent.

„ prima Iſcrizione di
„ ſopra, eſiſtente preſ-
„ ſo i Signori Gaddi
„ di Firenze, per ſua
„ gentilezza me ne
„ mandò il ſeguente
„ ſchizzo. Non è diſſomigliante
„ la figura dell'Aſcia in un'
„ altra Iſcrizione, che tutta-
„ via ſi conſerva in Ravenna,
„ e che copiata per uſo mio
„ dal Marmo originale mi fu
„ conſegnata dal Signor Do-
„ menico Vandelli, pubblico
„ Lettore delle Matematiche
„ nell'Univerſità di Modena.
„ Eccola anch'eſſa. Veriſimil-
„ mente queſto Teodoto fu *Nu-*
„ *meri Attiani* (141) *Copiarius*,
„ cioè Soldato di profeſſione.



D. M
M. AVR. THEO
DOT. FIL. Q. V. AN
IIII. M. AVR. THEO
DOT. N̄. ATTIA. N
COP. ET. POPPEI.
SECVNDIN. MAT.
PARENT. FIL. POS.



„ Fi-

(141) *Queſto Teodoto fu* Numeri Attiani Copiarius, *cioè Soldato di profeſſione*] Et hoc quoq. nollem excidiſſe viro doctiſſimo. *Copiarius* (ut hinc exordiar) non eſt miles gregarius (putavit enim a militaribus *copiis* deductum) ſed idem qui *Parochus*. Acron ad Hor. I. ſerm. V. 46. *Parochi Latino vocabulo Copiarii dicti ſunt, quod omnium rerum neceſſariam copiam regum populorumque legatis ſuppeditabant*. Verum haec leviora mittamus. Illud longe gravius, quod clariſſima hujus Theodoti patria tum Montfauconium (qui prior hanc inſcriptionem protulit Diar. Ital. pag. 100. qui etiam inter D. & M. caput pueri, & hinc & inde manum effigiavit) tum etiam noſtrum Muratorium, mox etiam hujus cenſorem Maffejum, amicos meos, fugit. Atqui res ipſa clamitat. Cui paullo in his litteris exercitatiori, ex indicio τοῦ N cum lineola ſuperne, poſt cognomen poſiti, non ſubolet *Natio*? Ineptiſſimus ſim, ſi exempla afferre animum inducam. Vide ſupra pag. 29. Menetr. num. XIII. & paſſim toto Grutero, & aliis collectoribus. Deinde illud NI in fine verſus cur cum ATTIA (a quo interpunctione ſejungitur) & non potius cum COP. junxit? Certe enim *Nicopolis* Theodoti *Natio* ſe prodidiſſet; qui erat *Natione Nicopoli*, uti loquitur titulus. At, inquies, quid illud ATTIA interpoſitum heic facit? ATTIA ſcriptum eſt pro ACTIA. Quid autem ſit ACTIA NICOPOLIS (quod integrum diſerte legitur bis in Peutingeriana tabula, in Antonino, in Ravennate Anonymo; at ex parte in Arcadio ὀρθογράφῳ, Stephano, & aliis) dicam in bene longo αὐτοσχεδίῳ commentario, quod pro re nata, dum in his eſſem, in hunc lapidem conſcripſi. Quod quia in juſti opuſculi molem excreverat, ne nimium diu Cl. Muratorio interfarer, ad hujus epiſtolae finem ſeparatim dabitur. Interim tituli hujus poſſeſſori, quiſquis eſt, magnopere gratulor.

„ Finalmente un'Iſcrizione, „ eſiſtente nella nobil Terra „ di Toſcanella nella Chieſa di S. Maria mi fu inviata dal Signor Sebaſtiano Dini, Amico mio „ dottiſſimo, dove compari-

D M
ELIO SECVNDO
CRITOSOMIS
COI.B.M.P.Q.V.
A. XXXII

Inter D. & M. hæc icon .



„ ſce l'*Aſcia*, che ſembra ſimile alle due precedenti. In tutte e „ tre queſte ultime noi miriamo l'Aſcia dall'un canto tagliente alla guiſa de' Manarini (142) e dall'altro colla figura o di „ *Zappetto*, o di *Piccone*. Poſte queſte premeſſe, quanto più ſi „ rifletterà alla figura delle Aſcie de'Sepolcri antichi, tanto „ più ſi riconoſceranno inſuſſiſtenti le opinioni finora accennate de i Letterati intorno al ſignificato delle medeſime. Biſogna dunque trovare una ſpiegazione che convenga a tutte „ queſte differenti figure, ſieno di *Scure*, o di *Zappa*, o *Zappetto*, „ ovvero di *Piccone*. Dico pertanto ſembrare a me non inveriſimili due Opinioni, l'una già propoſta da altri, e la ſeconda, che verrà propoſta da me. Pierio Valeriano immaginò il primo, che l'*Aſcia* foſſe un ſegno di preghiera, o „ minaccia, affinche il ſepolcro non ſi diſtruggeſſe, o non ſi „ cancellaſſe la memoria del Defunto. Piacque al Signore „ di Valbonais (143) primo Preſidente della Camera de' Conti „ di Granoble queſta medeſima opinione; e leggonſi intorno a „ ciò due ſue Lettere ne'Giornali di Trevoux al Maggio, e „ Giugno del 1715. Egli ſi fonda ſulla credenza, che l'*Aſcia* „ foſſe un *Martello* da Muratore, il qual ſerve non meno per „ fabbricare, che per diſtruggere: e perciò immagina, ch' i „ Popoli della Gallia Narboneſe con gran ſollennità dedicaſſero

(142) Quod in una parte horum trium inſtrumentorum τὸ *Manarino* agnoſcit, ἐπέχω. Quidni enim potius malleum Iſidorianum exhibeat? At in altera parte (ſi de tertio ſchemate agitur) nulla per me mora erit, quin ſit *lo zappetto*, ſive aſcia. Verum in duobus prioribus ſchematibus (ſi recte, aut lapicida, aut qui inde deſcripſit, ea delineavit) non video quo pacto aſcia, aut *lo zappetto* eſſe potuerit. Nam qua parte manubrium ultra ferramentum progreditur, illud certe aſciae uſibus obſiſtebat.

(143) Eſt hoc inter *μνημονικὰ ἁμαρτήματα* (quorum veniam petimuſque damuſque viciſſim) referendum. Non enim Valbonaeſius, ſed *Aenêus* (*M. l'Ainè*) eam tuetur ſententiam, quam heic deſcribit Muratorius; quem *Aeneûm* vide ſupra pag. 49. num. 9. At Valbonaeſius, hac refutata ſententia, in Guichardi caſtra ſe contulit. Lege tertiam Valbonaeſi epiſtolam, praeſertim ſupra pagina. 56. & 57.

,, ſero que' Sepolcri, accompagnando la funzione con gravi
,, imprecazioni contra chi li guaſtaſſe: il che a tutti veni-
,, va ricordato dall'*Aſcia*. Ma ſe altro che queſto non aveſſi-
,, mo, poco capitale potrebbe farſi di sì fatta opinione, per-
,, chè mancante di pruove, e maſſimamente non apparen-
,, do chiaro, che l'Aſcia foſſe un Martello da Muratore. Ma
,, prima del Signore di Valbonais fu inſegnata, e ſoſtenuta
,, l'opinione (144) medeſima da un valentiſſimo noſtro Ita-
,, liano, cioè da Monſignor del Torre Veſcovo d'Adria nelle
,, ſue Memorie dell'antico Anzio, e con recarcene eziandio
,, una plauſibil pruova, alla *facc.*356. cioè due Iſcrizioni
,, d'Aquileja, dove ſi legge: *Si quis hanc Arcam vendere aut*
,, *emere, aut exaciſclare volet, tum poenae nomine* HS. XX.
,, *Reipub. Aquil. dare debebit*. E nell'altra; *Si quis hanc Arcam*
,, *aperuerit, aut exaciſclaverit, & aliut corpus poſuerit, infe-*
,, *ret Fiſco* &c. Come vedremo fra poco, *Aciſculum* fu un di-
,, minutivo d'*Aſcia*; e conoſcendoſi, che quì l'*Exaciſclare*,
,, formato da *Aciſculum*, ſignifica *rompere*, *diſtruggere*; perciò
,, ſembra ben veriſimile, che l'*Aſcia* denotaſſe la preghiera di
,, laſciare intatti que' Sepolcri. E tanto più ſe l'*Aſcia*, come
,, dirò, non fu differente dalla *Dolabra*. Preſſo il Malvaſia ne'
,, Marmi Felſinei alla *facc.*406. ſi vede l'*Aſcia* rappreſentata
,, ancora come un *Martello* (145) da Muratore: coſa che potreb-
,, be ſervire a fortificare queſta opinione. Il perchè io non oſi
,, d'acquetarmi ad eſſa, viene dalla figura delle *Aſce* uſate in
,, Lione, e nelle vicine contrade; la quale, per quanto ve-
,, demmo, ſomiglia un *Zappetto*, e quivi perciò non ſembra
,, ſtrumento da demolire Sepolcri; quando non ſi ammetteſſe,
,, che i Marmorai poteſſero valerſene per cancellare le Iſcri-
,, zioni da i Marmi: il che io laſcerò conſiderare ad altri.

,, 7. L'altra opinione, che è mia, conſiſte in figurarmi,
,, che l'*Aſcia* ſi ſcolpiſſe ne' Sepolcri, e che i Sepolcri ſi dedicaſ-

ſero

(144) Et hoc etiam inter *μνημονικὰ σφάλματα* numerabis. Numquam Philippo a Turre venit in mentem ab *Aeneo* poſtea propoſitam ſententiam tueri. Imo nullam prorſus de *dedic. ſub aſc.* conjecturam propoſuit, qui certe melius aliis poterat. Tantum de eo ſollicitus eſt, quid ſit *arcam exaciſclare*; cujus rei gratia Fabrettiana de Aſcia laudat. Vide eum ſupra pag. 39. & ſeq.

(145) Inſtrumentum inter D. & M. ibi exhibetur perſimile *Aciſculo*, qui ſcalpitur in nummo gentis Valeriae, quem ſupra dedimus, & iterum heic infra depromemus.

,, ſero *Sub Aſcia*, per pregare gli Eredi, o Poſſeſſori del ſito,
,, ove erano i Sepolcri, di tenerli netti da i bronchi, dalle ſpi-
,, ne, e dalle piante, ed erbe incivili, che poteſſero naſcere
,, intorno a i Monumenti, e ſopra la terra, dove l'oſſa, o le
,, ceneri de i Defunti poſavano. A queſto uffizio era atto e pro-
,, prio lo ſtrumento di ferro in qualunque maniera che l'ab-
,, biamo finora veduto, o per tagliare lo ſpinajo e la boſca-
,, glia, che inſorgeſſe in que' ſiti; o per rompere, e troncare
,, le radici delle piante, che ſi credevano infeſtare la quiete de
,, i ſepolti. Parlando dell'*aſcia*, non hanno finora i dotti pen-
,, ſato ad altro, che a quella de' Legnajuoli, e de' Muratori, e
,, fino a quella de' Marmorai. Ma doveano oſſervare, che an-
,, che i Contadini ſi ſervivano dell'*aſcia*; e queſta par quella,
,, onde s'abbia a prendere luce per la tenebroſa quiſtione, che
,, ora trattiamo. Palladio nel *Lib.* 1. *cap.* 43. *de Re Ruſtica*, an-
,, noverando gli ſtrumenti Ruſticali vi mette *Secures ſimplices,*
,, *vel dolabratas*; *Sarculos vel ſimplices, vel bicornes, vel Aſcias*
,, *in aversâ parte referentes Raſtros*. Queſt'ultima voce è ſcor-
,, retta a mio credere, e s'ha da ſcrivere *Roſtrum* (146) cioè *Becco*,
,, per

(146) Non una eſt mihi cauſa, cur viri doctiſs. emendationi, quam ſine vet. libris aggreditur, non ſubſcribam. Si *Roſtrum* ſcripſiſſet Palladius, non dixiſſet *referentes* (i. e. imitantes) ſed *habentes roſtrum*. Res enim ſic ſe habet (ſi probe memini quae Tullius docuit in De Or. ubi de metaphoris) vocum penuria fecit, ut multa aliunde translata, diuturno uſu propria evaſerint. Itaque *gemma* non minus proprie de vite, quam de lapillo dicitur; nec *roſtrum* minus eſt jam κύριον de ἐμβόλοις navium, aut de adunca ferramenti parte, quam de gallina aut porco. En cur Palladius, ſi *Roſtrum* ſcripſerat, ſimul dixiſſet *habentes*, non *referentes*. Nunc in ſuo libro poſuit *referentes raſtros*; quia revera raſtri non erant aſciae illae, ſed tantum in averſa parte raſtros imitabantur.

Interim illud quaero. *Raſtri*, quos Aſcia Palladii in averſa parte imitabatur, erant ne ſarritorii, an dentati ad frangendas glebas? Si prius; jam *aſcia* non ipſa per ſe, ſed in poſtica parte tantum eſt *lo zappetto*. Si alterum; tum vero neutra parte id erat, quod vult ὁ πάνυ, ſed erat (per me licebit) materiariorum, aut ſtructorum aſcia; quae nonnumquam in averſa parte bicornis aut dentata fuit. Ceterum quae ibi Palladius in univerſo ruſtici inſtrumento enumerat, eorum aliqua ſunt aliarum artium peculiaria, quorum uſus etiam ruri nonnullus erat.

Atque unus eſt hic locus, quo Cl. Muratorius probat, *Aſciam* eſſe nonnumquam foſſorium inſtrumentum (nec enim alium ſive a Noſtro heic, ſive a Menetr. aut Auctore *de relig. Gallor.* productum memini) quem locum quoniam videor viro amiciſs. eripuiſſe de manibus; non committam, ut ejus ſententiam a fundamentis ſuffodere voluiſſe videar. Imo in ejus gratiam, iis argumentis, quae nemo inficiari poſſit, oſtendam, revera fuiſſe aſcias ſarritorias.

1 Ac primum in Gloſſis ſic repe-
H 3 rio.

„ per ſignificare la parte curva, e piegata dell'*Aſcia*. Così Co-
„ lumella nel *Lib.* IV. *cap.* 25. deſcrivendo la figura della Falce
„ de i Vignajuoli dice: *Quae pars adunca eſt, Roſtrum appella-*
„ *tur*. Anzi mi figuro io, che di una ſpecie d'*Aſcia* ſi valeſſero
„ anche i Muratori, allorchè aveano da cavare i fondamenti
„ de'loro Edifizj. Oſſervate la ſeguente Iſcrizione, inviata dallo
„ ſtudioſiſſimo Giovane, & Amico mio il Signor Antonio An-
„ tinori Cittadino dell'Aquila. *Aquilae apud Nobb. Alexandros.*

„ M. AVRELIVS. AFRODISVS. AVG. LIB.
„ NOMENCLATOR. SE VIVO AB ASCIA (147)
„ FECIT MONIMENTVM. MVRO. CIN
„ TVM. SIBI. ET. SVIS. ET. AVRELIAE. HEDO
„ NETI. CONIVGI. ET. M. AVRELIO
„ REGINO. AVG. LIB. NOMENCLATORI
„ AB (148) AMISSIONE FILIO. DVLCISSIMO

„ QVI

rio. *Aciſculum*: Σκαφίον ἢ ἤτοι ὀρυξικηπȣρικὴ. Dicit Gloſſographus, *Aciſculum* (quod certe eſt Aſciae diminutivum) ſignificare *ligonem, ſive hortenſem ſarculum.* 2. Adhaec Cangius in Gloſſar. Graec. in Αξινορύγιον (quod male interpretatur *ſecurim ad fodiendum quoque aptam*; quum ſecuris figura ſit ad fodiendum inepta: debuit exponi *aſcia ad fodiendum apta*; & ſaepe monuimus ἀξίνην primaria ſignificatione eſſe *aſciam*) affert ex Heronis παρεκβολαῖς iſta: Δεῖ ἐπιφέρεσθαι τὸν ϛρατηγὸν τζαπία (hae ſunt Italorum *le zappe*: Scholiaſtes Theocr. ad Idyl. IV. 10. Σκαφίον τὸ κοινῶς λεγόμενον τζαπίον h. e. *ligonem vulgo appellatum Tzapion*) καὶ ἀξινορύγια διʼ ἐργασίαν σούδας. *Oportet imperatorem ferre ligones & aſcias foſſorias ad agendas foſſas*. Integer Operis Heronis hujus (qui ſub Heraclio vixiſſe Lambecio dicitur.) titulus eſt παρεκβολαὶ ἐκ τῶν ϛρατηγικῶν παρατάξεων. h. e. *Excerpta Tactices*. Poſtremo Euſtathius ad. Il. B. p. 217. ait, σκαφίον eſſe ἀξινάριον aut δίκελλαν.

Fuit igitur genus Aſciae ſarritoriae. Verum utrum ea, quae in monumentis ſcalpitur idonea fuerit foſſorum uſibus; ex brevitate manubrii, & roſtrorum inepta aduncitate aeſtimari poterit.

(147) Non poterat Muratorio pulchrius, non frugis melioris elogium ab eruditiſs. mihiq. amiciſs. Antinorio ſubmitti; cui juxta cum harum cupediarum amantibus habeo gratiam. Ad rem quod attinet: Nemo dubitabit, quin AB ASCIA tantundem ſit, quod *A fundamentis*. Verum illud quaero, quid ſit iſtuc *A fundamentis*. Si vox *a fundamentis* deſignat, quod vult Muratorius, *humi egeſtionem adminiculo aſciae*; inepte uſurparunt veteres ἥρωες iſtas, *Fundamenta jacere, ponere, ſubſtruere, locare*, & *fundamenta caementitia* &c. qui debuiſſent potius dicere *fundamenta eruere. egerere* &c. Nunc *fundare* & *fundamenta jacere* ſtructorum locutiones ſunt, non foſſorum. At quia *Aſcia* praecipuum erat ſtructorum inſtrumentum; ideo AB ASCIA tantundem eſt, quod a primo aſciae uſu, quum prima ſubſtruuntur fundamenta.

(148) AB. AMISSIONE. *Nomenclator ab amiſſione* nihil eſt. Nolo heic, ut correctionem meam apud lectorem commendem, ei verborum ambagibus aviditatem facere. Ergo aut ſcripſit lapicida AB ADMISSIONE, deinde extrito D, dumtaxat ſu-

per-

„ QVI VIXIT ANNIS XXIII. MENSIBVS. XI.
„ ET. LIBERTIS. LIBERTARVSQVE. POS
„ TERISQVE. EORVM. MONIMENTVS
„ IN. AG. P. XV. IN F. P. X. AB. ANTE. LON.
„ P. XIS. (149) LATV P. XIIIS

„ Quì

perſuit AMISSIONE : aut vero (ſi modo nullum eſt in lapide inter A & M litterulae veſtigium aut ſpatium) errante ſcalpro AMISSIONE pro ADMISSIONE poſitum fuit. Poſſit & hoc aliquis tueri, ſic trivium loqui conſueviſſe, ut *Amitto* pro *Admitto*, & *Amiſſionem* pro *Admiſſione* dicerent: quae ſunt vitia ſermonis ἰδιωτικοῦ.

At interim certum eſt, contineri in hoc nuclei pleno epigrammate novum Auguſtae domus officium, antea ignotum. Nam ad *nomenclatores* (ſive *nomenculatores*: utrumq. enim in ſaxis & vet.Gloſ. reperitur) quod attinet; eorum pleni ſunt lapidum tituli, plenae ſcriptorum paginae: ſicut & *primae*, *ſecundae*, *tertiae admiſſionis amicorum*, de quibus videantur Seneca de Benef. VI. 33. Lampridius in Alex. Sev. c. 20. & alii, & qui ad eos ſcriptores ſunt commentati. At NOMENCLATOR AB ADMISSIONE nondum innotuerat. Atqui *Admiſſionales* jam noſcebantur, ſicut & *Admiſſionum magiſter*. Inter quos hoc puto interfuiſſe, quod hic longe majoris dignationis eſſet, ut qui admiſſionalibus praeeſſet, qualis hodie in Rom. Curia eſt *Il Maeſtro di Camera*: quum contra illi reſponderent *agli Ajutanti di camera*, qui ad velum adſtare ſolent. De admiſſionum magiſtro Ammianus XV. 5. *Per admiſſionum Magiſtrum (qui mos eſt honoratior) accito eodem* (Urſicino) *ingreſſo conſiſtorium oſfertur purpura*. At admiſſionalium mentio fit in Alex. Severo Lampridii cap. 4. ubi hoc de hujus Principis comitate inter cetera ſpecimen proditur, quod *Salutaretur.. quaſi unus de Senatoribus patente velo, ADMISSIONALIBVS remotis*. Eorundem mentio eſt in Veſpaſiano Suetonii cap. 14. *Trepidum eum* (Veſpaſianum) *interdicta* (ſibi) *aula ſub Nerone, quaerentemque quidnam ageret, aut quo abiret, quidam EX OFFICIO ADMISSIONIS*, (*Phoebum* hunc appellat Xiphilinus, quod nomen ſervi aut libertini eſt; & *officii* vox ſatis vile munus deſignat) *ſimul expellens, ABIRE MORBONIAM juſſerat* (Xiphil. ἐς κόρακας: Latini dicebant *in malam crucem*: at hic libertus ſatis falſe *morbo*, civitatis aut provinciae deſinentiam tribuit) *In hunc poſtea deprecantem haud ultra verba excanduit, & quidem totidem fere atque eadem*. Firmicus VIII. 14. *Aut fient domus regiae janitores, vel tale illis officium deputabitur, ut iis in palatio ADMITTENDI, vel ſalutandi officia credantur*.

Atque hi demum ſunt *admiſſionales*; qui utrum omnes ſimul etiam *nomenclatores ab admiſſione* eſſent, ac dicerentur, non ſatis habeo dicere. Veriſimilius puto, fuiſſe in *Admiſſionalium ſchola* unum aut plures, qui nomina ſalutantium ederent *Magiſtro admiſſionum*; cujus demum erat ſuum cuique pro gradu honorem habere.

(149) MONIMENTVS. IN. AG. P. XV. IN. F. P. X. AB. ANTE. LON. P. XIS. LATV. P. XIIIS. i. e. *Monimentus* (pro *monimentum*) *in agro pedes XV. in fronte pedes X. ab ante longus pedes XI ſemis, latus pedes XIII ſemis*. Sane ut cetera hujus tituli ſatis feliciter expedivimus; ſic vellem & heic ſatis facere. Nemo dubitat, quin *in fronte*, & *in agro* tantumdem ſit, quod *ab ante & retro*, aut quod *longum & latum*; tot enim modis, imo & aliis, quouſque ſepulcri religio pertineret, enotabatur: de quo nonnulla jam praedi-

ximus ſup. p. 83. not. 102. At in hac epigraphe quid ſibi hoc vult, quod bis monimenti pedatura notatur, & quidem diverſis dimenſionibus? Nam primo *in fronte* ſunt X. *in agro* XV; deinde *ab ante* XI. *ſemis*, retro XIII. *ſemis*. Hoc ſane aenigma aliis ſolvendum relinquo. Interim, ne ſi nihil dicam detrectaſſe operam amiciſſimo Antinorio videar, dicam quid venerit in mentem. Nulli dubium, quin hoc monumentum recens fuerit, & (ut loquitur lapis) *ab aſcia factum*. Sane autem crediderim cippum hunc inſcriptum fuiſſe tum, cum *Reginus* filius illatus fuit, & antequam monimenti pedatura muro cincta fuiſſet (nam erat quum cippis, erat quum maceria, aut muro ea ſepiretur) cui pedaturae deſtinaverat quidem Aphrodiſius pater rotundas dimenſiones X. & XV. Deinde vero quia, ubi ad ſtruendum murum illum ventum fuit, apparuit iis dimenſionibus nimis anxie obſervatis turpiter denormari agellum, aut quod aliud ſequi incommodum; putavit Aphrodiſius, poſſe ſe a deſtinatis dimenſionibus recedere, maxime ſi quantum ex una dimenſione decederet, tantum alteri accederet. Nam XIS. cum XIIIS. aeque ſunt XXV. ac X. cum XV. Praeſertim quum in poſteriore pedatura (quippe propius ad quadratum accedente) plus aliquanto eſſet areae, quam in priore; nam ex figuris rectangulis iſoperimetris quadratum eſt omnium capaciſſimum; tum porro eae ſunt ſemper aliis capaciores, quae propius ad quadratum accedunt. Itaque quum in priore pedatura X. ducta in XV. efficiant tantum CL.: in poſteriore contra ex XIS. & XIIIS. in ſe ductis conſiunt CLV. cum quadrante. Satis ergo ſe feciſſe religioni putavit pater, ſi dum termini aliter ponuntur, ac praedixerat; tamen non modo eadem, verum etiam laxiora ſpatia exſiſterent. Sane magnum huic conjecturae robur accedit ex eo, quod priores numeri rotundi ſunt, poſteriores non item. Nam inde apparet, priores fuiſſe animo deſtinatos tum, quum ſcalptus eſt titulus: poſteriores re & facto impletos quũ ductus eſt murus.

At poſtquam ſecundum poſteriores numeros murus eſt circumductus; etiam titulus corrigendus fuit, ac vera dimenſio adnotanda. Alius locupletior ab integro in novo marmore titulum incidiſſet (quis autem ſcit, an non & id factum? & an non alius in hujus locum ſepulcro affixus fuerit; hic vero, ne cui fraudi eſſet, tantum correctus?) at Aphrodiſius ſatis habuit veram pedaturae dimenſionem ſubtexuiſſe. At cur, inquis, prius illud IN. AG. P. XV. &c. non induxit? Non id neceſſe fuit; quia poſterioribus tantum numeris fides habebatur. Ceterum omninoſum, opinor, habebatur aliquid in elogio eradere; quia eorum, qui hoſtes reip. judicati eſſent, nomina de titulis eradebantur. Eo fort. factum fuit, ut ſatis habuerit Aphrodiſius poſteriorem pedaturae rationem adnotare, per quam priori derogabatur. Memini me lapides vidiſſe, in quibus recentiore manu aliud additum fuit; ſed nihil tamen habent cum hoc commune. Sed tamen noſtri Antinorii erit iterum lapidem inviſere, ac ſtatuere utrum illud AB ANTE uſque ad finem praebeat indicia poſterioris ſcalpturae: id quod meam opinionem confirmaret. Nec tamen, ſi nullum eſt tale indicium, ullum conjecturae periculum imminebit.

Equidem ſic conjeceram. Verum quum plagula haec, ultimam typothetae manum jam experta, prelo ſubjicienda eſſet; ecce tibi novam ab inſcriptione Fabrettiana, caſu mihi obvia, lucem. Ea eſt pag. 53. n. 309. in cujus fine pedatura ſic adnotatur. IN. FROTE. (ſic) P. M. (*plus minus*) XVI. IN. LATVS. P. XVI. ITEM. IN. LATVS. IN. VIA. ARDEATINA. RESPICIENTE. LONGV. PEDES. P. M. (*plus minus*) XXIIII. ET. LATV. PEDES. X. Heic vero quominus duplex eaque diverſa pedatura ſit, impedit illud ITEM. Quid ergo ſibi vult? Iſtud non rectangulum fuit, quod duorum tantum


tum

„ Quì altro non ſembra che ſia *Ab Aſcia*, ſe non quello, ch'in
„ altre Iſcrizioni ſi legge colle fraſi di *A Fundamentis*, ovvero
„ *A ſolo fecit*. Aggiungaſi, che gli antichi *Foſſori*, o ſia *Cava-*
„ *tori* Criſtiani, da' quali furono fatti ne'contorni di Roma
„ que'maraviglioſi ſotterranei edifizj, che *Catacombe* s'appella-
„ no, adoperavano uno ſtrumento ſimile all'*Aſcia* finquì da
„ me deſcritta, cioè d'un Ferro tagliente a guiſa di *Scure*, o
„ pure d'un Martello dall'una parte, e di un *Piccone* dall'altra.
„ Miratene la figura nel *Lib.* IV. *cap.* 14. *facc.* 101. della Roma
„ Sotterranea dell' Aringhio (150) e un'altra nel *Lib.* IV. *cap.*
„ 37. *facc.* 283. Scorgerete anche la ſteſſiſſima forma dell'*Aſcie*
„ noſtre nel *Lib.* IV. *cap.* 49. *facc.* 687. ſervendo tutto ciò a far-
„ ci conoſcere, che non era ſola de' Falegnami l'*Aſcia*, ma ſer-
„ viva ancora a i Coltivatori della campagna, e a i Cavatori
„ del terreno. Anzi può eſſere, che paſſaſſe poca differenza fra la
„ *Dolabra*, e l'*Aſcia*, ſe pure non era lo ſteſſo (151) ſtrumento,
„ chiamato *Dolabra* in Roma (152) ed *Aſcia* in altri paeſi. Ado-

pe-

tum laterum dimenſionibus enotaſſe ſatis erat, ſed trapezium; quod quadruplici laterum dimenſione definiendum fuit. Idem plane de Antinorianae inſcriptionis pedatura ſtatuendum puto. Idemque de aliis, ſiquae forte erunt cum quaternis dimenſionibus notatae.

(150) Ex Aringhi ſchematibus duo priora pag. 101. & 283. non dubito quin dolabrae fuerint (ſunt enim non diſſimiles dolabrae illi, quae mox in DOLABRARii titulo exhibebitur) at poſtremum (in quo citando Muratorii operae typographicae aberrarunt ; reperitur enim revera lib. VI. pag. 678.) quod duplex hinc atq. inde conſpicitur, propter manubrii brevitatem aſciae mihi videtur, quam dolabrae ſimilius. Utrumque heic junctim



exhibui. At interim hinc falſum deprehenditur id, quod ſup. initio pag. 46. apud Mabillonium legitur, *Aſciae inſtrumentum ſolis paganorum tumulis appoſitum fuiſſe*. Nam Aringhianam inſcriptionem certe Chriſtianam eſſe, conſtat non ex eo ſolum, quia in coemeterio Priſcillae detecta fuit; verum etiam quia duae, hinc atque inde, columbae cum olivae ramis, & inferne piſcis adpingitur: quae ſunt Chriſtianorum ſymbola. Inſcriptio vero ſic habet: IVLIANO * QVI VIXIT * ANNIS VI * MENSIBVS IIII. Verum praeſtare non audeo, aſciae figuram id ipſum in Chriſtianorum tumulis, quod in Ethnicorum, ſignificaſſe.

(151) Et ſi non nego affinia inſtrumenta fuiſſe, ac fort. nonnumquam unum cum altero confuſum: at plane eadem fuiſſe nego. Palladius lib. 1. tit. 43. inter dolabras & aſcias diſtinxit: item diſtinxit & Iſidorus in XIX. orig. 19. Schema quod mox ex celebri inſcriptione DOLABRARii oculis ſubjicietur, non idem plane eſt, ac quas exhibuimus aſcias. Ut cetera taceam, manubrium in dolabra praelongius erat, quippe quae utraque manu librari ſoleret, ad exſcindendas ſylvas; ad ſubruendas portas, aedificia &c.

(152) Romae ſcriptum eſt in XII. *Rogum aſcia ne polito*: Romae ſcripſit Vitruvius, qui aſciae tum calca-

riae,

,, peravano i Legnajuoli la *Dolabra*; ma la *Dolabra* loro particolare uſavano anche gli Agricoltori, e chi volea cavar terreno. Columella nel *Lib.* 11. *cap.*2. così ſcrive. *Nec minus Dolabrâ, quàm Vomere bubulcus utatur, & præfractas ſtirpes, ſummaſque radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnes refodiat ac perſequatur.* E nel *Lib.* 111. *Quae falce amputari non poſſunt, acutâ Dolabrâ abradito.* Ponete mente all'impiego della *Dolabra* contadineſca. Con eſſa ſi nettava il terreno, ſi ſterpavano le radici, che l'imbrogliavano: al che, ſiccome diſſi, era deſtinata anche l'*Aſcia*. E ſe a voi piaceſſe di mirare la figura della *Dolabra* ſteſſa, vi ſoddisfarò col produrre un'Iſcrizione, che ſi conſerva preſſo i nobili Conti Savorgnani nel territorio d'Aquileja. La riconoſco io dall'amico genio del Signor Gian-Domenico Bertoli Canonico d'Aquileja, egregio Raccoglitore di tutte le antichità di quella contrada, che illuſtrate da lui uſciranno un giorno alla luce. La *Dolabra*(153) che coſtui tiene in iſpalla, ſomiglia affatto la *Dolabra* de' Foſſori, e non poco l'*aſcia* d'alcuni Sepolcri Italiani. Noi per altro ſappiamo, che i Soldati adoperarono la *Dolabra* per tagliar' Alberi, per cavar terreno, e formare, o pure ſpianare il Vallo.

TI . CLAVDIVS
TI . CLAVDI
EPAPHRODITIAN
VET. LEG. VII. CL.P.F(154)
PILASTILVS
DOLABRAR. COL.FAB
VIVOS.FECIT.SIBI.ET
IVLIAE DIONISYADI
BENE . MERENTI

riae, tum etiam lignariae meminit. *Sumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur*(aſcia ſcil.) *ſic* &c. Romae quoque ſcripſit Plinius; qui tamen VII. 56. ait, *Fabricam materiariam* inveniſſe Daedalum, *& in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum* &c. Et XVI. 40. de tilia dixit: *citiſsime aſcias retundit.*


(153) En ſchema dolabrae, quam humero innixam gerit ille



Ti. Claud. Dolabrarius Collegii Fabrum; qui in ſiniſtro inſcriptionis latere ſcalptus viſitur. Sane manubrium in ea dolabra paullo eſt longius, quam heic exhibetur: contra heic inferior ferramenti pars paullo longius ab artifice exporrecta fuit, quam in dolabrarii illius figura. Inſcriptio ipſa edita jam antea fuerat in Italicis Diariis. Tomum non memini.

(154) Notae illae CL. P. F. ſignificant *Claudiae Piae Fidelis*, aut *Felicis*. At ſi ſic interpretamur; neſcietur utrum iſte Pilaſtilus Epaphroditiani *filius* an *libertus* fuerit; quum deſit F. *filius*, deſit L. *libertus*. Itaque (niſi in marmore detri-

„ lo. Lo ſteſſo praticavano i Contadini. *Semper circa erus Do-*
„ *labella movenda eſt terra*: ſono parole del ſuddetto Columel-
„ la *Lib.* IV. *cap.* 14. *Dolabella* è una picciola *Dolabra*. Però ſa-
„ rebbe da vedere, ſe allorchè Plauto dice nell'Aſinaria *Act.* II.
„ *Sc.* II. *v.* 93. *Jam hoc opus eſt exaſciatum*, cioè *abbozzato roz-*
„ *zamente*, ſi debba tal fraſe riferire all'*Aſcia* de' Falegnami, o
„ pure a quella de' Fabbricatori (155) ovvero degli Agricoltori, i
„ quali volendo ridurre a coltura qualche terreno incolto, gli
„ davano la prima mano con *isboſcarlo*: dalla qual funzione è
„ poi venuto a mio eredere l'*Esbaucher* de' Franzeſi, e il noſtro
„ *Sbozzare*, *Abbozzare*. Il voler dedurre dall'*Aſcia* de' Legna-
„ juoli queſta fraſe non ſi accorda col *Rogum Aſcia ne polito*.
„ Quì ſi parla di coſa incominciata, e roz-
„ za, e non già di perfezionata e pulita. Fi-
„ nalmente per iſcorgere, che la *Dola-*
„ *bra* non era diverſa dall'*Aſcia*, conviene
„ por mente a una Medaglia della Famiglia
„ Valeria, già pubblicata dal Patino nel Li-
„ bro delle Famiglie Romane dell' Orſi-
„ no, dove ſi mira la figura ſteſſa della



„ *Dola-*

detritum ſit alterum F. aut L. quod ſive *fil.* ſive *lib.* deſignet) illud F. interpretor *Filius*; itaque ſic legerim: *Ti. Claudius Pilaſtilus Ti. Claudj Epaphroditiani veterani legionis VII. Piae filius*, *dolabrarius Collegii Fabrum* &c. Duplex F ſcalpendum erat. At artifex ſive errore (qui in amanuenſibus in iterandis eſt obvius) ſive conſilio unum incidit. Cognomen PILASTILVS vox eſt hibrida ex *Pila* Lat. & στύλος: quae duo tamen idem ſignificant.

(155) Illud Plauti *Jam hoc opus eſt exaſciatum* commiſit inter ſe eruditos viros, ſed ita ut majorem partem *exaſciare* pro *perficere* acceperint. Vide Gutherii extrema verba ſup. pag. 16. qui ab albario, cui aſcia ultimam dari manum credidit, id translatum voluit. Male. At Acidalius, ratus quidem *Exaſcio* eſſe *perficio*, ſed tamen in Plauto non eſſe operis perfecti ſignificantiam, emendavit *exaſciandum* (quod & Pareus audacter in textum recepit) aut vero *exaſciato*. Sed vera eſt Taubmanni ſententia, a Comico notari opus ruditer informatum. Qui, vellem, translationis hujus cauſam attuliſſet. At origo metaphorae a Cl. Muratorio excogitata (vel ſi largiar, *aſciam* habuiſſe uſum, quem ei tribuit; cujus rei probationes adhuc exſpectamus) eſt, ſi non aliud, longiſſime petita: nec τὸ *sboſcare* quidquam commune habet cum *esbaucher*, aut cum τῷ *abbozzare*. Ergo *exaſcio* pro *ruditer deformo* petitum eſt ab *aſcia* lignaria, quae ſola, ut alibi dicam, antiquitus noſcebatur. Nam aſcia primum ligna praeparabantur; dum ejus ictibus abnormes extuberationes amputabantur: deinde runcinarum lapſibus, poſtremo & ſcobillae, eadem perpoliebantur. De quo vide illuſtrem Tert. locum Apol. c. 12. recitatum a me ſup. not. 135. Quod Noſter addit de *Rogum aſcia ne polito*: vetatur ea lege aſciae miniſterium; magis adeo runcinae & ſcobillae.

,, (156) *Dolabra* teſte recata, e colle parole intorno ACI-
,, SCULUS, cioè *picciola Aſcia*; Così nelle Chioſe d' Iſidoro
,, ſi legge *Aſciculus*, *Aſciola*, *Dolabra*. Forſe dovrà dire
,, *Aciſculus*.

,, 8. Ora baſtar potrebbe a rendere veriſſimile l'opinione
,, propoſta intorno all'*Aſcia* ſepolcrale, lo ſcorgere, che tutte
,, le diverſe figure d'eſſa s'accordano coll'impiego, che le ſi
,, può attribuire, cioè di tagliare le ſpine, macchie, e boſca-
,, glie, che poteſſero infeſtare i Sepolcri. Contuttociò ne re-
,, cherò anche una riguardevol pruova, cioè un' Iſcrizione
,, trovata nello ſcavare le foſſe della Città di Modena verſo il
,, baſtione di S. Pietro, e rapportata (ha già anni 70.) da Lo-
,, dovico Vedriani nel *Tomo* 1. delle Storie di Modena. *Salluſtiae**
,, *Aphrodite* Congidius L. F* conjugi bene* merenti cum qua*
,, *Vixit annis XXVII.* menſibus VIII. diebus VI.* Quod viva*
,, *merui moriens quod et ipſa rognvi* coniugis hoc moeſti red-*
,, *didit ecce fides* ſit licet infernae noctis triſtiſſimus horror**
,, *me tamen illius credo tacere toris** (hic deeſt hexameter) *te*
,, *pie poſſeſſor ſive colone precor* ne patiare meis tumulis incre-*
,, *ſcere ſilvas* ſic tibi dona Ceres larga d.t et Bromius** Non è
,, molto differente queſt'altra, che nell' Anno 1710. fu trovata
,, *Nemauſi*, o ſia in *Niſmes*, e pubblicata dal Sallengre, e po-
,, ſcia dal ſopralodato Marcheſe Maffei nella ſteſſa lettera a me
,, indirizzata. D. M* C. VIBI LICINIANI* ANN. XVI. M.
,, VI* C. VIBIVS* AGATHOPVS. ET* LICINIA. NOMAS*
,, FILIO. OPTIMO. PIISSIMO*
,, ΑΝΘΕΑ ΠΟΛΛΑ ΤΕΝΟΙΤΟ (157) ΝΕΟΔΜΗΤω ΕΠΙ ΤΥΜΒω
,, ΜΗ Β ΤΟC ΑΥΧΜΗΡΗ ΜΗ ΚΑΚΟΝ ΑΙΓΕΠΥΡΟΝ
,, ΑΛΛ ΙΑ ΚΑΙ CΑΜΨΥΧΑ Κ Ι ΥΔΑΤΙΝΗ Ν ΡΚΙ ΟC
,, ΟΥΕΙΒΙΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ CΟΥ ΠΑΝΤΑ ΓΕΝΟΙΤΟ ΡΟΔΑ

,, *Flores*

(156) In eo nummo non eſt dolabra (quae, uti ſup. not. 150. & 151. demonſtravi, longiore manubrio inſtruebatur, ut utraque manu librari poſſet) ſed *aciſculus*, h. e. ex una parte *aſciola*, ex altera *marculus*.

(157) Priori huic diſticho tria inſident menda typographica (nam ΓΕΝΟΙΤΟ [illegible]endum, & ΝΕΟΔΜΗΤω, & ΑΙΓΙΠΥΤΡΟΝ) quae ſecundo retinui, quia ad ea ſpectavit Cl. Maffeius in ope ſui Antirrhetici, quem productum imus. At quod ibi Maffeius quatuor errores accuſat; quartum adhuc quaero. Niſi in interpretatione quartus eſt error quaerendus, in qua *mirum negi-pyrus* pro *mala aegipyrus* ponitur. At interim quis ab hoc genere mendorum [illegible] atque immunem praeſtabit? Ecce illud *Vibie* pro *Vibi* non tantum Pariſienſis Maffeianae epiſtolae typographus, verum etiam Veronenſis in ejuſdem Antirrhetico admiſit non minus quam in Muratorio Romanus editor. Verum haec diſſimulanda Cl. Maffeio fuerunt.

„ *Flores multi ſint ſuper tumulo recens excitato,*
„ *Non rubus horridus, non malus aegipyrus.*
„ *Sed violae, & amaraci, & narciſſus aquatilis.*
„ *Vibie, circa te ſint omnia Roſae.*
„ Ed ecco la premura, ch'aveano gli antichi, perchè ſi teneſ-
„ ſero netti i loro Sepolcri dall'inſulto delle ſpine, e boſcaglie,
„ che a poco a poco vi poteano creſcere intorno, ſe erano Se-
„ polcri elevati, o pur ſopra, ſe erano ſotterra. Cicerone nel
„ *Lib.* IV. delle Tuſculane ſcrive d' avere cercato in Siracuſa il
„ Sepolcro d'Archimede; e non ſapendoglielo inſegnare i Si-
„ racuſani, egli lo trovò; e in che maniera, cel dirà egli,
„ *Cujus ego* (così ſcrive) *Quaeſtor ignoratum a Syracuſanis,*
„ *quum eſſe omnino negarent, ſeptum undique & veſtitum ve-*
„ *pribus, & dumetis indagavi Sepulcrum.* Aggiugne d' aver
„ fatto nettare quel ſito. *Immiſſi cum falcibus multi purgarunt*
„ *& aperuerunt locum.* E però furono ſolleciti una volta co-
„ loro, che poteano, di deputar perſone, che doppo la lo-
„ ro morte aveſſero cura e cuſtodia de' loro Monumenti; e
„ fra queſte diligenze, come ſcrive Jacopo Guthier nel *Lib.* II.
„ *cap.* 31. *de Jure Manium*, quella ancora v'entrava, *qua Mo-*
„ *numenta vepribus diligenter purgabantur.* Ma chi non po-
„ tea tanto, almeno col ſegno dell' *Aſcia* ſcolpito nel ceppo o
„ ſaſſo ſepolcrale, raccomandava a i poſteri di andare nettan-
„ do il Sepolcro col taglio di quelle piante o ſpineti importu-
„ ni, che vi naſceſſero, e con iſtirparne le radici. *Terra ne-*
„ *glecta ſentes & dumos creat*, diceva Quintiliano. E conſide-
„ rando l'*Aſcia* anche ſolamente come una ſpecie di *Zappa*,
„ o ſia di *Ligone*, come dicevano i Latini (che queſta ſuol
„ comparire più frequentemente nelle Iſcrizioni della Gallia
„ Narbonefe) baſtava eſſa a nettare il terreno. *Purgare ligo-*
„ *nibus arva*; lo diſſe ancora Ovidio. Naſceva poi queſta pre-
„ mura degli antichi, per quanto io mi ſo a credere, da due
„ cagioni. L'una perchè non ſi aſcondeſſe al guardo de' paſſag-
„ gieri la memoria de' loro Sepolcri, ſe ſopra o intorno d'eſſi
„ creſceſſe la macchia; non eſſendoſi fatte anticamente, nè
„ facendoſi tuttavia quelle memorie, ſe non per avviſar la
„ gente, che quivi è ſepellito un tale. L' altra più univerſa-
„ le, perchè nudrivano una quaſi direi ridicoloſa opinione,
„ cioè che patiſſero l' Anime loro nell' altro Mondo, ſe nel
„ noſtro la Terra peſava ſopra le loro oſſa o ceneri. Perciò
„ fre-

,, frequente ſi truova nelle Iſcrizioni della Spagna, e non po-
,, che volte in quelle della Gallia ed Italia, la formola *Sit tibi*
,, *terra levis*; e il raccomandarſi alla Terra, che non foſſe
,, grave all'oſſa de i defunti. *Tellus huic tumulo ne gravis eſſe*
,, *velis*. A queſto propoſito è degno di luce un' Epitaffio di
,, quattro verſi, che leggeſi in un Marmo poſſeduto in Roma
,, dal Chiariſs. Signore Franceſco de Ficoroni, e che da lui ſteſſo
,, fu a me communicato. *D. M* * *Titius hic ſitus eſt* * *Iuli Baſsi*
,, *Baſsianus* * *annos qui vix. x* * *et*. XIIII. (158) *ſoles* * *quem quo-*
,, *niam* * *Manes. ut. alumnum* * *Di. rapuerunt* * *nec. calcare.*
,, *velis* * *nec. grabis. eſſe. loco* * Pregavano in oltre chiunque
,, paſſava preſſo al Sepolcro di dire le parole ſuddette per ri-
,, poſo di chi ivi era ſotterrato. Nel Teſoro Gruteriano alla *facc.*
,, 977. 13. ſi legge; *Oro ut praeteriens dicas ſit tibi Terra levis.*
,, Tralaſcio altri Marmi, dove ſi legge la ſteſſa preghiera. Però
,, imbevuta di queſto primo principio l' antica gente Pagana,
,, non è maraviglia, ſe miraſſe di mal' occhio il ſorgere ſopra
,, i loro Sepolcri la boſcaglia, e ſe ne bramaſſero l'eſtirpazione,
,, e ne eſponeſſero a tal fine una preghiera coll' inſegna dell'
,, *aſcia*, cioè di uno ſtrumento deſtinato a queſto impiego. Anzi
,, tanto ſtava loro a cuore il deſiderio, che nulla gravitaſſe ſo-
,, pra le loro oſſa, che non potendo, o non ſapendo eſentarſi dal
,, metter' ivi qualche Ceppo, Ara, o vogliam dire il Marmo, ſu
,, cui ſtava inciſa la memoria del Defunto, pregavano poi que-
,, ſto Marmo di peſar poco ſopra il loro Sepolcro. *Te lapis obte-*
,, *ſtor, levis ut ſuper oſſa quieſcas*: ſta ſcolpito in una Iſcrizio-
,, ne del Grutero alla *facc*. 685. 3. E queſt'altri due verſi alla *facc.*
,, 984.

(158) *Annos qui vixit X. & XIIII. ſoles*] Ideſt *annos X. dies XIIII.* Mira locutio. Laudarem, ſi in verſu ea circumlocutione uſus eſſet. Nunc inter tres verſus, hoc mera proſa decurrit. Dicam, quid ſuſpicer. Poetae noſtro, qui operam ſuam heredi locaverat, poſtquam tres verſus feliciter proceſſerant; in illo ſecundo (quamvis caeſo pluteo, & eroſis unguibus) aqua infeliciſſime haeſerat. Itaque tantiſper, dum parturiretur, interim pro *tigillo* (quomodo feciſſe interdum Virgilius in ejus vita dicitur) ſive fulcro illud ANNOS. QVI. VIX. X. ET. XIIII. SOLES poſuit, quod ſcil. locutionis genus in verſiculum includere ſtatuerat. Deinde vates ſive inſenſus ob pretii vilitatem, ſive (quod abominor) meditationi contentiſſimae immortuus, ſive quid aliud incidit; peſſimo publico opus infectum reliquit. At nos ſcilicet tantam jacturam aeternum lugebimus. Sed amoto joco: neceſſe eſt, verſificatorem, quiſquis fuit, in altero verſu miſeris modis exaeſtuaſſe; poſtremo deſperatione actum incepto abſtitiſſe. Haud rari ſunt hujuſmodi verſus imperfecti in ἐπιτυμβίοις epigrammatibus.

,, 984.6. *Te lapis obteſtor, leviter ſuper oſſa*(159)*reſerva, Ne noſtro*
,, *doleat conditus officio*. Il perchè vo io ſempre più credendo,
,, che il Gallico SUB ASCIA conteneſſe la medeſima brama,
,, che viene eſpreſſa nella formola più univerſale del *Sit tibi*
,, *terra levis*, riguardante ogni coſa, che poteſſe gravitar ſo-
,, pra i Sepolcri. E chi ſa, che non deſideraſſero ancora, che
,, oltre al nettare da i bronchi e ſpinai il Sepolcro, ſi moveſſe
,, anche leggermente di quando in quando la terra ſovrapoſta
,, alle lor'oſſa? A queſto appunto era attiſſima l'*Aſcia* formata
,, come lo *Zappetto*. La gente ordinaria per lo più veniva ſep-
,, pellita ſotterra: e conſiſteva tutto il ſuo viſibile Sepolcro in un
,, Ceppo o Marmo coll'Iſcrizione, denotante chi era quivi ſot-
,, terrato. Tali credo io, che per la maggior parte foſſero i Mo-
,, numenti della Gallia(160)Narboneſe, dove ſi legge il *ſub Aſcia*
,, *dedicavit*, e molti altri Italiani ancora dove troviamo ſcolpita
,, l'*Aſcia*. Chi ſi figura queſt'*Aſcia* ſtrumento de' Marmorai(161)
,, dee per conſeguente pretendere, che tutti foſſero di Marmo, e
,, Marmo pulito, que' Sepolcri, dove s'incontra l'*aſcia*: il che
,, non ſi potrà mai perſuadere a chi conſidera molti di que'
,, Monumenti fatti da povera gente, e per una ſola perſona.
,, Per lo più il *Sit tibi terra levis* riguardava i ſepolti ſotterra
,, nell'Urne. Così Ovidio *Oſſa quieta, precor, tuta requieſcite*
,, *in Urna, Et ſit humus cineri non oneroſa ſuo*. Il perchè po-
,, trebbe darſi, che la terra ſoprapoſta alle Urne ſi zappaſſe
,, delicatamente talvolta coll'immmaginazione ch' eſſa dive-
,, niſſe più leggiera in ſollievo e prò de i Defunti. Tibullo nel-
,, l'Elegia ultima del *Lib.* II. ſcrive: *Sic bene ſub tenera parva*
,, *quieſcat humo*. Queſta *terra tenera* dà qualche indizio, che la
,, *terra dura* foſſe creduta anch'eſſa alquanto peſante ſull'oſſa
,, e ceneri della gente ſepolta. Servirà egregiamente a confer-
,, mare quanto ho detto finora un'Iſcrizione, inviatami dal
,, Chiariſſimo Signor Abate Pietro Polidori Auditore dell'Emi-
,, nentiſſimo Signor Cardinale Camerlengo, e trovata verſo

,, Pe-

(159) *Leviter ſuper oſſa reſerva*] Supple *te?* i. e. *contine te leviter* &c. Et hoc eſt ex ſermone *ἰδιωτικῷ*.

(160) Qui Menetrierianas ſup. not. 33. conſiderabit (ut alias taceam) facile animadvertet (ſi modo talibus aures tritas habet) eas magnam partem non eſſe cipporum humo incumbentium inſcriptiones, ſed tabellarum ſepulchris ſtructilibus affixarum.

(161) Quum dicimus aſciam ἔργαλον λαξευτικὸν fuiſſe; non contendimus ad marmor tantum caedendum & poliendum valuiſſe, ſed ad tofum multo magis, & lapides omne genus.

„ Peſcara collo parole ſeguenti (162) .

D . M . S

„ DECIMVS A PRIMA SECTATVS CASTRA IVVENTA

„ CIRCITOR (163) MORIOR PRAMIA (ſic) PARCA SENEX

„ QVI NVLLI GRAVIS EXTITERAM DVM VITA MANEBAT

„ HAC FVNCTO AETERNVM SIT MIHI TERRA LEVIS

„ DAT PATRVO OB MERITVM FERALEM FLAVIVS VRNAM

„ NINNIVS ET CINEREM SPARGIT ODORE PIO

„ Ecco come da coſtui ſi deſidera lieve, e poco peſante ſopra „ le ſue ceneri il terreno, con aggiugnervi ancora le figure „ delle due *aſcie*, o ſia de'due *Zappetti*, affinchè anche gl'igno„ranti a tal viſta intendano il ſuo deſiderio. Però ſiano *Aſcie*, „ o *Zappe*, o *Picconi* quegli ſtrumenti, che miriamo in tante „ Lapidi Sepolcrali, tutto in fine ſembra influire a farci cre„ dere, che non per altro vi ſi effigiaſsero, ſe non per implo-

„ rare

(162) Dextra ac ſiniſtra ſingularium litterar. D. M. S. inſtrumentum tale inſculpitur.



(163) *Circitor morior.*] Ordo: Ego *Decimus ſectatus caſtra a prima juventa, ſenex morior circitor, praemia* (ſatis) *parca*. Circitores in militia quid ſint, docebit Vegetius III. 8. *Idoneos tribuni & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuntient, ſiqua emerſerint culpa, quos circuitores appellant. Nunc militiae factus eſt gradus & circitores vocantur*. Id vulgo dicitur *fare la ronda*. Cetera quae ad circitores pertinent, legi poſſunt apud SteWechium ad Veget., tum eos qui de militia ſcripſerunt, & apud Reineſium XX. n. 424. ad inſcriptionem Chriſtianam OPORTVNI CIRCITORIS quae ſic habet: *Locus Oportuni circitoris, conjugiſque ejus Albinae atque filiorum eorum Palatinae & Urbici requieſcentium in pace*. Fuit qui Reineſianam inſcript. intelligeret de circitoribus inſtitorum, de quibus Ulpianus l. 5. §. 4. De inſtit. act. *quibus veſtiarii vel lintearii dant veſtem circumferendam & diſtrahendam, quos vulgo circitores appellamus*. Cave credas, tam vile miniſterium inſcribi, curae fuiſſe. Atqui Chriſtianus hic erat militaris *circitor*. Vellem poſſe me demonſtrare etiam ſacris Chriſtianorum vigiliis *circitores* ſuos fuiſſe: nam ceteroqui multa caſtrenſis & palatinae militiae vocabula in Eccleſiam manarunt. Sed nullum ejus rei veſtigium memini.

Verum debemus ſane plurimum eruditiſs. Polydoro, quod hac pulcherrima epigraphe (in qua prima, quod ſciam, certa eſt mentio militaris circitoris) harum litterarum amatores ſibi devinxit. Sane ex Vegetio diſcimus, recens ſuo aevo fuiſſe *circitoris* nomen, & militiae gradum (nam antea tribuni, quibus viſum erat, hoc negotii dabant, h. e. nunc his, nunc illis) ex quo Vegetii loco aetatem quoque inſcriptionis hujus aſſequimur. Vegetius enim ſub Valentiniano libros de militia conſcripſit. At haec epigraphe videtur aliquanto antiquior Valentiniani aevo. Sed cur quantitatem vocabuli *circitor* incogitans praterieram? Paſſim lexica & proſodiae penultimam in eo vocabulo corripuerunt; quum certe eamdem hoc epigramma producat, idemque & ratio doceat; quia *circitor* a *circuitor* contractum fuit, teſte Vegetio. Simul ex eodem epigr. firmatur Vegetii lectio *circitores*, pro quo fruſtra Janus Palmerius, adſtipulante SteWechio, reponebat *circatores*, nim. ab antiquo verbo *circo*, quod reſpondet Graeco περιοδεύω.

„ rare da i viventi il tenere purgata e monda la terra ſovra-
„ ſtante al Sepolcro, e per eſprimere ciò, che tanti altri eſpri-
„ mevano col *Sit tibi terra levis*.

„ 10. Finalmente per conto della formola *ſub aſcia dedi-*
„ *cavit*, praticata in Lione, e ne'contorni, crede il Canonico
„ Mazocchi(164) crede il Marcheſe Maffei, eſsere lo ſteſso *Dedi-*
„ *cavit*, che *Poſuit*, *Fecit*, *Perfecit*; e tanto più, perchè preſso
„ il Reineſio alla *Claſſe* VI. *num.* 112. ſi legge in una Iſcrizione
„ CONSUMMATUM HOC OPUS SUB ASCIA EST. E in una
„ Gruteriana alla *facc.* 760. 3. SUB ASCIA POSUIT. Pari-
„ mente opinione è ſtata del ſuddetto Canonico Mazocchi, che
„ quel *dedicavit* altro non ſignificaſse, ſe non *uſum Monumenti*
„ *illato cadavere inchoare*, o ſia *uſui dicare*. Ma avendo il
„ Marcheſe Maffei oſservato più d'una Iſcrizione, in cui le
„ perſone Viventi(165) *ſub aſcia dedicaverunt*: vegniamo a co-
„ noſcere, che al *dedicavit* ſi dee attribuire un'altro ſenſo. Che
„ poi il medeſimo non più ſignificaſse, che il *Fecit*, e *Poſuit*,
„ io non vo' diſputarne, quantunque nella maggior parte del-
„ le Iſcrizioni Galliche ſi oſservi prima *Poſuit*, o *Faciendum*
„ *curavit* (il che fa intendere già fatto il Sepolcro) con ſog-
„ giugnere di poi *Et ſub aſcia dedicavit*: il che ſembra indi-
„ care una diverſa funzione, e qualche cerimonia uſata, dap-
„ poichè era terminata la fabbrica. Molto meno mi ſento io vo-
„ glia di diſputare intorno alla forza e valore di quel *ſub*, a me
„ baſtando d'avere eſpoſto, qualunque ſia, il mio ſentimento in-
„ torno al ſignificato di quell'intera formola, per ubbidire a
„ voi Sig. Abate Venuti . . . . Modena 4. Aprile 1736.

XXXIII. *Scipio Maffeius iterum*.

Jam XXXviris, BERNARDE, in ſcaenam productis: non aliud ſupereſt, niſi ut extremum illud occinatur *Valete & plaudite*, & ſimul aulaea obducantur. Sed tamen neſcio quis ex modo jam cum plauſu ſpectatis, iterum irrumpit in ſcaenam. Vetas ne TANUCCI, an pateris? Noſmet hoc intrivimus, inquis, nobis omne eſt exedendum. Sinatur ergo, &,

(164) Numquam ego putavi, τὸ DEDICAVIT valere *fecit* aut *poſuit*; ſed *encaeniavit*.

(165) Aeque vivi, quum alios primum inferunt, ac mortui, quum ipſi primi inferuntur, encaeniare ſepulcrum recte dicuntur.

& , quando jubes , revocetur in pulpitum ; praeſertim quum ſit facetus actor . Nempe is eſt vir eruditiſs. Scipio Maffeius ; qui ſua in *Aſciam* merita praedicaturus prodit . Et me quidem , quantacumque in hiſce undelibet corradendis ſedulitate uſum , ultimus hic fabulae actus facile praeteriiſſet ; niſi nuper vir doctiſſimus & amiciſs. Raimundus (166) Cecchetius ,

(166) Hoc etiam amiciſs. Cecchetii humanitati debeo , quod quum pulcherrimi epigrammatis hoc an. 1739. Romae in via Salaria Vetere in fundo Canonicor. S. Mariae Trans Tiberim effoſſi exemplum ad Excellentiſſimam FAVSTINAM PIGNATELLAM Colubrani Principem , Philoſophiae , & Mathematum ſacris initiatam , dono miſiſſet ; mihi quoque deinde (cui illud exemplum ab eruditiſſima Viragine humaniſſime exhibitum , ſuſpicionem in aliquibus injiciebat) alterum quam diligentiſſime ſecundis curis e ſaxo deſcriptum , perferendum curavit . Id quia non ſine voluptate legitur , non invitus feci , ut heic adtexerem . Nulla in eo eſt proſa oratio : totum verſibus decurrit in hunc modum.

Si quis. forte velit tumuli cognoſcere fatum (*lapis.*
Et quorum maeſtus. contegat oſſa.
Accipiat paucis. ne ſit. mora, longior aequo .
Si tumulus, teneat quem vocat ipſa via .
Hic ſitus eſt annis plenus. vitaque beatus . (*thion*
Et laetus. omni. more Roodan-
Ne ſit mirum quod comis quod dulcis amoenus.
In vita. fuerit. nomine Floris erat.
Hunc conjunx tantum nimio. dilexit. amore .
Inque diem vitae. una. fide. coluit.
Et poſtquam fatis. morientia. lumina. ſolvit (*quium.*
Suppremiſque. ſuis. reddidit obſe-
In vita hoc munus. Conjunx Victoria fecit . (*fuit.*
Quodque. virum vicit aegra dolore.
Sed quoniam fatis. nulli eſt. obſtare poteſtas
Quin teneant. curſum quem ſtatuere. ſemel .
Quod ſolum licuit. Conjunx. fidiſſima fecit .
Poſt illum nulli, fas, violare toros.
Servatamque diu vitam. habitamque pudice
Poſt mortis caſum pertulit ad tumulum
Namque ſimul poſita eſt, fatoque. tenetur. eodem.
Quoque modo potuit morte ſecuta virum .
Haec. eſt ſancta fides haec ſunt felicia vota
Amplexus VITAE I REDDERE. *poſt obitum .*
Fortunati ambo . ſi qua eſt ea gloria mortis.
Quos jungit tumulus junxerat ut thalamus .

Puncta ibi appoſuimus , ubi in exemplo ad me tranſmiſſo reperi . Ceterum proſodiae ratio non magis heic , quam in ceteris epigrammatis Latinis Graeciſque , quae in ſaxis reperiuntur , paſſim negligitur. Pro *Rhodanthion* , quod in fine tertii pentametri eſt , ſuſpicabar ſcriptum ὑποκοριστικῶς RHODANTHIDION . De quo conſultus a me Cecchetius , vetuit dubitare , quin in ſaxo ſit *Rhodanthion*.

At Romae audio miraculo fuiſſe illud I ſolitarium in penult. pentametro . Mihi non eſt dubium , quin ſit dativus pro EI . *Amplexus vitae I* (i. e. *ei* , marito praemortuo ſcil.) *reddere poſt obitum* . Sane IM pro *eum* uſurpaverat Plautus in fragm. *Boni IM miſerantur; illunc irrident mali* . Adhaec IBVS pro *Iis* apud eumdem Mil. I. 1. 74. *Ibus dinumerem ſtipendium;* & alibi in eod. Comico . Eâdem analogia dandi caſus erat certe I pro *ei* . Sed

tius, primo monitum, dum in his eram, nuperrime etiam, ſubmiſſo ad me Româ Maffeianae alterius lucubrationis exemplo, opportune juviſſet. Ergo Maffeius hoc ipſo anno 1739. edito Veronae quarto *Obſervationum litterariarum* (167) volumine; ibi tum ceteras Acad. Cortonenſis diſſertationes, tum in primis Muratorianam *de Aſcia ſepulcrali*, quam recitavimus, ita ad examen revocat, ut ἀντιῤῥητικὸν λόγον verius ea parte appelles, quam (quod ἐφημερίδων auctores ſolent) meram operis ὑποτύπωσιν. Et certe mirari ſubit, eccurnam hoc ſive divortium, ſive omnino friguſculum inter Muratorium & Maffeium interceſſerit: nam amare inter ſe antea ſciebamus. Sed iſtud mitto. Nunc per me nil morae eſt, quin facto ſilentio accuſator exordiatur. „ 1. Succede alle ſudette (*nim. diſſert. Cortonenſibus*) una Diſſertazione del chiariſſi-
„ mo Signor Prepoſto Muratori, Accademico Etruſco, ſopra
„ l'Aſcia ſepolcrale, cioè per interpretare il ſignificato di quel-
„ la oſcura formola, che ſi trova nel fine di alquante lapide
„ ſepolcrali, ſpezialmente di Lione in Francia, *& ſub aſcia de-*
„ *dicavit*. Prima di entrare in eſſa, è neceſſario informar
„ d'un'altra. In certo libro ſtampato a Parigi nel 1733., e
„ intitolato *Galliae antiquitates quaedam ſelectae*, una Epi-
„ ſtola ſi legge indirizzata appunto al Signor Muratori, colle
„ maggiori ſignificazioni di ſtima, e d'affetto, anche nel ſe-
„ condo tomo di queſte oſſervazioni, ben dimoſtrato in ſua
„ difeſa (168). In quell'Epiſtola il ſuo autore (*Maffeius ſcil.*)
„ tratta queſto punto medeſimo; e poiche a detto comune,

„ dello

Sed deerat exemplum, aut veteris Grammatici auctoritas. Nunc hujus epigrammatis beneficio novum hunc caſum Latio dono damus: quem caſum poſſis, cenſeo, ſine ἀρχαϊσμοῦ nota uſurpare (in carmine tamen, & ubi te ad incitas redactum ſenſeris) quippe quum hoc ἐλεγείδιον haud quaquam remotam antiquitatem praeſeferat. Et quidem aliud non reſtat, niſi ut IS gignendi caſu reperiatur; tum enim totum ſingulare tertiae decl. exſiſtet. Nom. IS, g. IS, d. I, acc. IM. abl. I. Ac memini in *Comment. ad Amphith. titul.* pag. 153. col. 1. me idem pronomen novo gignendi caſu, EI pro *ejus*, auctius feciſſe, auctoritate antiquiſſimi ſaxi, quod ibi explicuimus, in quo legitur PAGEI. EI. pro *pagi ejus*. Tanti eſt profecto ad rem grammaticam momenti veteres titulos cum cura ac ſagacitate tractare.

(167) Integer libri titulus eſt: *Oſſervazioni letterarie, che poſſono ſervire di continuazione al Giornal de' Letterati d'Italia. In Verona* 1739.

(168) Haec nimirum merita debuiſſent Muratorium adducere, ut pedibus iret in amici ſententiam. Nunc, quia non ivit, graviter expoſtulat.

„ delle quattordici (169) ſentenze, che in tal propoſito ſi
„ ſono inteſe, niuna ha ſoddisfatto, egli propoſe la ſua co-
„ sì. *Opinor, nihil aliud ea formula, & aſciae figura, quae*
„ *ſummo lapide inſculpi ſolet, ſignificari voluiſſe, niſi ea mo-*
„ *numenta de novo fuiſſe excitata, & nemini antea patuiſse.*

„ 2. In pruova di che è d'uopo avvertir prima, che gran fon-
„ te d'inganni in queſta materia è ſtato il prendere quell'iſtru-
„ mento per accetta, o ſcure, o zappa; al che ha molto contri-
„ buito l'eſſere in alcune pietre rozzamente ſcolpito, ed anche il
„ nō eſſerſi potuto nell'anguſtia di eſſe rappreſentar
„ la lunghezza del manico: nelle meglio lavorate è
„ fatto in queſto modo; onde è ben chiaro, che non
„ fu ordigno da ſpaccare, nè da lavorar la terra, per-
„ che la placa di ferro così rivolta, e piegata non
„ avrebbe potuto a ciò ſervire, nè far colpo alcuno. Però il P.
„ Meneſtrier, cui ſi dee credere, perche aveva dinanzi agli occhi
„ tutte quelle di Lione, ſcriſſe, non eſſere altramente accet-
„ ta, ma *une Gache à detremper la chaux*: cioè quell' ordigno
„ con cui ſi ſtempera la calcina, e ſi rimeſcola poi, e ſi com-
„ pone quell' intriſo, che dichiam malta. Non diſſimile
„ iſtrumento in qualche paeſe (170) ſi adopera, anche
„ per dare eſternamente con la malta l' ultima copertura a
„ muri. Or ſi come queſta è l'ultima operazione, che ſi faccia
„ nelle muraglie nuove, così il dire, che quel monumento, cioè
„ quella



(169) Haec quatuordecim ſententiarum ſumma ſumta eſt ex Actis Lipſienſibus menſis Julii an. 1736. eo loco, ubi de Maffei *Galliae antiquitatib.* excerpitur, pag. 301. Ibi legitur: *Duodecim diverſae exſtant de ea formula ſententiae, quibus, poſt ingenioſam illam Mazochianam, nunc acceſſit etiam Viri Conſultiſs. Conradi conjectura....* *Ejus formulae novam, eamque valde probabilem affert Ill. Maffeius explicationem.* Et quidem Lipſienſi (h.e. novo Othone) legem ferente, ego *ſedebam in quatuordecim*; nam ſi duodecim antiquis ſententiis Mazochianam & Conradianam addideris, colliges *quatuordecim*: illas ſcil. quas non ſatisfeciſſe Maffeius narrat. Si mea non fecit ſatis; non video, ecquid Maffeiana (quam infra num. 8. meam eſſe, fatetur, & a me prius traditam in eo libro, quem ſe legiſſe non negat; quem etiam idem in *Degli Anfiteatri* pluries citat) magis ſe probare debuerit. Niſi hoc, opinor, hominis, non ſententiae meritum fuerit.

(170) Cl. Auctorem obteſtor, ut edat, ubi locorum inſtrumentum ſimile Menetrierianae aſciae heic exhibitae uſurpetur ad tectorium inducendum. Nam certe trulla, quam noſtri exhibent ſtructores, longe diverſa res eſt. Nec ego video, quo pacto aſcia quae in ſepulcris ſcalpitur, ad inducenda arenati aut marmorati coria utilis fuerit.

„ quella grotta, o ſotterranea ſtanza ſi era dedicata, cioè poſta in
„ uſo *ſotto l'aſcia*, veniva a ſignificare, ch'era ſtata fabricata al-
„ lora per colui, che nella Iſcrizione era nominato, e che per
„ lui ſi era adoperata appena uſcita dalla mano dell'artefice. In
„ Italia l'iſteſſo ſentimento fu fatto intendere qualche volta
„ colla ſola figura dell'Aſcia, ſenz'aggiunger quelle parole.

„ 3. Altro motivo d'equivoco ha dato il verbo *dedicare*, preſo
„ comunemente in ſenſo religioſo di dedicare a qualche Deità,
„ quando aſſai ſpeſſo altro non ſignifica, che incominciare a
„ mettere in uſo, e qualche volta impor l'ultimo termine, o
„ collocare in pubblico. Così è da intendere quando nelle La-
„ pide, o negli autori ci avvien di leggere, che la Statua di al-
„ cun Cittadino fu dedicata, che fu dedicato un recinto di mu-
„ ra, una porta, un teatro, un portico, un macello, e ſimili.
„ Molto ſi potrebbe dir ſopra queſto punto, ma ſarebbe ſover-
„ chio dopo che il Sig. Canonico Mazzocchi nel ſuo trattato
„ dell'Anfiteatro di Capua ha dimoſtrata queſta verità così
„ chiaramente. Dice il Sig. Muratori, che qualche volta pone
„ un vivo a ſe ſteſſo, e dedica *ſub aſcia*; onde non vorrà dir
„ ſepellire: ma egli non ha oſſervato, che quelle iſcrizioni
„ cominciano ſempre dal nome d'un ſepolto, e ſegue poi quel-
„ lo di chi l'hà fatto fare, il qual vuole, che ſerva anche per
„ ſe a ſuo tempo. Dedicato *ſub aſcia* volea dunque dire, poſto
„ in uſo quando era nuovo. Nè inutile o vano era il notar
„ queſta circoſtanza, perche avvertì l'autor dell'epiſtola (*Maſ-
„ feius ſcil.*) quanto ſi ſtimaſſe anticamente onorifica; onde non
„ la tacquero gli Evangeliſti nel parlar del Sepolcro del Reden-
„ tore, di cui dice S. Giovanni, *Monumentum novum, in quo
„ nondum quiſquam poſitus erat*.

„ 4. Nè biſogna credere, che a tale inſtrumento non conveniſ-
„ ſe il nome d'*Aſcia*: perche di tal nome un inſtrumento eb-
„ bero i legnajuoli, e un altro i muratori; e che preſſo queſti
„ ſignificaſſe appunto quel che abbiam detto, Vitruvio inſe-
„ gna, dove parlando dell'intonicare, e dell'imbiancare i mu-
„ ri, ſcrive, che prima con l'aſcia *calx in lacu macerata aſcie-
„ tur*: e così Palladio: *ſi, quod aſciae adhaeret, fuerit molle ac
„ viſcoſum, conſtat albariis operibus convenire*. Ma che antico
„ uſo foſse d'intonicare appunto i muri de'ſepolcri, impariamo
„ mo da Cicerone, che dice averlo vietato Solone, non volen-
„ do, che foſsero ornati *tectorio opere* (de leg. 2.) Quinci S. Mat-

 „ teo

,, teo chiamò i Fariſei *ſepolcri imbiancati*. S.Girolamo dove nel
,, Salmo il Latino rende *aſciam* , egli ſpiega , *genus ferramenti*,
,, *quo lapides dolantur* : era dunque arneſe da Muratore , e ſi
,, chiamava così anche quello , che dava l'ultima politura al-
,, le pietre.

,, 5. Nulla a detto di molti per verità par che manchi a ren-
,, der veriſimile queſta ſpiegazione ; e ſi aggiunge, che Inſcri-
,, zion già nota ſi trova, la qual finiſce cosi: *conſummatum hoc*
,, *opus ſub aſcia eſt* (171) Ecco s'è vero, che l'ultima mano alla
,, conſtruzion d'un ſepolcro ſi dava con l'aſcia ; e che per eſsa
,, però ben potea ſignificarſi l'eſsere un monumento fatto a
,, poſta allora per colui , il di cui nome nell'Inſcrizione appa-
,, riva . Ma che più ? Nella Città di Nimes , nella qual pari-
,, mente, e così nella ſua provincia, l'uſo di quella formola più
,, volte s'incontra , bella inſcrizione ricopiò l'autor dell'epi-
,, ſtola , in cui dopo i nomi ſi aggiungono quattro verſi greci,
,, e in queſti ciò che in latino dicea *dedicato ſub aſcia* ſi
,, dice in greco *ſepolcro nuovamente edificato* νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ.
,, Che aſpettiam dunque altre dichiarazioni, poiche da un'an-
,, tica lapida ſiamo aſſicurati di queſta? Giuſtamente anno detto
,, i dotti Autori di Lipſia(172) che quel verſo greco *mirifice con-*
,, *firmat* queſta ſentenza . Il compleſso di queſte ragioni ha ri-
,, portato i voti dall'Univerſale. Il più dotto , ed applaudito
,, Giornale , che ſi faccia in Olanda (di cui non credo ſian noti
,, gli autori) intitolato *Bibliotèque raiſonnèe* , nel riferire il ſu-
,, detto libro, *Amſterdam* 1734.tom.1.pag.323., eſpone quan-
,, to ſi è detto , e conchiude così : *Ce qu'il dit ici eſt ſuffiſant à*
,, *mon avis pour faire juger , qu'il a heureuſement dèchifrè l'è-*
,, *nigme*. Sarebbe vanità l'addur quì molt'altre ſimili approva-
,, zioni d'uomini dotti tratte da pubbliche ſtampe , o da pri-
,, vate lettere .

,, 6. Non ſi può con tutto queſto dir pienamente fortunata
,, queſta opinione , poichè non ha la ſorte di riportare il cal-
,, colo dal chiariſs.Sig.Muratori(173).Egli incomincia dall'ad-
,, durre

(171) Quid ſignificet *Conſummatum ſub aſcia* , dicetur in *Curis poſter*.

(172) Eodem illo loco , unde quatuordecim ſententiarum ſummam modo conflavimus . Vide not. 169.

(173) Quid intereſt ? Mi ereat te horum potius , qui ſe tibi praeſtant indociles , quam ſuccenſeas. Aut vero *Jubeas miſerum eſſe libenter*. Interim ut ille ait ,

- - - *procul abſit gloria vulgi.*
Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.

„ durre 4. inſcrizioni preſe dal Sig. Gori, nelle quali dice eſse-
„ re ſcolpita l'aſcia. Non leggendoſi in eſse la formola, non
„ ſervono alla queſtione; ma ſe l'aſcia è in eſse, come nella
„ premeſsa ſtampa ſi vede; non è da farne caſo, perche quella
„ non è la figura di tale inſtrumento(174). Vien poi a dire, che
„ la ſentenza dell'autor dell'epiſtola a lui diretta, egli *non la ſa*
„ *credere veriſimile*, non che vera: ma delle ragioni di eſsa quì
„ ſopra eſpoſte non parla, nè a veruna riſponde: in queſto
„ modo faciliſſimo è il riprovare. Quell'autore però non ha
„ luogo di dolerſi; poichè dice il Muratori, che la ſentenza nel-
„ l'epiſtola eſpreſsa conſiſte in tenere, che l'*aſcia foſſe indizio*
„ *di ſepolcro compiuto, e perfezionato*: che non eſsendo altra-
„ mente il ſuo ſentimento, e non eſsendo queſta la ſua ſenten-
„ za, la riprovazione non cade ſopra di lui. Qual ſia la ſua opi-
„ nione l'abbiam veduto poc'anzi. *Opinor nihil aliud ea formu-*
„ *la, & aſciae figura ſignificari voluiſſe, niſi ea monumenta de*
„ *novo fuiſſe excitata, & nemini antea patuiſſe*. Se queſto ſia un
„ dire, che l'aſcia, e la formola ſi metteſsero per indicare il
„ ſepolcro essere terminato, altri giudichi. Si è bensì detto,
„ che ſervendo l'aſcia a preparar l'intonicatura, ch'è l'ultima
„ operazione nelle muraglie, l'incidere ſopra il monumento,
„ ch'era ſtato meſso in opera ſotto di eſsa, veniva a dire, ch'
„ eſso ſi era fatto allora, e non aveva ſervito ad altri, nel che
„ conſiſte l'onore. Ma chi ſarebbe così balordo di credere, che
„ s'incideſsero parole e ſegni per far ſapere, che colui era ſta-
„ to poſto in ſepolcro non lavorato per metà, ma finito? Trion-
„ fa l'autor della diſſertazione adducendo, che chi paſsava, e
„ non era cieco, ben vedea ſe i ſepolcri erano perfezionati, e
„ imbiancati sì o nò, ſenza biſogno d'altro per farlo intende-
„ re: ma facilmente ſi trionfa quando c'imaginiamo fantaſmi
„ da combattere. Aggiungaſi, ch'egli è anche falſo, che chi
„ paſsava vedeſſe come i muri della chiuſa, e ſotterranea ſtan-
„ za ſi ſteſsero.

„ 7. La

(174) Nimirum quia ſup. num. 2. hoc ſuo ſibi jure ſumſit, ſolam Menetrierianam aſciam, quam ibi effigiatam vides, eſſe legitimam. Eſto: ſit illa aſciarum regina. At ceterae tamen erunt certe aſciarum ignobile vulgus. Aut ſi ne hoc quidem ſunt; edicas, rogo, ecquid demum ſint. Praeſertim quum & Menetrierius his ſimiles exhibuerit. Vide quam ſup. pag. 26. ex Menetricrio oſtentavimus; quam certe pro germana ſepulcrali aſcia habet, non pro auriſcalpio.

„ 7. La Inſcrizione citata da lui con la clauſula HOC SAX
„ non fa forza alcuna, perche introdottoſi una volta di ſignifi-
„ care tal circoſtanza onorevole con quelle parole, a qualun-
„ que monumento ſi potean mettere. Avverta egli inoltre,
„ come quell'Inſcrizione vien da un fonte, che fece paſsar nel
„ Grutero ſcorrezioni infinite: ne prenda ſaggio da quella, che
„ nell'Epiſtola decima del *Galliae antiquitates* ſi riferiſce. Quel-
„ la di cui ſi parla, Chorier l' ha data anch' egli, ma pre-
„ ſa dal Grutero, e ſenz'averla veduta. Se però quel *ſaſſo*, che
„ vi ſi ha nel fine ſia autentico, è aſsai dubbioſo, perche in
„ niſsuna lapida (che non foſse in verſi) ſi è mai veduto chia-
„ mar *ſaxum*(175) un ſepolcro; e nè in lapida, nè altrove ſi è
„ mai letto *ſaxum dedicatum*: nè la voce *ſaxum* era di quelle,
„ che uſo foſse di ſcolpire in breviatura.

„ 8. Delicatamente il noſtro autore ſpruzza ancora, che la
„ ſpiegazione aſsegnata nell'epiſtola foſse nota già da cent'an-
„ ni, come data dal Gutero. Ma ſiccome abbiam veduto ch'
„ egli non ha avuto tempo di comprendere qual ſia il ſenti-
„ mento dell'epiſtola, così non è maraviglia, che ſi ſia ingan-
„ nato anche nel crederlo il medeſimo del Gutero; il qual ſup-
„ poſe che dedicar ſotto l'aſcia voleſse dire ſemplicemente,
„ *opere tectorio exornare*. Ora molto cara ci è bensì l'occaſion,
„ che abbiamo di far giuſtizia a chi ha veduto aſsai più in là
„ del Gutero, ed a chi veramente ha interpretate le parole, di
„ cui ſi tratta, quaſi nell'iſteſso modo dell'autor della lettera. E
„ queſti il Sig. Can. Mazocchi(176) il quale ſaggiamentene ne ha
„ favellato nel ſuo dotto libro, *In mutilum Camp. Amphith titul.*
„ L'autor della lettera nello ſcriverla in Parigi ſi ſovvenne, che
„ in quel trattato ottimamente ſi parla del *dedicare*; ne fece pe-
„ rò ricerca, ma in vano, come nell'iſteſsa epiſtola accenna. Non
„ ſi ſovvenne allora, che anco nella queſtione del *dedicar ſotto*
„ *l'aſcia* in quel libro ſi entra; il che oſservato poi dopo il ri-
„ torno in Italia, e trovato, che gli ſi dà in ſoſtanza l'intelli-
„ genza iſteſsa, a lui ſi dichiara quì eſserne dovuta la lode, per-
„ che il ſuo libro fu anteriore. Non conviene veramente con lui
„ l'au-

(175) Memini, me SAXVM pro ſepulcro in Campana inſcriptione, quae proſa oratione pertexitur, reperiſſe. Ubi SAXVS maſculi no genere ſcriptum, recordor. Deinde quid impedit, quin SAXVM ſit arca lapidea? Ceterum non video, quin SAX. pro *ſaxum* compendio ſcribi potuerit.

(176) Benigne.

,, l'autor della lettera nell'approvare(177) ciò che in queſto pro-
,, poſito ſcriſse il Reineſio, e nè pure nel creder l'aſcia iſtrumen-
,, to(178) da ſpezzapietra, e non uſato per la calce; ma ciò che
,, importa è il conchiudere, che l'aſcia quì ſignifica l'atto dell'
,, edificare, e moſtra che quel ſepolcro fu edificato di nuovo
,, allora per quel defonto, e che quel *dedicare* altro non era
,, che incominciarne l'uſo con riporvi quel corpo, o quelle ce-
,, neri. Il provar lui nella ſua(179) *Diatriba* quanto avanza, con
,, tutt'altri argomenti ed autorità dalle addotte nell'epiſtola,
,, fa conoſcere quanto abbondante ſia di ragione queſta ſen-
,, tenza. Sembra, che il Sig. Muratori nè pur di queſto libro
,, atterraſſe in queſta parte l'intenzione, perche ne cita, per
,, così dir, le adjacenze, ma non ne oſſervò la ſoſtanza.

,, 9. Eſpone egli finalmente, *Signor sì*, proliſſamente ra-
,, gionando, la ſua ſentenza. Ei tiene, che il dedicar *ſub*
,, *aſcia* foſſe un pregar gli eredi a tener netti i ſepolcri dalle
,, ſpine, e dalle cattiv'erbe. Queſta preghiera poetica, e che mai
,, non fu fatta ſe non in verſi, farebbe diventar poeſia tutte le
,, inſcrizioni aſciate, e poeſia della più recondita, perche non
,, ſi potrebbe immaginare il più bizarro modo di eſprimere
,, tal ſentimento. Per provare il ſuo detto ferma, che l'aſcia
,, foſſe anche ſtrumento da lavorar la terra, e foſſe zappa, o
,, zappetto. Potea ciò provare col noto adagio, che ſi ha in Pe-
,, tronio(180) ed in Apulejo *Aſciam in crus ſibi impingere*, che
,, dichiamo in volgare, darſi la zappa(181) ne' piedi. Ma le già

,, note

(177) Duo ſcripſit Reineſius (quem adeat, lector ſup. in fine pag. 17.) unum, *aſciam* eſſe λα-ξευτικὸν ὄργανον; & iſtue quidem pluribus ego argumentis firmavi (vide me ſup. pag. 88. & 89.) alterum ſignificari ea formula, *ſe marmorariis faciendum locaſſe h. e. ab incoato opus curaſſe*: iſtud ego vero numquam defendi: vide me rurſus initio pag. 100. ubi haec verba poſui: *Nec eſt ſecundum Reineſium Ab incboato opus curare*. Nunc quo ore in Reineſii caſtra compellor? Quamquam critici illius neminem, opinor, poeniteat.

(178) Dixi pro Reineſio, eſſe λαξευτικὸν ὄργανον. Nunc λαξεύω proprie non tam eſt *ſpezzar pietre* (quamquam ne hoc quidem ab aſcia alienum ſup. in *Murat.* pag. 108. in fine not. 133. tetigi) quam *dolare & incidere lapides*. At, aſciam dolaſſe lapides, Hieronymi verba demonſtrant ab ipſo Maffeio laudata heic ad finem nu. 4.

(179) Lectori integrum eſt mea cum epiſtola Cl. Maffei conferre.

(180) Non in Petronio, ſed in Apulejo: in quo tamen verba ſunt paullum diverſa. Impoſuit Noſtro Auctor de *Relig. Gallor.* quem vide ſup. pag. 72. num. 4. & ibi not. 90.

(181) At noſtri homines non dicunt *darſi la zappa*. ſed *l' accetta a i piedi*. Quum praeſertim vox

Accet-

„ note inſcrizioni, ch'egli apporta colla figura, parrebbero
„ moſtrar tutt'altro, che zappe; e la noſtra formola era d'or-
„ dinario uſata per li monumenti edificati, ne'quali non c'era
„ biſogno di purgare da virgulti, e da pruni, perch'erano
„ ſtanze pavimentate di laſtre, o in altro ſimil modo. I bron-
„ chi, e i triboli creſcevano ſopra i ſotterrati ſemplicemente,
„ e ſenz'altro ſegnale, che d'un cippo ſopraposto: ma per ri-
„ mondare intorno a quello d'Archimede, e ſgombrare il luo-
„ go per potervisi appreſſare, *le falci*, non le zappe fece uſare
„ Cicerone. Dalle zappe però un altro effetto ſi ricava nella
„ Diſſertazione; perche ſi vuole che con l'aſcia non ſolamen-
„ te ſi raccomandaſse di tener netto da ſterpi, e ortiche, ma
„ ancora di tener la terra moſsa, e lavorata, perche gravi-
„ taſse meno. Queſto deſiderio è ugualmente poetico, e beniſ-
„ ſimo accorda con l'altro, non eſsendoſi parimente udito mai
„ ſe non in verſi, o almeno con quel mezzo verſo, *ſit tibi*
„ *terra levis*, ch'è frequente nelle lapide di Spagna. Ma ſa-
„ rebbe da conſiderare, che queſto adoprar la zappa ſopra, e
„ intorno a i ſepolti, era appunto quello, che non ſi doveva
„ fare, e ch'era vietato (182), e ſommamente temuto, a queſto ri-
„ guardando le perpetue note, che s'incidevano nelle inſcri-
„ zion ſepolcrali dinotanti quanti piedi di terreno doveſsero
„ rimanere intatti, e non feriti mai da ruſticani ferri. Che
„ ſe pure ſentimento all'antica idea così contrario aveſsero
„ voluto ſignificare; crediam noi, che l'averebbero mai fatto
„ con quelle parole, *ſub aſcia dedicavit?* qual relazione c'è
„ mai tra il dedicare in qualunque ſenſo e in qualunque mo-
„ do altri voglia prenderlo, e l' eſortare e il pregare? Chi
„ potrebbe perſuaderſi, che per laſciare un ricordo a' poſteri
„ aveſsero detto *dedicavit?* Veggaſi dalla ſeguente inedita
„ qual'era il modo, e ſe potrebbe intenderſi mai queſto par-
„ lare del rinettare il terreno, e del far che la terra foſse leg-
„ gera. La pietra ſi ritrova ora in Parigi portatavi tre anni
„ fa da

Accetta propius abſit a vocabulo *Aſcia*. Verum iſthaec non tanti ſunt, ut lites decidant.

(182) Ergo Cicero, qui pius in Archimedeos Manes videri voluit, deque eo gloriolam aucupatur, impie fecit, & jura Manium violavit. Probabiliora de hac re ex Gutherio affert Muratorius, quem vide ſup. ad finem num. 8. Nolim tamen, propter hanc leviculam Muratorii defenſionem, me nolentem Maffeius, ut modo in Reineſii, ſic nunc in Muratorii caſtra detrudat.

„ ſa da Lione dal Sig. l'Ainè. DM * ET QVIETI AETER-
„ NAE * MAXIMI CAL * VONIUS BELLI *
„ VS MIL LEG XXII * ET LVTEA MATER *
„ MAXIMO FIL * QVI VIXIT AN * NO. VNO.
„ M.X. D. * IIII. P.C. ET SVB * ASCIA DED. *



„ 10. Per comprovare ſpiegazione così inaſpettata altro non „ ſi adduce nella diſſertazione, ſe non figure aſsai varie, quali „ come abbiam toccato, ſono affatto inconcludenti; e inſcri- „ zioni già note, nelle quali ſi eſprime la premura che veniſ- „ ſero fiori, e non ſpine ſopra i ſepolcri, e che la terra ſopra „ di eſſi foſſe leggera: ma come mai non ha il chiariſſimo „ Autore oſservato, che tali ſentimenti ſon ſempre in verſi? „ e che aſcia in quelle pietre nè ſi vede, nè ſi legge? onde che „ fanno mai alla queſtion preſente?

„ 11. Nella inſcrizion (183) di Ravenna edita già nel Diario „ Italico dal P. Montfaucon, *Copiarius numeri* non vuol pro- „ priamente dire *Soldato di profeſſione*, ma o Commiſſario de' „ viveri, o Vivandiere di quel numero; e *Numero* non volea già „ dir Legione, come ſi mette due volte nell'Indice Gruteria- „ no, e ſuppoſe anche il Salmaſio: veggaſi di queſto l'*Iſtoria* „ *de' Diplomi*. Nè è certiſſimo che la N voglia quivi dir *Numeri*.

„ 12. L'Autor delle lettere inſerì in eſsa un'Inſcrizione, che „ contien 4. verſi greci, trovata in Nimes, e preſa dal mar- „ mo ſteſso. Ora volendo il Muratori riferirla di nuovo, non „ ha ſtimato bene di prenderla da lui, che la ricopiò ſu l'ori- „ ginale, e che qualche migliajo a' ſuoi giorni ſi è preſo pia- „ cere di ricopiarne non da ſtampe, o da ſcritti, o da miſſive, „ ma da marmi, o da metalli; ed ha più toſto voluto prender- „ la dal Sallengre, che non la vide: nel quale con tutto ciò non „ ſaranno certamente 4. errori (184) nel primo diſtico. Così „ ha più toſto voluto valerſi della traduzione del Sallengre in „ proſa, nella quale la legatura del periodo non appariſce, tal- „ chè ogni grazia ſi diſperde, mancando ancora la copula nel „ verſo ultimo; di quella dico ha più toſto voluto valerſi, che „ inſerire la mandatali in altrettanti verſi, qual ſe non altro „ non può al certo eſser più fedele. I verſi ſon queſti.

„ *Plurimus hunc tumulum flos induat; inque recentem*
„ *Haud*

(183) De ea inſcriptione a nemine intellecta vide ſup. in Murat. not. 141. & pleniorem commentarium, qui ſeparatim σὺν Θεῷ dabitur.

(184) Vide ſup. in Murator. pag. 124. not. 157.

„ *Haud rubi horrentes, aegipyruſque malus;*
„ *Sed properent violaeque, & amaracus, & narciſſus,*
Vibie, & omnis humus te prope jam roſa ſit.

„ Ma in ſomma la controverſia, di cui abbiam quì par-
„ lato, e ſopra la quale il dotto Lettore dee dar ſentenza, è
„ queſta: ſe ſia più probabile che le parole, *& ſub aſcia dedica-*
„ *vit* vogliono dire, *e lo dedicò*, cioè lo miſe in opera *nuovo*,
„ e non per altri adoperato; ovvero, *e pregò gli eredi a tagliar*
„ *le ortiche, e le ſpine.*

XXXIIII. *Alexii Symmachi Mazochii Curae poſteriores.*

Haec habui, TANVCCI doctiſſime, quae ex diverſorum doctiſſimorum hominum ſcriniis tibi depromerem: quibus ſane integris recitandis facile ſuperſediſſem, ſi eo uſque recitationem proceſſuram providiſſem. Verum, quod invitus fateor, reſtant adhuc de meo pauca, quibus defatigatum te jam pergam obtundere. Sed dabis, credo, hanc veniam, ut hanc totam de Aſcia tractationem, ſatis hucuſque exaſciatam, nunc demum runcina & ſcobilla perpoliam. In quo mihi ſic temperabo, ut prædicta jam, nauſeanti non ingeram; nec morer pluribus. Tria ubi verba, pro totidem clauſulae noſtrae vocabulis, fecero; aenigma ſine Oedipo per ſe quemvis expliciturum confido; imo planiſſimae per ſe ſententiae aenigmatis larvam detractum iri.

CAPVT I.
De Dedicationis notione in re ſepulcrali.

I. *Sepulcra nullo rituali apparatu, ſed ſola corporis illatione dedicata & conſecrata fuiſſe.*

Ex iis quae in diatriba de Dedicationibus (quam recens tum domi natam Commentario *in mutilum Campani Amphitheatri titulum* olim inſerui) diſputata fuere, facile omnibus conſtare arbitror, *Dedicare* non id eſſe, quod vulgo perſuaſum habent, religioſis ritibus aliquid conſecrare, ſed ἐγκαινίζειν, quod Auguſtini aevo *Encaeniare* dicebatur; ut & nunc quoque, in hoc ſaltem Neapolitano Regno, *Incegnare* dicitur. Eam quidem notionem praeter allata ibi argumenta poſſem ſexcentis aliis confirmare, eamque diatribam, tunc quidem prae

ope-

operarum feſtinantia maturatam, duplo auctiorem efficere. Sed cui bono? quum, ſicui forte ibi dicta non ſatis erunt, nec tres Anticyras ei ſatis futuras ſperem.

Tradita ibi quoque differentia fuit inter *Dedicare* & *conſecrare* talis, ut, ſi vocabulorum proprietas ſpectetur, poſterius ad caeremonias pertineret, quibus templa conſecrabantur, illud alterum merum eſſet *encaeniare*. Etſi, quia in templis (aut ſiqua alia fuerunt καθιερώσεως δεκτικά) utrumque conjunctim peragebatur; inde fiebat ut in iis *Dedicare* interdum ad caeremonias (puta poſtem tenendi, verbaque praeeundi) referretur, & viciſſim *Conſecrare* ſaepiuſcule (praeſertim labente Latinitate) pro mero ἐγκαινισμῷ ſive primore (puta thermarum alteriuſve rei) uſu adhiberetur.

Ergo, uti dixi, tum *Dedicare* tum *Conſecrare* (praeſertim ubi de rebus, quae nullis praeviis caeremoniis ἐγκαινίζονται *encaeniantur*, agitur) ſunt plane ſynonyma, nec aliud, quam primam rei delibationem uſumque ſignificant. At videamus porro, utrum ſepulcra de eo ſint rerum genere, quae ex ritualibus Etruſcorum libris conſecrarentur. Gallis antiquariis (185) id quidem viſum fuit; imo ex iis Menetrierius & Auctor *de Relig. Gallor.* in Lugdunenſi cippo, quem hujus epiſtolae initio propoſuimus, videre ſibi viſi ſunt Sacerdotem in ſepulcri conſecratione occupatum. Quid ni autem? ſepulcra *religioſa*, imo & interdum *ſacra*, appellantur. Cur? niſi quia religioſis caeremoniis conſecrabantur? At longe eos ratio fugit, qui ſic opinantur. Reclamat ſcil. antiquorum de ulla caeremonia ſilentium (186). Imo & reclamat quantum eſt Romanae juriſprudentiae, ex qua diſcimus nullo alio rituali apparatu, quam ſola mortui illatione (187) ſepulcra

(185) In eo numero ſunt Menetrierius, ex Trevoltinis ſupra productis Aenêis; tum Mabillonius, Auctor de Religione Gallorum, & ſiqui ſunt alii.

(186) Feſtus in *Rituales* ait: *Rituales nominantur Etruſcorum libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur urbes; arae, aedes ſacrentur; quomodo tribus, curiae, centuriae diſtribuantur; exercitus conſtituantur, ordinentur; ceteraque ejuſmodi ad bellum, ad pacem pertinentia.*

(187) Sola inquam mortui illatione; quoties inhumaretur cadaver, non etiam cremaretur. Ceterum quum cremari cadavera uſus obtinebat; priuſquam in os mortui gleba injecta eſſet, locus ille ubi corpus crematum erat, religioſus non habebatur: injecta gleba, tum & humatus defunctus, & ſepulcrum eſſe, ac religione teneri incipiebat, ut a Cicerone in II. de legib. ſcriptum fuit. At ubi corpora non cremabantur, ſola illatio locum religioſum reddebat.

Itaque

pulcra *religioſa*, aut, ſi id mavis, *ſacra* (188) evaſiſſe.

Quae quum ita ſint; tum *dedicare*, tum & ipſum *conſecrare* de ſepulcris uſurpatum, aliud non eſt, quam ἐγκαινίζειν *encaeniare*. Quod ita eſſe, etſi abunde ex ſuperioribus colligitur; tamen diſertis elogiorum ἐπιταφίων tum & Legum teſtimoniis idipſum conficiam. A *Dedicandi* verbo ordiar; deinde de *Conſecro* & *Conſummo* tantumdem demonſtraturus.

II. Dedicare ſepulcrum *tantumdem eſſe, quod* encaeniare *ex titulis epitaphiis conficitur; unde non antea intellecto Pomponii J. C. loco lux affunditur. Pomponius cum Paullo & cum obſcura prius Juſtiniani Deciſione collatus. Quantopere ſcripti lapides legibus opitulentur.*

Sepulcrali Dedicationis notioni ex titulis fidem facturus ordiar ab Romano lapide, quem affert Sponius in Miſcell. erud. Antiq. initio pag. 292. DIS. MAN. L. APPONIVS. L. F. PVBL. (i. e. *Publiliâ tribu*) GLABRIO. VIVVS. FECIT. DISTIG. (*diſtigum* pro *diſtegum*) CVM. LIBERIS. COM. (*commune*) DED. (*dedicavit* aut *dedicatum*) KAL. APRIL. P. CORNELIO. SCIPIONE. AFRICANO. ET. T. SEMPRONIO. LONGO. COS. Conſulum quidem collegium (quod pertinet ad an. V. C. 560. i. e. octavum ab exitu alterius belli Punici) magnam lapidi antiquitatem ex Sponio conciliat. At contra ego non temere ſuſpicor, ſero ſcalptum fuiſſe, & quidem ſub impp. alterius aut tertii ſaeculi. Id quidem tum ex orthographia, in qua nullum eſt antiquitatis tantae veſtigium (189) liqui-

Itaque Inſtitutionum lib. 2. tit. 1. De rer. diviſ. §. 9. Juſtinianus ſic poſuit: *Religioſum locum unuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum.* Quae ſunt ipſiſſima Marciani J. C. (ex lib. III. Inſtit.) verba in l. 6. §. 4. eod. tit. Apud Feſtum lib. XVI. Gallus Aelius *religioſum ſepulcrum ubi mortuus ſepultus aut humatus ſit; ſatis conſtare ait*. Nec eſt aliud magis in legum libris decantatum, quam ſola illatione reliquiarum ſepulcra religioſa evadere, ante illationem loca pura eſſe: cenotaphia ob eandem rationem, quia cadavere vacua, religione non teneri divi Fratres reſcripſerunt: & alia multa eodem ſpectantia.

(188) Nihil frequentius tum in Auctoribus & legibus Romanis, tum maxime in antiquis titulis, quam ſepulcra *ſacra* vocari, & locis ſacris accenſeri. Hinc illud ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος, quod in Graecis elogiis non raro reperitur. Hinc quoque in iiſdem ſaxis ſepulcra ἀφιεροῦσθαι & *conſecrari* ſexcenties dicuntur. Vide infra hoc eodem capite in verbo *Conſecro*. Certe ſepulcris originem ſuam templa debere, volunt Euſebius, Lactantius, Clemens Alex.

(189) Certe antiquitus ſcribebatur

liquido conſtat, tum etiam ex eo, quod antiquitus priori conſuli alter ſine copula ET ſubnectebatur. Itaque ſi Sponius ipſe ſuis oculis ſaxum vidit deſcripſitque (ceteroqui ſcio reperiri plures ad fallendum idoneos, qui elaborata ab ſe elogia pro antiquis venditant, & os ſublinere ἀρχαιολόγοις in deliciis habent) verum ſi genuinus eſt titulus, is inter inſcriptiones reſtitutas eſt referendus, cujuſmodi exempla aliquot habeo. Itaque inventum puto aliquem ſub Caeſaribus, qui ad rei antiquae memoriam ad poſteros tranſmittendam id ſcalpſerit, aut alioqui vetuſtam inſcriptionem cum ſui temporis orthographia renovaverit.

Jam vero Reineſius Cl. IX. num. 61. Romanum epigramma in via Nomentana affert hujuſmodi: CINERIBVS. GEMELLAE. TORQVATAE. ORNATRICIS. AVGVST. SEX. SERVILIVS. TORQVATVS. DISPENSATOR. H. M. F. ET. SIBI. DEDIC. K. IVNIAS. SEX. GLABRIONE. ET. C. OMOLLO. VERIANO. COS. Is eſt annus Chriſti 152. Eamdem inſcriptionem recitat & FleetWoodus pag. 195. ubi VERIONE pro VERIANO poſuit. Verum ſive *Veriani* ſive *Verionis* nomen in hoc conſule novum eſt. Adde quod ORNATRICIS & DISPENSATORIS miniſteria erant ſervilia, non ingenuorum: de quo vide Fabrettum pag. 294. Poſtremo ex Pyrrhi Ligorii ſcriptis (quem quidem hujuſmodi fallaciarum manifeſtum millies deprehendi) eam inſcriptionem Langermannus deſcripſerat; quam proinde νοθείας valde ſuſpectam arbitror.

Sed & apud FleetWoodum pag. 373. Mediolani tumulum hunc Chriſtianum reperio

A ☧ Ω

Cervia. quae. fidei. vexit. fundamina. ſeclo
Terdenos. aevo. binos. quater. attulit. annos
Laeta. doliq. expers. culpa. procul. impigra. honeſta
Aſtrigeram. ſecat. alma. viam. coeloque. recepta
Hic. vitae. metas. et. inania. membra. reliquit
Ded. pridie. nonas. Januarias.

Sed valde vereor, ne in lapide, pro DED. fuerit DEP. (i. e. *depo-*

batur APONIVS (P non geminato) POPL. aut ſaltem POVBL. Deinde VIVOS non VIVVS. Et FECET pro *fecit*. Et LEIBEREIS aut ſaltem LIBEREIS pro *Liberis* &c. Littera P ad Graecum Γ proxime accedebat, &c.

depoſita) quod eſt in Chriſtianis tumulis oppido frequens. Etſi *dedicationis* ſepulcri notio, pro qua decertamus, belle cum *depoſitione* convenit: de quo nolo heic plura dicere, alia in exercitatione dicturus.

Et hactenus quidem ſuſpectos teſtes produximus. Ultro id, vel nemine accuſante, profiteor. Utinam omnes pari ſtudio veritati litarent. Verum inſtar omnium erit lapis Veronenſis, quem ex Sarayna & Panvinianis affert Gruterus pag. 790. 8. P. IVLIVS. APOLLONIVS. SIBI. ET. ATTIAE. VALERIAE. CONIVGI. OBSEQVENTISSIMAE. VIVVS. PARAVIT. EIVSQ. CORPVS. (cod. Redii habebat EIVSQ. DEI. CORPVS. an quia lapis ferebat integrum EIVSQVE, unde ob fugientes litteras deſcripſerint EIVSQ. DEI?) IN. ARCA. CONDIDIT. ET. LOCVM. SERVIO. DEDICAVIT. Penultima vox SERVIO jam olim mihi ſuſpicionem injecit, fuiſſe in ſaxo SEVIO pro *ſe vivo*; quod & Gudius credidit. Sed malo, ſcriptum in cippo fuiſſe SEPVL C; deinde ob evanidam ſcripturam, litteras P, L, C, ſic acceptas fuiſſe, quaſi ſi eſſent hae affines R, I, O. Nihil verius, etiam Grutero judice. Quid autem in hoc epitaphio ſibi vult *locum ſepulcri dedicare*? ritualem dedicationem, inquis. Sed jam initio demonſtravimus nihil rituale in ſepulcri ἐγκαινίοις interveniſſe. Si id vero inſcriptio deſignaret, cur Apollonius prius conjugem condidiſſet, ac deinde locum ſepulcri dedicaſſet? Quod erat ὕστερον πρότερον. Verum quid moror? illatio corporis, ea demum dedicatio fuit: *corpus*, inquit, *in arca condidit, &* (ſic demum) *locum ſepulcri dedicavit i. e. encaeniavit.* Duae ſunt aliae hujus, quam modo produxi, geminae planeque germanae inſcriptiones, ſed cum *aſciae* additamento: quas opportunius cap. 4. producam.

Quam notionem *dedicati* ſepulcri recitata modo inſcriptio ingerit, eſt illa quidem luce meridiana clarior: ſed hoc inſuper commodi affert, quod obſcuro juriſconſulti Pomponii loco lucem eximiam affundit; cujus loci intelligentia viris clariſſimis huc uſque latuit. Ergo *l.* 61. *D. de pactis* Pomponius lib. IX. ad Sabinum ait: *Nemo paciſcendo efficere poteſt, ne ſibi LOCUM SUUM DEDICARE liceat; aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat*. Cujus quidem legis ignorata hucuſque φρασεολογία miras interpretibus tenebras offudit.

Ac primum in eo falluntur, quod *Locum* heic tantumdem

putant

putant eſſe, quod fundum (190) quod eſſe falſiſſimum, Ulpianus oſtendit, l.60.D. *de verb.ſignif.* ait enim: *Locus eſt, non fundus, ſed portio aliqua fundi*, & quas ibi plures addit utriuſq. vocis differentias (191). Sed miſſo Ulpiano, millies in inſcriptionibus Locus pro ſepulcro accipitur, ut apud Grut. 861.13. *Hoc monimentum. ſive locum. ſiquis. vendere. vel. donare. voluerit. inferet* &c. Sic enim dicitur *monimentum ſive locus*, ut *monumentum ſive ſepulcrum eſt*. Sed quid attinet ejus notionis exempla afferre, quæ eſt in inſcriptionibus (192) paſſim obvia?

Sed

(190) Quotcumque vidi viros graviſſimos in hunc locum commentantes, omnes ad unum *locum* heic pro fundo acceperunt. Ut ecce Gerardus Noodt *lib. ſing. ad Edictum Praet. De pactis* &c. *Sit igitur*, inquit, *talis ſpecies. Aliquis fundum ſuum vendidit, hac lege, ne emptor eum dedicaret* &c. Mitto quod non doceat, quid ſit *dedicare*: illud interim conqueror, quod fundum intelligit, quem Pomponius *locum ſuum* h.e. monumentum appellavit. Eademque allucinatio in omnibus, quicumque hanc legem tetigerunt, invenitur.

(191) Ut illud quod in eadem lege reperitur; *Non etiam magnitudo locum a fundo ſeparat, ſed noſtra affectio*. Item illud. *Sed fundus quidem ſuos habet fines, locus vero latere poteſt, quatenus definiatur*. Quae, ſi eſſet argutandi libido, poſſent ad ſepulcri locum trahi. Ut ecce illud prius *Non magnitudo . . . , ſed noſtra affectio*, quo pacto illuſtrari poſſit vide infra not. 193. Jam quod ſequitur: *Fundus ſuos hab. fines, locus lat. pot. quat. definiatur*: id eo pertinere poteſt, quod ſepulcri locus ante illationem non ſolet definiri, quouſque protenditur: at illato corpore, tum demum quouſque religio pertineat, definitur, id quod & in titulis notari ſolet. Verum haec meras argutationes haberi volo. Fort. enim iſta Ulpiani e dialecticor. potius tunc temporis ſubtilitatibus ſunt profecta.

(192) Sic apud Grut. 507. 12. LOCVM. CONSECRAVIT. pro *ſepulcrum dedicavit*: vide quae mox dicentur de uſu verbi CONSECRO. Sic 862. 5. LOCVM. *conſecraverunt. ſibi. et. C. Caecilio.* & 800. 9. & alibi ſaepiſſime. Apud Fabrettum pag. 53. n. 309. LOCVM VIRGINEM eadem notione qua ibid. n. 308. MONVMENTVM VYRGINEM (ſic) & n. 307. OLLAE VIRGINES. In eod. Fabretto a pag. 153. ad 161. plurimos titulos invenies, in quibus LOCVS idem quod *monumentum* ſive *ſepulcrum*. Vide Reineſ. VIII. 65. XII. 68. XIV. 191. XVII. 169. XVIII. 31. XX. 178. 289. & alia ὅσα ψάμμος. Vide etiam heic ſupra pag. 128. not. 163. inſcr. Reineſianam: LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS. &c. Atque hinc credo eſt, quod in vetere Onomaſtico verbum LOCO tantumdem eſt quod Θάπτω i.e. *ſepelio*.

Haec dum ſcribo, objecit mihi vir doctiſs. idemq. amiciſs. Agnellus Vaſſallus Cai legem 7. D. *de relig. & ſumpt. fun.* ex qua inter *ſepulcrum* & *locum* intereſſe videatur. Ei dum reſpondeo, ſimul duplicem legis illius ſpeciem producam. Prior ſic concipitur. *Is, qui intulit mortuum in alienum locum, aut tollere id, quod intulit; aut loci pretium praeſtare cogitur per in factum actionem, quae . . perpetua eſt*. Quae ſunt plana, nec quemquam morantur. Altera ſpecies ſequitur: *Adverſus eum, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulerit, utilem* (in Baſil. ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινουμένην i. e.

intra

Sed omnium inſtar ſit inſcriptio Gruteriana pag. 807. 12. (quae integra dabitur infra num. III. ubi de *Conſecrandi* verbo in ſepulcralib.) in qua *Memiſianae* cuidam maritus LOCVM CONSECRAVIT. Nam, ut ibi oſtendetur, *Conſecrare* non minus quam *Dedicare*, in ſepulcralib. eſt *encaeniare*. Ergo *conſecrare locum uxori* eſt ibi idem, quod apud Pomponium *ſibi locum ſuum dedicare*.

At heic notandum, quod non ἁπλῶς *Locum* heic dixit Pomponius, ſed *Locum ſuum*: in quo pulchra ineſt ſepul-

intra annum inſtituendam) *actionem in factum Proconſul dat: quia non proprie VEL IN SEPVLCHRVM VEL IN LOCVM alterius, intuliſſe dici poteſt*. Vides, inquit vir Cl., aliud eſſe *ſepulcrum*, aliud *locum*. Atqui, inquam, quid inter Cai loquendi genus, & illud in inſcriptionib. πολυθρύλλητον HOC MONVMENTVM SIVE SEPVLCRVM EST differt? An ergo ex hac formula inter *monumentum* atque *ſepulchrum* diſcrimen adſtrues? Difficile ſane eſt duo quaelibet συνώνυμα invenire, quae prorſus eamdem vim habeant; & inter quae nihil prorſus diſcriminis grammatici veteres, aut dialectici agnoverint. Ut ecce *ſepulcrum* & *locus* quamvis uſu ſint ſynonyma; tamen hoc illo γενικώτερον eſt. Hinc illae olim in juriſconſultor. formulis (ut hodie in tabellionum noſtrorum inſtrumentis) ſynonymorum συναγωγαί; ne ſi forte vel unum ex iis omiſiſſent, captioni locus daretur. Ea vero ſynonyma ope disjunctivar. particular. unum ſuper aliud inculcabantur; ut MONVM. SIVE SEP. & heic *vel in ſepul. vel in locum*.

Quid quod particula VEL in Jure nonnumquam non eſt disjunctiva, ſed ἐξηγητική? Non aliam certe vim habet l. ult. C. *ubi & apud quem cognit.* illis verbis: *Ut etiam apud compromiſſarios judices, VEL* (ubi VEL tantumdem quod ideſt) *arbitros ex communi ſententia electos*.

Verum age, largiri volo, Cajum in d. l. 7. *de relig. & ſumpt.* ſun. aliquid diſcriminis inter *ſepulcrum & locum* agnoviſſe. Eritque ſane diſcrimen tale, quale in verbis Edicti apud Ulp. l. 2. §. 2. eod. tit. ubi *Praetor ait: Sive homo mortuus, oſſave hominis mortui, in LOCVM purum alterius, aut in id SEPVLCHRVM, in quo jus non fuerit, illata eſſe dicentur; qui hoc fecit, in factum actione tenetur*. Heic enim ex verbis ipſis Edicti colligitur LOCVM & SEPVLCRVM non uſurpari ut ſynonyma: imo & Ulpianus §. 4. & 5. ibi definit, quid intelligatur *locus* quid *ſep*. Sit ergo, per me licebit, diſcrimen idem apud Cajum in d. l. 7. Quid tum poſtea? an continuo ſequitur, in aliis ſexcentis inſcriptionibus, imo & legibus τὸ LOCVM a ſepulcro differre? caelum terrae commiſceatur prius, quam ut hoc aſſentiar. Poſtremo vel ſi eouſque inſanire libeat, ut dem hoc etiam; at Pomponii certe τὸ LOCVM SVVM non aliud, quam quod dixi, ſignificat: quod nemo negabit, qui ex bono & aequo haec aeſtimare volet; quique & ad παράλληλον Paulli legem, & ad τὸ SVVM (tum in Pomponio, tum Marciano & Inſtit.) animum adjecerit; & ad inſcriptionem Grut. 807. 12., in qua uxori maritus LOCVM CONSECRAVIT, quod eſt idem ac *dedicavit*.

Verum in eadem Cai l. 7. cur qui in alterius arcam infertur, is in illius locum non infertur? An quia ea arca extra ſepulturae illius locum in hac ſpecie fingitur? Sic prorſus exiſtimo.

pulchri περίφρασις legibus uſitata, ut in Inſtitutionibus lib. 2. tit. 1. §. 3. *Religioſum locum unuſquiſque voluntate ſua facit, dum mortuum infert in locum ſuum*. Id vero additamentum duplicem vim habet; primum, quia in locum alienum inferendo, ſacrum non efficiebat: deinde quod quum is, qui ſibi ſepulcrum exſtruxit, ex omnibus bonis ſuis eum ſibi tantum *in domum aeternam* (uti loquebantur) locum reſervarit; merito ἐμφατικῶς *locus ſuus* Pomponio appellatur. Vide Gruterianam inſcriptionem (193) pag. 817. 3. Sed prius illud verius eſt. Quamquam quid multis opus eſt, quum, quid heic Pomponius *loci ſui* nomine intelligat, Pomponianæ germana altera Paulli (ex *lib. 27. ad Edictum*) lex 11. D. *de religioſ. & ſumpt. funer.* planiſſime doceat? *Quod ſi LOCUS MONUMENTI* (ait ibi Juriſconſultus) *hac lege venierit, ne in eum inferrentur, quos jus eſt inferri, pactum quidem ad hoc non ſufficit, ſed ſtipulatione* (poenali ſcil.) *id caveri oportet*. Vides ut in eadem re ac ſententia, quod unus *locum ſuum*, alter *locum monumenti* appellavit.

Altera Doctorum hallucinatio eſt in intelligentia illius φρασεολογίας *DEDICARE locum ſuum*, dum hi (194) quidem ad locorum publicorum dedicationes id referunt; illi effectum dedicationis pro ipſa dedicatione accipiunt, dum interpretantur *Religioſum facere, aut alias juri humano eximere* (195). Verum hoc, uti dixi, dedicationis effectus eſt, cujus effecti cauſa dedicatio ipſa eſt, quae tandem quid ſibi velit, docendum erat. Atqui apud Pomponium heic *Dedicare locum ſuum* aliud

(193) Ea eſt affixa hujus Neap. Seminarii Archiep. parieti, qui ſolem orientem ſpectat, & ſic habet: D. M. GN. POMPEIVS. EVPHROSYNVS. ET. IVNIA. GEMELLA. VXOR. EX. BONIS. SVIS. HOC. SIBI. SVMPSERVNT. Quae inſcriptio videbatur lucem afferre Ulpiani *l. 60. de verb. ſign.* verbis modo productis not. 191. ubi inter loci & fundi differentias hanc poſuit: *Non etiam magnitudo locum a fundo ſeparat, ſed noſtra affectio*.

(194) Dionyſ. Gothofredus ad d. Pomponii legem ſic breviter notat: *Dedicationes locorum fiebant autoritate publica, vel principis;* *l. 9. §. 1. de rer. diviſ. l. 8. de religioſ.* Atqui lex 9. *de diviſ. rer.* quam citat, loquitur de publicorum locorum dedicationibus, non de ſepulcris. Aut quis unquam ſomniavit, ſepulcra aeque ac templa autoritate publica vel principis dedicanda eſſe? Altera lex 8. *de religioſ.* quam citat Gothofr., nihil huc attinet.

(195) Sic Merillius ad tit. de ſervitutibus (to. 3. theſ. Ottoniani pag. 648.) hanc Pomponii ἔννοιαν interpretatur. Imo nec aliter Tribonianus id expoſuit *l. ult. C. de pact. inter emtorem*, quam conſtitutionem mox expendemus.

aliud non erat, quam quod in allata modo inſcriptione LOCUM. SEPULC. DEDICAVIT: hoc vero idem plane, quod in eodem elogio antecedit συνωνύμως CORPUS. IN. ARCA. CONDIDIT. ET (ſic plane) LOCUM. SEPULC. DEDICAVIT.

Eſt ergo *dedicare locum* tantumdem quod in locum adhuc purum primo mortuum inferre; cujus conſequens eſt, ut locus ille ſtatim religioſus, imo & ſacer evadat. Vel ſine productae inſcriptionis ſuffragio, ipſe Pomponius ſatis hanc dedicationis notionem declaravit in eo, quod ſubjecit: *Aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat*: id enim niſi gloſſema eſt Pomponio adſutum (196) aut ἐπεξήγησις non inuſitata his ſcriptoribus; at certe ſimile & ὁμογενὲς priori erit. Deinde & παράλληλος Paulli lex, quam modo in medium afferebamus, τὸ DEDICARE Pomponii expreſſit per haec συνώνυμα *inferrentur*, & *inferri*.

Verum quid cum doctoribus noſtris expoſtulo, quos immenſus hiatus temporum ab aevo antiquae juriſprudentiae ſeparat: quando ne Iuſtinianus quidem (ſive potius praeclarus ille, uti volunt, univerſi veteris juris interpres & ἐπανορθωτὴς *corrector* Tribonianus) quidquam in recitato Pomponii loco vidit? Sane inter celebres quinquaginta Juſtiniani deciſiones (quas Merillius a ſe illuſtratas in unum volumen compegit) ſexta & quadrageſima illa eſt, qua veterum juriſc. pugnas in ea pacti ſpecie, de qua Pomponium & Paullum modo reſpondentes induximus, ſedare ſibi viſus eſt Juſtinianus Aug. Ea eſt lex ult. C. *de pactis int. emptorem, & venditor. compoſ.* quam lubet particulatim expendere. *Siquis*, inquit, *ita paciſcatur in venditionis, vel alienationis contractu, ut novo domino nullo modo li-*

(196) Non levis certe ſuſpicio mihi erat, illud *Aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat*, e Pomponii manu non eſſe, quum videatur mera interpretatio ejus, quod dixerat *locum ſuum dedicare*. Et certe Pomponii aevo nemini obſcurum eſſe poterat, quid ſibi vellet ea locutio. At poſteriore aetate, quum id tantum eruditi caperent, fuit, credo, aliquis ſciolus, qui non obviae phraſeos interpretamentum aut orae adſcriberet, aut, uti fit, in ipſo textu ſuperne ſcriberet. Id jam poſtea in textum Pomponii receptum fuit.

Verum eam conjecturam damno, atque a me prorſus abdico; neque id ſolum propter πανδέκτης Florentini auctoritatem, verum etiam quia inter duas illas ῥήσεις aliquid diſcriminis, quod alteram ſpeciem conſtituat, agnoſco. Nam prius illud *Ne ſibi locum ſuum dedicare liceat*, ſignificat *per ſui ipſius illationem ſep. encaeniare*: alterum *aut ne ſibi in ſuo ſepelire mor. lic.* pertinet ad alterius mortui illationem. Horum prius ex iis evidentius conſtabit, quae infra cap. IV. dicentur de dandi caſu poſt verbum *Dedico*, quam vim habeat: ut heic *Dedicare ſibi*, eſt *ſuomet illato corpore encaeniare*.

do liceat in loco vendito, vel alio modo ſibi conceſſo monumentum exſtruere, vel alio modo humano juri eum eximere. Vides quanta in paucis verbis veteris juris inſcitia. Primum in eo labitur, quod *locum* in Pomponii textu idem putavit eſſe quod fundum: nam ſi Tribonianus Pomponii *τὸ locum ſuum*, id quod erat, pro monumento ſive ſepulcro accepiſſet, quantae ineptiae fuiſſet hanc pacti ſpeciem comminiſci, *ne in monumento monumentum exſtruatur*? Deinde quis umquam ſomniavit, ſola monumenti exſtructione locum reddi religioſum, ſive, quod idem, eſt *juri humano eximi*? Sane antea didiceramus, monumenta, in quae nullus dum illatus fuit, loca pura eſſe, ſolaque mortui illatione juri humano eximi. Nunc bene eſt, quod admirandus cenſor non tantum vetera jura (*quaſi quom una multa jura confundit cocus*, Moſtel. act. 1. ſc. 3. 120.) ſed & ſollemnium juris vocum notiones confundit. Pergit Deciſio: *Sancimus, licet hoc apud veteres dubitabatur, &c.* Inter Pomponium quidem & Paullum optime convenit: ceteros, ſiqui forte fuerunt, qui ab his abiiſſent, non tam aetas nobis, quam Tribonianus invidit. Ceterum quando de veterum in ea ſpecie diſcidio narras; cur o bone ex duabus pugnantibus inter ſe ſententiis, ejus quidem, quam improbas, Pomponium & Paullum auctores in tuo πανδέκτῃ producis; alterius vero, quam unice amplecteris, nullum auctorem, reſponſum nullum Digeſtis intexuiſti? praeclaram legum conſarcinationem, in quam ea comportes, quae eodem tempore (197) reprehendis: omittas, quae miraris! Porro in eo, quod ſequitur, vix eſt ut ſani aliquid deprehendas. *Sancimus*, inquit, *licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex noſtra lege eſſe fovendum, & immutilatum permanere. Forſitan enim multum ejus intererat, ne ei vicinus non ſolum quem nollet, aggregaretur, ſed etiam pro quo ſpecialiter interdictum eſt. Quum etenim venditor, vel alter alienator non alia lege ſuum transferre paſſus eſt, niſi tali fretus conventione, quomodo ferendum eſt, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione.* Atque heic non poſſum Doctorum noſtrorum miram perſpicaciam non admirari, qui aut iſta tamquam planiſſima prae-

(197) Vide Merillii praefat. ad eas L. deciſiones, ubi ex deciſionum ſubſcriptionibus oſtendit, eas fuiſſe editas eo triennio, quo Pandectarum συναγωγῇ vacatum fuit. Et quidem haec, qua de agimus, altero ejus triennii anno prodiit, nim. prid. kal. Nov. poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis.

praetervehuntur ; aut , ſi interſantur', οὐδὲν πρὸς Διόνυσον . Quum mihi contra quid heic ſibi velit Deciſor , qui intelligit , nae is nihil intelligere videatur . *Multum* , ait , *ejus intererat* , *ne ei vicinus*, *non ſolum quem nollet* , *aggregaretur* (198) *&c.* Praeclara αἰτιολογία ! quid enim hoc commune habet , cum eo, quo de initio propoſuerat ? At credo equidem Tribonianum dum pactum iſtud *immutilatum fovet* ; ſuam ipſum conſtitutionem interim mutilaſſe, ac *laceram crudeliter ora*, *Ora manuſq.ambas* in codicem retuliſſe . Longior certe ea conſtitutio, ſive ut appellant , Deciſio fuit , qua non tantum complectebatur novus legislator prius pacti genus Pomponianum de mortuo non inferendo , ſed & alterum , quod in eodem Pomponio ſequitur, de praedio, vicino invito, non alienando (199). Utrumque, inquam, pacti genus Tribonianus ea conſtitutione immutilatum fovit; quae quia mutila (Triboniani ne incuria , an quo alio fato ?) codici intexta fuit ; idcirco poſterioris legis capitis αἰτιολογία cum priore capite foede coaluit , perinde ac ſi *Humano capiti cervicem pictor equinam* junxiſſet . Nihil verius . Tum nihil magis uno eodemque ſpecimine craſſam Graeculi Legislatoris ſupinitatem in Pandecte ſimul, & Codice compilando prodit.

Pudet, BERNARDE doctiſſime, me Themidos ſacris minime initiatum νομικὰ iſta pluribus ediſſeruiſſe , maxime apud Te , qui omnium conſenſu tum ceteras diſciplinas, tum in primis quidquid eſt interioris & reconditae juriſprudentiae veteris in numerato habeas . Sed ut ait ille, ita res erat : faciundum fuit . Idque eo vel maxime , quod evellenda , quacumque poſſem , mihi videbatur quaedam praejudicata opinio , quae jam dudum inveteravit , atque in complurium mentibus alte radices egit . Nempe ajunt , antiquitatis cognitionem , & antiquitus ſcriptorum lapidum peritiam eſſe laſcivientium ingeniorum otioſiſſimam occupationem , cui tanquam ad Sirenum ſcopulos peſſime affixi haereant adoleſcentes , ii maxime , quos legum ſacratiſſimarum ſtudium manet . Fateor , optime TANVCCI , me iſtius cenſoriae notae ſeveritatem uſque adeo reformi-

(198) Suſpicabar *aggregari* heic verbum ſepulcrale eſſe , ex Hebraeorum proprietate petitum , apud quos qui decedunt , ad patres ſuos aggregari dicuntur . Sed non puto Tribonianum tam ſublime ſpectaſſe.

(199) *Nemo* (ait ibi Pomponius) *paciſcendo efficere poteſt* , *ne ſibi locum ſuum dedicare liceat*, *aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat* , *aut ne vicino invito praedium alienet.*

formidaſſe, ut & quae talia in forulis opuſcula affecta habeo, preſſerim adhuc, premamque porro; & hanc ipſam ſcriptionem, quae Te nunc auctore ex tempore emittitur, ſpiſſiorem opinione mea jam evaſiſſe pigeat: quod ne fieret, providi initio diligentiſſime, ut qui ad ceterum brevitatis ſtudium hoc inſuper adderem, uti quam minimas characterum formas eligerem, ut ſi non re, at mole certe plurimum ex hoc libello decederet. Sed quando huc evaſit oratio: a cenſoribus iſtis ſciant, utrumque noſtrum, BERNARDE, quam longiſſime diſſidere, ac ſic ſtatuere, nihil aeque Romani juris ſtudioſo fructuoſum atque adeo neceſſarium eſſe, quam antiquitatis, ac praecipue veterum epigrammatum intelligentiam; ſicut & legum viciſſim ſcientia plurimum antiquis titulis lucis affundi: itaque haec duo ſtudia, ſi quod aliud, apta inter ſeſe eſſe & connexa. Poſſem heic laudare innumeras leges, Senatuſconſulta, plebiſcita, decreta, teſtamenta, principum diplomata, ſtipulationes, pacta, foedera, leges operi faciundo dictas; & plura talia in ſaxis, aut aere adhuc exſtantia, tum ſepulcrorum jura, magiſtratus, dignitates, officia domus Auguſtae, jura manumiſſionum, ſollemnes formulas, & ſexcenta hujuſmodi, quæ ſive non aliunde, quam ex inſcriptionibus tenemus, ſive lucem inde mirificam mutuantur. Sed quis finis futurus eſſet? Ipſae ſane pandectarum, & elogiorum veterum locutiones ſunt inter ſe germanae: utrobique ſermo eſt plane ἰδιωτικός, ſed is character longe plus in antiquis titulis emicat. Nec facile alibi id dicendi genus ferme reperias. Verùm ne longius digrediar; quantulum hoc eſt, quod heic nunc de ſepulcrorum *dedicatione* ſcribimus! & tamen quantum hinc legibus lucis affertur! olim quum *de dedicationibus* univerſe Diatribam Commentario *ad mutilum Camp. Amphith. titulum* pro re nata intexuiſſemus, memini me plures legum locutiones antea ignoratas(200) in apertum protuliſſe. Etiam in iis quae dicenda reſtant, ſpero me hujus rei ſpecimina editurum, ac leges aliquot multo illuſtriores redditurum. Reliquum illud eſt, TANVCCI, ut quoniam com-

(200) Ac ne ab hoc ipſo verbo *dedicandi* diſcedam; ibi pag. 83. 84. planiſſime expoſitum fuit, quid ſit Paulli (l. 19. D. *de in rem verſo*) *Dedicare togam in funus*: quid in XII. tab. apud Gaium (l. ult. D. *De litigiis*) *Rem in ſacrum dedicare*: quid Marcelli (l. 12. D. *de cur. fur.*) *Rem furioſi dedicare*: quid apud Ulpianum (l. 64. D. *de adquir. rer. dom.*) *In cenſum dedicare*, quod male ibi *deducere* legitur.

compertum eſt, eadem Te omnia ſentire (ut qui tum in omni antiquitate, tum etiam in elogiorum veterum cognitione multus reperiare) eamdem de hoc litterarum genere exiſtimationem ceteris vel invitis ingeras atque inſtilles; ut tandem adoleſcentes de hiſce antiquitatis deliciis praeclarius aliquid ſentire conſueſcant. Id vero ſub tanto REGE facillimum erit, qui de litteris univerſis quum ſit optime meritus, vetera monumenta tanto in honore habet, quanto olim Croeſus ille auri laterculos. Itaque & terrae viſcera, pluſquam aruſpex alius exta, ſedulo rimatur, ſiquod litteratum marmor ſe prodat ad illuſtrandam antiquitatem idoneum: & quae plura ſane feliciſſimo Regum fors obtulit, ea auro contra cara habet. Utinam ad tantam noſtrorum temporum felicitatem hic etiam cumulus accedat; uti REX optimus edicto vetet, ne poſthac ſaxa, aera, & quidvis aliud antiquitus ſcriptum, opificum barbarie & inſcitia frangantur, conflentur, aut aliunde depereant. Nam quanti eſt hoc probri ac dedecoris, non in remotis tantum regni horum cimeliorum feraciſſimi provinciis, ſed in ipſis regni faucibus, Capuae amphitheatrum Romani aemulum ad ſtruendos viarum aggeres quotidie everti; antiquos vero titulos tum alibi, tum etiam in hac ipſa Regia urbe ab inficetis hominibus (quos Scythica propagine ſatos ſuſpicor) labefactari? Quod genus hominum ad perdenda pulcherrima natum, utinam, expoſtulante me, REX harum rerum amantiſſimus (qualem nimirum Magni illius LVDOVICI pronepotem decet) aliquando injecto freno contineat. Verum de his jam plura fortaſſe, quam erat mearum partium.

III.

Nec aliud quam encaeniandi *notionem ſubeſſe* conſecrandi & conſummandi *verbis, planiſſime oſtenditur.*

Venio nunc ad *conſecrandi* verbum; quod non tantum de aedibus ſacris, verum etiam de aliis quibuſcumque aedificiis uſurpavit Spartianus Hadriano cap. 19. *Romae inſtauravit Pantheum, Septa, baſilicam Neptuni, ſacras aedes plurimas, forum Auguſti, lavacrum Agrippae: eaque omnia propriis & veteribus nominibus CONSECRAVIT.* Num ergo *ſepta, forum Auguſti, lavacrum Agrippae* ſacris caeremoniis, aeque ut templa ſacrabantur? Non puto: nec enim inter res ſacras (201) nume-

(201) Sacra haec tantum enumerat Aldus Manut. in ultimo *Quaeſitor. per epiſtolam*, ubi de *ſacro, ſacroſancto, ſancto & religioſo* ac-

merabantur. Verum quia templa quo tempore conſecrabantur, eodem & dedicabantur ſive encaeniabantur, hinc ea κατάχρησις, ut *conſecro* pro *encaenio* poneretur, non tantum in ſacris aedibus, ſed late per omnia graſſata fuit.

Verum age, largiamur ſane (id quod videtur ceteroqui falſiſſimum) ſed largiamur *conſecrandi* verbum, ubi de thermis, foro, ſeptis &c. agitur, ritualem ἀφιέρωσιν *conſecrationem* arguere. Eritne idem de ſepulcris judicium? minime: quippe quae ſola corporis illatione ſacra evadebant, uti ſupra demonſtravi-

ſo accurate agitur! *Sacra vero*, inquit, *dicitur aedes, ara; ſacer lucus, mons; ſacrum ſaxum, lignum; quorum ad conſecrationem civitas conſenſit*. Infra: *Proprie vero ſacra ara dicitur, ſacer lucus, ſacrum ſaxum: quia deo dicata caerimoniis & publico civitatis inſtituto*.

Sed tamen videri poſſit aliud ſub Caeſaribus obtinuiſſe; ſub quibus *loca publica* videntur ſacra evaſiſſe, ubi ea Princeps dedicavit, aut is, cui princeps dedicandi dedit poteſtatem. Etenim Ulpianus (lib. 68. ad Edict.) l. 9. D. *de diviſ. rerum* ſic ait: *Sacra loca ſunt, quae publice ſunt dedicata, ſive in civitate ſint, ſive in agro. Sciendum eſt, locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, quum princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit poteſtatem.* Et certe quum ex inſcriptionibus conſtet, thermas, theatra, amphitheatra a principibus non raro dedicata fuiſſe; quis dubitabit, ea poſt dedicationem ſacra evaſiſſe?

Sed tamen aliud ſuadet Marcianus in l. 6. §. 3. tit. eod. ubi videtur ſacras res unice ad aedes ſacras reſtringere. Ejus verba ſic habent: *Sacrae autem res ſunt hae, quae publice conſecratae ſunt, non private. Siquis ergo privatim ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt ſed profanum. Semel autem AEDE ſacra facta, etiam diruto aedificio, locus ſacer manet*. Vides profecto non aliud ſacri loci nomine venire, quam aedem ſacram; theatra autem amphitheatra &c. humani, non divini, juris eſſe. Quando autem haec ab impp. *dedicata* legimus, non erat illa ritualis dedicatio, ſeu conſecratio, ſed mera encaeniatio ſollemnis. Facit huc eadem Ulpiani ſupra citata lex 9. §. 2. *Illud* (inquit ibi Ulpianus) *notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locum, aliud ſacrarium. Sacer locus eſt, locus conſecratus. Sacrarium eſt locus, in quo ſacra reponuntur: quod etiam in aedificio privato eſſe poteſt. Et ſolent qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde evocare.* Itaque ubi in ſupra dicta l. 9. Ulpianus ait, *locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, quum Princeps eum dedicavit*, videtur non quemlibet *locum publicum* (puta theatra, thermas &c.) intelligere; ſed quatenus diſtinguitur a privato. Nam privatus locus, quamdiu privatus eſt (etſi privatim ſacrarium ibi conſtituatur) numquam ſacer evadet. Ceterum ut locus ſacer evadat; requiritur, ut ſit publicus, ut conſecratus, ac poſtremo ut ſit verae conſecrationis δεκτικός, (uti aedes, ara, & cetera Aldo enumerata) non tantum abuſivae, quae nihil differt ab ἐγκαινισμῷ.

Addam ad ultimum illuſtrem Quintiliani locum Decl. 323. *Haec enim* (templa) *priuſquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum: dedicatio eſt illa, quae Deum inducit, quae ſede deſtinata locat*. An igitur in thermas, macella, fora, & talia, Deus inducebatur? an ſede deſtinata locabatur? Minime. Relinquitur ergo ut ſacra non eſſent. At in his ipſis operibus publicis arae nonnumquam alicui deo ponebantur. Hae demum ſacrae erant: cetera aedificia non item.

ſtravimus; proinde illatione & encaeniabantur, & eâdem opera conſecrabantur ; idemque prorſus in re ſepulcrali erat ἐγκαινίζω & ἀφιερόω . Id jam pluribus epitaphiis elogiis confirmare poſſim; ſed agmen ducat bilinguis Sponii inſcriptio pag. 333. n. 37. in Solitudine S. Simeonis Stylitae prope Aleppum poſita, quae ſic habet: *T. Fl. Julianus. veteranus. leg.* VIII. *Aug. DEDICAVIT. Monumentum. ſuum. dis. Manibus. ſuis. & Laetitiae. uxori. ſuae. liberiſque. heredibus. ſuis. poſteriſque. eorum. ne. liceret. ulli eorum. . . . . . ullo. modo.* Quae deſunt in marmore , ſupplentur ex Graeco ἀπαλλοτριῶσαι τὸ αὐτὸ μνημεῖον h. e. *alienare idem monumentum* . Nam deinde idem Graece ſic ponitur . Τ. Φλαβιος. Ιουλιανος . Ουετερανος . λεγεωνος . Η. σεβαστης . αφιερωσεν . μνημειον . αυτου. διηνεκες. Θεοις. καταχθονιοις. και. Δαιμοσι. αυτου. και. της. γυναικος. αυτου . κληρονομοις . αυτου . και τοις. εκγονοις. αυτων . οπως. μηδενι. εξον. η. απαλλοτριωσαι. κατ. ουδενα. τροπον. τὸ. αυτο. μνημειον.

Ubi vides Graecum ΑΦΙΕΡΩΣΕΝ i. e. *conſecravit* reſpondere Latino DEDICAVIT i. e. *encaeniavit*. Inſcriptio iſta illato jam T. Fl. Juliani corpore poſita fuit; eoque dicitur T. Flavius ille encaeniaſſe monumentum ſuum dis manibus ſuis &c. Id vero Graece ἀφιέρωσεν dicebatur , quia ſola mortui illatione monumentum religioſum evadebat . Id jam clarius evincitur ex ſequenti titulo , quem in eadem Solitudine ponit idem Sponius, eadem pag. 333. num. 36. ΑΦΙΕΡωΤΗΙ. Αιμιλιω. Ρηγινω. πο. εξ. Ουλπιας. Ρηγιλλης. και Αιμιλιου. Πτολεμαιου. στρατευσαμενω. ετη. ΙΕ. Βοηθω. κορνικουλαριων. υπατικου. ζησαντι. ΕΤΗ. ΜΕΧΡΙ, ΠΑΝΗΜΟΥ . . . . Quae Sponius ſic Latina fecit : *Conſecratum eſt AEmilio Rhegino Civi Ulpiae Rhegillae & AEmilii Ptolemaei filio; qui militavit an. XV. adjutori corniculariorum conſulari , qui vixit annos . . . .* Ultima vox ignorata Sponio menſis Julii Macedonicum nomen (202) erat . Verte autem in hunc modum ; *Conſecratum* (ſive *dedicatum*) *AEmilio Rhegino* (aut fort. *Regino* ſine aſpiratione, ut ſit cognomen a Regilla matre inditum , quod ſaepe in lapidibus obſervavi) *domo Ulpia, Regillae , & AEmilii Ptolemaei filio , qui mil. an. XV. adjutori* (203) *corniculariorum Conſularis,* vix.

(202) Πάνεμον (pro quo in marmore ſcribitur ſecunda ſyllaba longa Πανήμου) quid Boeoti aut Corinthii vocarint , nolo quaerere . At Macedones (a quibus indita menſibus nomina diu in Aſia ſubſtiterunt) Πάνεμον appellabant, quem Romani Julium . Teſtis Suidas : Πάνεμος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν , ὁ Ἰούλιος .

(203) Hujus officii mentionem reperi *l. ult. D. de jure immunitatis* , ubi Taruntenus Paternus lib. 1. militarium , inter immunes , ſive in-

vix. an. . . uſque ad Quintilis . . . . Sequebatur enim menſis ejuſdem dies. Dicebatur autem huic aut illi mortuo monumentum *dedicari*, in cujus uſum primo encaeniabatur, uti infra cap. IV. docebitur.

Addatur & haec pulcherrima ex Grut. 751. 3. *D. M. ET. ſomno. aeternali. ſecuritati. memoriaeq. perpet. Aeliae. Flaviae. Melitanae. Q. V. An. XXXI. M. IIII. D. X. T. FL. Hymnus. conjugi. ſanctiſſimae. dulciſſimaeq. cum. qua. vix. an. XIII. T. T. FLL. COL.* (i. e. duo *Titi Flavii Collina* tribu) *Marcellus. et. Titianus. et. Flavia T. F. Ampelle. matri. pientiſs. ſarcophago. ſigil. eum. opere. et. baſibus. fecer. et. CONSECRAVERUNT. Idibus. Auguſtis. Pudente. et. Orfito. Coſ.* Is eſt annus 165. aerae Chriſt. Sane enim ut Chriſtiani depoſitionis ſuae annum diemque ſedulo notabant, iſque eorum dies natalis erat (de quo alibi plura dabimus) ſic & interdum gentiles diem illationis corporis, (quam ſive *Dedicationem*, ſive ἀφιέρωσιν dicebant) ſedulo conſignabant, ut in Sponiana & Reineſiana, quas ſupra num. II. in *Dedicandi* verbo protulimus.

Apud eumdem Grut. 867. 5. *Haec. aedificia. propria. comparata. facta. dicataq.* (alii DICTAQ.) *ſunt. monumenti. ſive. ſepulchrum. eſt. et. ollarum. quae. in. his. aedificiis. inſunt. et CONSACRATAE. ſunt. religioniſq. earum. cauſa. a. C. Cominio. Symphoro. et. libertis. libertabuſq. poſteris. eorum.*

Idem quoq. Gruterus pag. 862. 5. elegantem hunc titulum affert a Gudio, qui vidit in nonnullis correctum: *C. Caecilius. Felix. et. C. Caecilius. Urbicus. locum. ita. uti. eſt. concamaratum* (CONCAMARATVM cum A in tertia ſyll. recte habet; nam eſt ex Graeco καμάρα) *parietibus. et. pila. comprehenſis. longum. P. VI. latum. P. VIIS.* (i. e. *VII. ſemis*) *CONSECRARUNT. SIBI. ET. C. Caecilio. Rufino. et. C. Caecilio. Materno. et. libertis. libertabuſque. poſteriſq. eorum. excepta. Secundina. liberta. impia. adverſus. Caecilium. Felicem. patronum. ſuum. H. M. H. N. S.* i. e. Hoc monumentum heredem non ſequitur. CONSECRARUNT SIBI, tum quum aliquis eorum illatus fuit. Apud Grut. 807. 12. *P. Memiſianae. uxori. caſtiſs. et. incomparab. affectione. feminae. cujus. de. obſequiis. dicere. minus. ſupplet. dolore. Q. Herculanius. maritus.*

cum

ve inter eos, *quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit*, refert & *adjutores corniculariorum*. *Cornicularii* autem *conſularis*, ut & *adjutoris corniculariorum conſularis* in laudata inſcriptione nomen apparitorum eſt. Vide *l. 1. C. de apparit. Praef. praet.*

ſum.pigneribſ. de. ea. natis. locum. CONSECRAVIT.

Poſtremo in inſcriptionum ſyntagmate Gudiano pag.340. num. 1. haec epigraphe legitur : DIS. MANIBUS. ACILIAE. GRAPHICE. C ACILIUS. ATHENOBIUS. LIB. BENEMERENTI. DE. SE. CONSECRAVIT.

Et certe in productis exemplis quum *conſecrandi* verbum cum dandi caſu uſurpetur ; indicio id manifeſto eſt , tantumdem eſſe quod *encaenio* , ut cap. IV. demonſtrabitur auctoritate Virgilii , qui pro eo , quod alii dicunt *dedicare* aram huic aut illi deo , INCHOARE uſurpavit.

Et Graeci quidem Latinique *conſecrare* dicebant id quod erat *inchoare* aut encaeniare . At contraria ratione Hebraei id ipſum *profanare* appellabant , maxime ubi de vineis & conſitionibus ſermo eſſet. (204)

Reſtat poſtremo id unum , ut pauca de *conſummandi* verbo tangam : quod etſi plerumque , etiam in inſcriptionibus (205) aliud non eſt quam *perficio* , ſaepe tamen in eiſdem tantumdem valet , quod *encaenio* . Plura proferre exempla poſſem ; ſed paucis contentus ero. Inſcriptio Neapolitana apud FleetWoodum pag.162.num.2. *Sanctiſſimo. deo. Patri. ex. voto. conſummavit. Julius Secundus Faonius.* Dandi caſus oſtendit dedicationis notionem . Adhaec in Villa Carpinea exſtat inſcriptio apud Fabrettum pag.91.num.179. in hunc modum: *Ti. Cl.*

Zoſi-

(204 Hebraeis חלל *chillel*, *profanavit* , ubi de arboribus ſermo eſt , ſumitur pro eo quod eſt *earum uſum communem* reddere Vide Deut.XX.6. Jer.XXXI.5. Sed equidem non video , quid coëgerit interpretes,ut in his locis *profanare* vertant,quod ipsũ *profanare* deinde interpretentur *uſum inchoare.* Quid id neceſſe erat ? quando id verbum, ut in Hiphil *incipiendi* habet ſignificationem , eamdem certe & in Pihel in laudatis locis habebit: quae loca commodius mea ſententia vertet is , qui *inchoare vineam*, *plantationes* dicet , quam qui *profanare* . Niſi quod *profanare vineam* tranſtulerunt noſtri , ſecuti in eo Graecos interpretes , qui *βεβηλῶσαι* traduxerant . Fuit enim hoc in uſu veterum Interpretum obviam dictionum ſignificationem ſequi , ibi etiam , ubi aliud res exigebat . Nam quia חלל *chillel* plerumque *profanandi* verbum erat;hinc ibi etiam ubi de inchoando uſu vineae ſermo erat , illud *βεβηλῶσαι profanare* dixerunt : cujus moris poſſim exempla proferre, ὅσα κόνις . Ex quo deinde factum eſt , ut Helleniſticum *βεβηλόω* pro *inchoo* in talibus ſit accipiendum .

(205) Ut apud Grut. 177. 4. *Aquaeductum . . coeptum a Divo Hadr. patre ſuo* CONSVMMAVIT DEDICAVITQ. Sic credo etiam in hac ſepulcrali epigraphe apud Fabrettum pag. 53. n. 309. *M. Aurelius. Staſimu. lib. coeptu. a.patrono. ſuo.* CONSVMMAVIT. *ſibi. et. ſuis* . Nam praecedens COEPTV (quum ſit πρός τι) facit. ut CONSVMMAVIT , quod ſequitur, idem ſit , quod *perfecit* .

Zoſimus.et.Plautia.Zoſimâ. vivi.ſibi.fecerunt.ſuiſque. libertis. libertabuſque.poſteriſque.eorum.ne.de.nomine.exiat.noſtrorum. &c. Ad extremum manu poſteriore additur: TI. CL. ANDREAS. CONSUMAVIT. Quid ſibi iſtud *conſumavit* vult? non aliud certe quam, quod ex omnibus illis, quibus ſepulcrum illud paratum fuerat, primus illatus eſt *Andreas*, iſq. ſepulcrum encaeniavit. Quod quia notatu dignum ad memoriam poſterorum videbatur; ſuperſtites id recentiore manu ſubſcripſerunt. Poſtremo, ut alia omittam, notum eſt illud tum apud alios, tum eumdem FletWod. 191.3. *Conſummatum. hoc. opus. ſub.aſcia.eſt.* Heic certe *conſummare* tantumdem valet, quod encaeniare. Nam ſi *perfectum* interpreteris; quo, quaeſo, ſpectaret id monere, ſepulcrum illud eo fabrili inſtrumento conſtructum eſſe, quo cetera omnia conſtruebantur? Sed de hoc altero titulo nobis alibi ſermo redibit.

Non omittam heic haud tritum encaeniati monumenti vocabulum, Paullo uſurpatum in l. 43. D. *de rei vind.* Ibi quum lapides monumento inaedificatos, etiam poſtquam remoti ſunt, vindicari poſſe, negaſſet; addit: *Sed ſi alieni ſine voluntate domini inaedificati fuerint, & nondum FVNCTO MONVMENTO, in hoc detracti erunt, ut alibi reponerentur, poterunt a domino vindicari.* Fruſtra ſunt qui pro FVNCTO, quod eſt in Flor. Pand. legunt *finito* aut *facto*; nam *Functum* monumentum non eſt aliud quam *dedicatum*, *conſecratum*, *conſummatum*; tot enim modis dicebatur.

Poſtremo quemadmodum Quintilianus decl. 323. de templorum dedicatione dicebat: *Dedicatio eſt illa, quae Deum inducit, quae ſede deſtinata locat*: liceat tantumdem de ſepulcri dedicatione h. e. cadaveris illatione dicere; quippe quae deos Manes inducit, & mortuum ſede deſtinata locat. Nec plura de ſepulcri dedicatione addam.

Ergo ſi DEDICARE (ut & *conſecro* & *conſummo*) tum in rebus ceteris, tum maxime in re ſepulcrali idem plane eſt, quod *encaenio*; cur porro idem verbum conjunctum cum SUB ASCIA aliud erit? Imo plane idem: quod quiſque melius per ſe colliget, ubi de duabus reliquis clauſulae hujus voculis ediſſeruero.


CAPUT II.

De Aſcia vetere, ejus definitione, nominibus, muneribus.

I. Aſciae *definitio*.

In *Dedicandi* ſepulcrali notione pluſculum, TANUCCI, immoratus, vereor, uti ſe dant initia, ne & in *Aſcia* multus ſim futurus: praeſertim quum eam rem non minima in pleriſque obſcuritate obſitam cernere videar. Taceo, a nemine tritam viam; & ſiqui ceteri ſunt praefandae difficultatis loci communes. Jam illud primum animi pendeo, utrum nomina ante depromam, an id quod Philoſophus appellat τὸ τί εἶναι. Verum quum nomina ſint magnam partem controverſae ſignificationis (excepto hoc quod Latino *Aſciae* Graecum Σκέπαρνον certiſſime reſpondet) praeeat ſane *Aſciae* ſive Σκεπάρνου definitio.

Eam a Galeno mutuabimur, qui comm. ad Hippocratis τὸ κατ' ἰητρεῖον quum in eo eſſet, ut oſtenderet, genus illud Hippocratei ſplenii, quod σκέπαρνος illi dicitur, a σκεπάρνῳ τεκτονικῷ *aſcia materiaria* nomen inveniſſe: *Aſciam* ſic definivit: Σκέπαρνον μὲν οἱ τέκτονες ὀνομάζουσιν ὀργανόν τι, κατὰ τὸ πέρας αὐτοῦ, καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα, βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχον ὀφρυώδη, καθάπερ ἡ ἄμβη. *Aſciam quidem fabri lignarii quoddam inſtrumentum appellant, quod in ſummitate, qua ligna incidit, modice incurvum ſupercilium habet, tamquam crepidinem.* In qua interpretatione τέκτονες non ſimpliciter *fabri*, ſed cum adjuncto *lignarii* tranſtulimus; non ea de cauſa, quia vocem σκέπαρνον non aliter quam pro lignario inſtrumento reperire potui; verum quia Graecis ΤΕΚΤΩΝ non generale eſt opificum vocabulum, ſed materiariorum (206) peculiare. Atque eam aſciae definitionem (quae & paullo aliis verbis alibi apud Galenum reperitur) cum aſciae ſchematibus paſſim productis pulchre convenire, nemo plane non videt. Atque haec de definitione.



II. NO-

(206) Dixi τὸ ΤΕΚΤΩΝ non γενικῶς de quocumque opificio uſur-

II. *N O M I N A.*

1. Σκέπαρνον.

A Graecis exordiar, inde ad Latina progreſſurus. Quae Latinis *Aſcia* dicebatur, ea Graecis duplici donabatur vocabulo; nam & Σκέπαρνον, eademque ἀξίνη vocabatur.

Ad prius vocabulum quod attinet, cujus etymon (207) ignoratur, id non aliter, quam de materiariorum *aſcia* uſurpatum reperio: niſi quod etiam pro vinculi ſeu chirurgicae deligationis genere ab Hippocrate uſurpatur, ſic appellatae, quod Aſciae figuram praeſeferret; de quo accurate in proceſſu capitis hujus, uti ſpero, diſputabitur. Interim quum Hippocrati hoc vinculi genus Σκέπαρνος maſculino gen. ſcribatur; manifeſte hinc deprehenditur aevo Hippocratis fabrile hoc inſtrumentum utraque terminatione ac genere prolatum fuiſſe, ut ὁ Σκέπαρνος & τὸ Σκέπαρνον diceretur.

Ac primum errant viri doctiſſimi, qui putant, Heſychium Σκέπαρνον *aſciam* cum πέλεκυ *bipenni* confudiſſe, quum certe Heſychii (208) locus ſanus non ſit; nec ſit veriſimile, illuſtri grammatico Homeri locum inauditum fuiſſe, ubi πέλεκυς *bipennis* a σκεπάρνῳ *aſcia* diſerte diſtinguitur. Exſtat is locus Odys. E. 234. ubi Calypſo Ulyſſi ad ratem fabricandam utrumque inſtrumentum dedit.

Δῶκε

uſurpari, ſed peculiare eſſe materiarii vocabulum. Id dum exemplis Graecorum, & variis obſervationibus confirmare ſatago; res longius proceſſit quam pro adnotationis modo. Quare ne heic moleſtiam lectori faſtidienti crearem, id totum ad finem ſeparatim repraeſentare conſtitui; & ita, ut ex iis animadverſionibus, quas ad haec pro re nata paravi. locum Matth. XIII. 55. & παράλληλον alterum Marci VI. 3. exornarem; quibus locis ſperavi eas obſervationes non mediocri adjumento futuras.

(207) Euſtathius ad Homer. Od. E 237. docet, vellus pecoris Dithyrambicos σκέπαρνον appellaſſe, quia σκέπει τὸν ἄρνα, *quia tegit ovem*. Δῆλον δὲ ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον Διθυραμβοποιοὶ ῥαψῳδοῦντες, σκέπαρνον δριμέως φράζοντες, ὅλλως ἐπὶ ἐρίȣ τίθεντ), ὃ σκέπει ἄρνα.

At hoc nihil commune habet cum fabrili inſtrumento. Itaque tacentibus veteribus grammaticis, nihil aliud reſtat, niſi ut Σκεπάρνȣ vox tamdiu primitiva habeatur, donec aliquis exſiſtat, qui de originatione doceat.

(208) Heſychius: Σκέπαρνον, τὸν ἀμφίςομον πέλεκυν. Non dubito, quin locus Grammatici ſit vitiatus; quod vel inde conſtat, quod interpretatio vocabuli ſolet recto caſu, non quarto, ſubnecti. Itaque deeſt certe aliquid. Veluti ſi ſcripſerit lexicographus Σκέπαρνον, (δηλοῖ παρ' Ὁμήρῳ, ἄλλο τι ὄργανον ἢ) τὸν ἀμφίςομον πέλεκυν. Ineptiſſimus ſim, ſi praeſtare auſim, ea quae intra parentheſim ſcripſi, eſſe e manu Heſychii. Sed aliquid certe deeſt, quo ſignificaretur, inter Σκέπαρνον ac πέλεκυν intereſſe.

Δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσι,

Χάλκεον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον &c.

Inque manus magnam, ancipitem dedit illa bipennem &c. Deinde: Δῶκε δ' ἔπειτα σκέπαρνον ἐΰξοον. *Dedit deinde & aſciam politam*, ſive potius (209) *acutam*. Hinc ἀσκέπαρνον θᾶκον *ſedile non aſciatum* Sophocles (ſup. apud Turnebum) appellavit. Idem poeta in Oedipo Coloneo pag. 274. κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. *Sedebam in ſacrata hac impolita ſede*. Ubi Scholiaſtes ἀσκέπαρνον exponit ἀπελέκητον, ἄξυστον, ἄγλυφον, & generalius, οὐκ εἰργασμένον *non elaboratum*. Poſſim & alios (210) ſcriptores proferre non paucos, ſi id opus eſſet: ſed ita, ut nuſquam hucuſque, niſi pro τεκτονικῷ ὀργάνῳ ſive pro materiariorum inſtrumento repererim. Atque haec de σκεπάρνῳ.

2. *ASCIA*.

Xviralis legis occaſio.

De *Aſciae* vocabulo, & ejus diminutivo Aciſculo (211) tot jam dicta ſunt paſſim toto hoc libello, ut fruſtra futurus ſim,

(209) Εὔξοον in hoc Homeri loco, Euſtathio pag. 1531. creditur habere ἐνεργητικὴν σημασίαν *ſignificationem activam*, ut ſit τὸ ξέον; ut & βέλος ὠκύμορον eidem explicatur ὠκυθανατοῦν, *cito perimens*. Deinde ſubdit: Διότι καὶ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ (σκεπάρνου) φράζων, καὶ τοῦ πελέκεως φησὶ (v. 44.) Πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ, Ξέσσε δ' ἐπισταμένως. Ubi vides τὸ πελέκκησε ad bipennis, ξέσσε vero ad Aſciae ἐνέργειαν pertinere. Et quidem πελέκκησεν eſt *praecidit* (quod proprie eſt Latinorum *Dolare*) Ξέσσε vero eſt *polivit*.

(210) Lucianus: Ὥσπερ σκέπαρνον τῷ τέκτονι καὶ τρύπανον. Ut *fabro tignario aſcia & terebrum*. Plut. in II. de carnium eſu: τερέτροις καὶ σκεπάρνοις, καὶ ὅσα λεπτουργεῖν πέφυκεν. *terebris aſciiſque ceteriſque inteſtinariis inſtrumentis*. Adhaec apud Pollucem VII. 113. & X. 146. inter materiariorum inſtrumenta primum locum Σκέπαρνον occupat. In Gloſſis veteribus Σκέπαρνον exponitur *Aſcia*: & Σκέπαρνα *Runcinae*. In LXX. etiam 1. Par. XX. 3. cum πρίοσι *ſerris* conjungitur. Et Iſ. XLIV. 12. Ὅτι ὤξυνε τέκτων σίδηρον. σκεπάρνῳ εἰργάσατο αὐτὸ, καὶ ἐν τερέτρῳ &c. At 2. Reg. XII. 31. pro Seniorum ὑποτομεῦσι alia interpretatio habet σκεπάρνοις. Ne illud quidem Lycophronis v. 1105.

Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον εὐθήκτῳ μέσον

Acuta adactus aſcia calvariam: quod in Addendis expendetur; aliam habet quam toties jam dicti inſtrumenti ſignificationem.

(211) *Aſciae* diminutiva duo ſunt *Aciſculus* & *Aſciola*. Ea Graecis duobus reſpondent Ἀξινάριον & Ἀξινίδιον (niſi haec mavis *dolabellam* vertere) quae junctim in Suida reperies. De *Aciſculo* nihil addam praeter ea quae ad Phil. a Turre dicta fuerunt, & alibi. At alterum *Aſciola* probum non eſt, quippe quod in Iſidori Gloſſis tantum reperiatur, ubi legitur *Aſciculus, Aſciola, Dolabra*; & in Iſidori XIX. Orig. 19. *Aſcia,...cujus diminutivum nomen eſt Aſciola*. Etiam Ugutio (inſra producendus) *Aſciolae & Aſciculi* meminit. At *Aſciatus* in Gloſ. Cangii ex Jo: de Gallandia in ſynonymis, eſt cultellus magnus, aut cultellus quo pergamenum dividitur.

ſim, ſi verbum addam. Verum quia primi omnium xviri hanc vocem uſurparunt in ea lege ROGUM ASCIA NE POLITO; non ſinam ut ad quam legem illuſtrandam tot jam viri doctiſſimi ſymbolas contulerunt, ea nullam a me, tamquam ab imi lecti conviva, collectam exigat.

Et quidem legis ſententiam quod ſpectat, nihil ad ea adjiciam, quae viri eruditi perviderunt; nim. ſumptus ſupervacaneos amputari, qui certe in dolanda pyra, mox in favillam redigenda, ſupervacanei fuiſſent. Nunc quid occaſionem legi dederit, quaero; & ſimul unde deſumpta fuerit.

Non dubito, quin ante xviros, Romulidae in rogo exſtruendo inſanirent; dum non ſatis haberent ligna ex ſaltu comportaſſe ea, quae uſtioni eſſent idonea, niſi etiam materiam omnem ſic, quaſi ad opus inteſtinum, perpoliviſſent aſciae(212) adminiculo. Ea conſuetudo tamdiu valuit, quamdiu aut regiae leges valuerunt, aut civitas incerto jure vixit. At poſtquam ad clariſſimas Graeciae Urbes, in primis Athenas, & Lacedaemonem (quae duo Graeciae oculi habebantur) legati miſſi, optima quaeque ſingularum inſtituta didiciſſent; neceſſe eſt eos inter Lycurgi leges illam prae ceteris demiratos, qua vetabantur conſtrui domus (quae antiquitus plerumque ligneae erant) aut contignationes, aut januae, niſi ſolius ſecuris, & ſerrae ope; utique ſine aſciae aliorumque (ſiqua tunc forte plura erant) λεπτουργικῶν ἐργαλείων politionibus. Obſtupefactos tanta ſeveritate legatos, ſimul credo puduit Romanae luxuriae, praeſertim in rogo mox abſumendo laſcivientis. Jam tum certe deſtinatum eis fuit mox ut redirent, daturos operam, tantae ut inſaniae obviam iretur, idque in eorum pittaciis ſedulo fuiſſe adnotatum. Atque hinc profecta eſt de rogo ἀσκεπάρνῳ lex illa: ROGUM ASCIA NE POLITO: quaſi dicerent, ἀπὸ πελέκεως μόνον (ut erat in Lycurgi ῥήτρᾳ ſecunda) rogum eſſe parandum: lex tanto illâ Lycurgi mitior, quantum intereſt, rogo ne rudi atque impolito brutum cadaver comburendum imponatur, an in cubiculo ex rudi aſperaque

mate-

(212) Haud ſemel Tullius in *De legib.* ex eo quod xviri vetuerunt, colligit id ante xviros fuiſſe factitatum; alioqui non vetuiſſent. Sic in II. c. 24. *Haec praeterea ſunt in legibus de unctura: quibus ſervilis unctura tollitur, omniſque circumpotatio: quae & recte tolluntur; NEQVE TOLLERENTVR, NISI FVISSENT*. Ibidem mox. *Credoque, quod erat factitatum, ut uni plura fierent, lectique plures ſternerentur; id quoque ne fieret, lege ſanctum eſt*.

materia compoſito totos quis vitae annos faciat. Sed cur non de Lycurgi Rhetra, ex cujus aemulatione xviralem profectam dixi, doceo? Plutarchus in vita Lycurgi (edit. Francof. pag. 47.B.) (213) *Altera jam Rhetra adverſus luxum fuit, ut quaevis domus nullo alio inſtrumento, quam dumtaxat faſtigium bipenni, fores ſerra fabricatas haberet. Nam quod dixiſſe poſtmodum de menſa ſua Epaminondam ajunt, TALE PRANDIUM NON CAPERE PRODITIONEM, id priori in mentem Lycurgo venit, TALEM DOMUM DELICIARUM ET LAUTITIAE HAUD FORE CAPACEM. Nam quis tam ineptus & amens fuerit qui in larem adeo ſimplicem ac vulgarem lectos argenteis fulcris inſtructos, purpureas ſtragulas, aurea pocula, & qui haec comitatur, ſplendorem inferat? Certe conveniat & aequetur oportet aedificio lectus, lecto veſtis, huic reliquus cultus atque ſupellex. Ex hac conſuetudine illud profectum ferunt, quod Leotychidas Major, Corinthi quum caenaret, aedium tectum laqueatum, & magnifice exſtructum conſpicatus, hoſpitem rogaverit, ECQUID LIGNA APUD EOS QUADRATA NASCERENTUR?* Paria his apud eumdem Plutarchum in Laconicis (214) Apophthegmatis reperies. Vides ex uno ſpecimine quam temperatae ad lenitatem

(213) Plut. in vita Lycurgi (edit. Francof. pag. 47. B.) Ἑτέρα δὲ πάλιν κατὰ τῆς πολυτελείας, ὅπως οἰκία πᾶσα τὴν μὲν ὀροφὴν ἀπὸ πελέκεως εἰργασμένην ἔχῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πρίονος μόνου, καὶ μηδενὸς τῶν ἄλλων ἐργαλείων· ὅπερ γὰρ ὕστερον Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν, τοῦτο πρῶτον ἐνόησε Λυκοῦργος, ὡς οἰκία τοιαύτη τρυφὴν οὐ χωρεῖ, καὶ πολυτέλειαν. Οὐδ᾽ ἔστιν οὐδεὶς οὕτως ἀπειρόκαλος καὶ ἀνόητος, ὥστε εἰς οἰκίαν ἀφελῆ καὶ δημοτικὴν εἰσφέρειν κλίνας ἀργυρόποδας καὶ στρώμνας ἁλουργεῖς, καὶ χρυσᾶς κύλικας, καὶ τὴν τούτοις ἑπομένην πολυτέλειαν. Ἀλλὰ ἀνάγκη ἴσην ἁρμόζεσθαι καὶ συνεξομοιοῦν τῇ μὲν οἰκίᾳ τὴν κλίνην, τῇ δὲ κλίνῃ τὴν ἐσθῆτα, ταύτῃ δὲ τὴν ἄλλην χορηγίαν καὶ κατασκευήν. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς συνηθείας φασὶ καὶ Λεωτυχίδην τὸν πρεσβύτερον ἐν Κορίνθῳ δειπνοῦντα, καὶ θεασάμενον τῆς στέγης τοῦ οἴκου τὴν κατασκευὴν πολυτελῆ καὶ φατνωματικήν, ἐρωτῆσαι τὸν ξένον, εἰ τετράγωνα παρ᾽ αὐτοῖς τὰ ξύλα φύεται). Ligna στρογγύλα (cujus rotunda vocat Plin. XVI. 39.) uſurpabant Spartani, quae opponuntur quidem tetragonis, ſed opponuntur etiam πελεκητοῖς apud Theophr. Vide not. 215.

(214) Plutarchus in Laconicis Apophthegmatis (edit. Francof. pag. 227. B.) Ἐπιζητούντων τινῶν διὰ τί ὀροφὴν ἀπὸ πελέκεως ταῖς οἰκίαις ἐπιτιθέναι προσέταξε, θύραν δ᾽ ἀπὸ πρίονος μόνου, καὶ μηδενὸς τῶν ἄλλων ἐργαλείων, ὅπως ἂν, ἔφη, μετριάζοιεν οἱ πολῖται περὶ πάντα ὅσα εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάγουσι, καὶ μηδὲν τῶν παρ᾽ ἄλλοις ζηλουμένων ἔχωσιν. *Quibusdam percontantibus, cur ad faſtigium domui imponendum ſola bipenni, ad januam ſola ſerra uti, nullo alio inſtrumento, permiſiſſet, reſpondit* (Lycurgus): *Ut cives mediocritatem ſervent in omnibus,*

tem leges xvirorum exſtiterint,&quam longe a priſcorum legis latorum ſeveritate abſuerint. At ne hoc quidem diutiſſime obſervatum fuiſſe documento eſt, quod de depictis (utique & aſciatis; nec enim rudis materia depingi potuiſſet) ſui temporis rogis prodidit Plinius, de quo vide ſupra Guichardum pag. 11.

At mihi quis fortaſſis objiciet illud Ciceronis in II. de leg. c. 23. a Solonis legibus illam de rogo ἀσκεπάρνῳ repetentis. Verum notari mihi velim in Ciceronis verbis μόνον illud FERE. *Jam cetera*, inquit, *in XII. minuendi ſumptus lamentationiſque funeris tranſlata de Solonis FERE legibus. HOC PLUS*, *inquit*, *NE FACITO : ROGUM ASCIA NE POLITO .... Extenuato igitur ſumptu, tribus riciniis, & vinculis purpurae, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO*, &c. Ex his vides, non omnes ac ſingulas verbo tenus leges, ſed univerſe conſilium minuendi ſumptus lamentationeſq; tranſlatum de Solonis legibus. Aut ſi leges ipſas a Solone arceſſitas vis; adde τό FERE h. e. magnam partem. Ceterum tantiſper dum quis doceat, fuiſſe in Solonis λέξει de ἀσκεπάρνῳ rogo veſtigium (quod nemo umquam praeſtabit) ego a Lycurgi Rhetra altera, non legem ipſam de Rogo, ſed legis ejuſdem aemulationem ac ſtudium manaſſe contendam. Niſi vero longe aliam legis diſtinctionem atque interpretationem cudere libeat; de quo ſubjectam (215) adnotationem adibis.

III.

nibus, quae in domum important, nec eorum quidquam poſſideant, quae ab aliis magni fiunt. Tum & Leotychidae factum eiſdem verbis refertur.

(215) Quid ſi vero major longe, quam vulgo creditur, hac lege ſeveritas continetur? Quid enim impedit, quo minus cum Rivallio & antiquis (vide pag. 6. not. 2.) ſic diſtinguamus? *Ne facito rogum: Aſcia ne polito*. Quae diſtinctio eo redibit, ut priore legis capite rogus vetetur; altero in domo conſtruenda ullus aſciae uſus; prorſus ut ex Lycurgi ſententia, contignationes, ac januae ἀσκέπαρνοι fiant, & ἀπὸ πελέκεως καὶ πρίονος μόνον. Sed intercedit ei diſtinctioni Manucius. *Non puto*, inquit, *Rogum prohiberi, quum uri conceditur*: illâ lege ſcil. IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO: qua lege non crematio vetatur, ſed ne in urbe id fiat. At quis ſcit annon verborum hujus legis hic ſit ordo? *Ne ſepelito in urbe: neve urito*: ut hoc alterum in totum vetetur, & ne extra urbem quidem crematio permittatur. Aut ſi vero concedebatur extra urbem combuſtio (nam certe quantum eſt Romanae hiſtoriae, cremationem docet) quis ſcit, an non xviri tamen *Rogum* vetuerint (nam fort. *Rogus* ſive *Pyra* non ſine ſumptu conſtruebatur) uri vero tantum ſine ſumptuoſo illo rogo ſiverint, nim. ut ſuper incompoſitam lignorum ſtruem nullo artificio factam cadaver imponeretur?

Sane nihil eſt quod huic alteri

de vetita aſcia interpretationi officiat praeter Ciceronem; qui hanc legem totam ad minuendos funerum ſumptus pertinuiſſe docet.. Nunc ſi quaevis *Aſciae politio* vetaretur, quo Cicero inter leges de funerum ſumtu minuendo id poſuiſſet? Faceſſat ergo haec altera legis diſtinctio & interpretatio; ne dum xviros per omnia Lycurgi rigorem aemulatos, volumus; interim eo impudentiae prolabamur, quam ſupra in Auct. *de Relig. Gallor.* (vide ſupra pag. 74. not. 91.) reprehendimus, ut Ciceroni hanc legem non intellectam, ſtatuamus.

Sed tamen antequam hinc abeam, non poſſum imperare mihi, ut, quid mihi in legis hujus diſtinctione, quae obtinet hodie, diſpliceat, diſſimulem. Nunc quidem omnes ſic legunt, ac ſic diſtinguunt: HOC PLVS NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO; quorum verborum hic certe ordo erit: PLVS (i.e. praeterea) NE FACITO HOC: NE POLITO ROGVM ASCIA. At quis in his verbis moroſam περιεργειαν a legislatorum, & maxime xvirorum, ſtylo abhorrentem non videt? Omnino illud NE FACITO niſi cum ſequentibus nectatur, otioſum erit. Atqui NE FACITO ROGVM, uti modo vidimus, non poteſt cum Ciceronis auctoritate ſtare. Non aliud ergo reſtat, niſi ut cum Jac. Raevardo (vide ſup. pag. 6. not. 2.) diſtinguamus: NE FACITO ROGVM ASCIA: NE POLITO. Quin & idem Raevardus illud HOC PLVS Ciceronis eſſe, non XII. putavit; quaſi vellet Cicero, legem hanc legibus a Solone latis *hoc plus* continere, nim. NE FAC. ROG. &c. Ac revera, ut oſtendimus, hoc caput non a Solone translatum fuit, ſed ex Rhetrarum aemulatione poſitum. Verum age duo illa monoſyllaba, HOC PLVS, ſint plane xviralia; at aliud certe non valebunt, quam *Hoc amplius* (i.e. *praeterea*) in legibus uſitatiſſimum. Deinde verbis illis, NE FACITO ROGVM ASCIA, ligna rogi ἀσκέπαρνα eſſe jubentur: poſtremo quod additur NE POLITO; πελέκησις ipſa prohibetur h. e. rudis materiae expolitio ope bipennis facta, qua exteriora ligni craſſioraque detrahebantur: id quod vulgo materiarii noſtri dicunt *aſſacciare*. Ut omnino ligna non aliter quam στρογγύλα (quae Theophraſtus nonnunquam πελεκητοῖς opponit) rogo adhiberi, xviri juſſerint. Theophr. V. hiſt. pl. 7. τῶν δὲ ξύλων τὰ μὲν χιστὰ, τὰ δὲ πελεκητὰ, τὰ δὲ στρογγύλα. *Lignorum ſunt quae findi debeant, quae bipenni exterius dolari, quae rotunda* (& intacta) *ſervari*. Ibid. Πελεκητὰ δὲ ξύλα, ὅσων ἀποπελεκῶσι τὰ ἔξω· στρογγύλα δὲ, δῆλον ὅτι τὰ ἄψαυστα. Ait eſſe Πελεκητὰ, *quorum exteriora bipenni detrahuntur*: στρογγύλα i. e. *rotunda eſſe, quae intacta*. Videatur etiam de his Plinius XVI. 39. ubi & *Teretes* & *Uſûs rotundi* ligna nominantur; & mox: *Tigna & quibus aufert ſecuris corticem*. Nec porro nunc vacat Pliniana cum Theophraſteis ſic comparare, ut quid cui reſpondeat, recte conſtituatur. Sed tamen, ut eo redeam, ligna rotunda, ac ne bipennis quidem ope decorticata adhiberi rogo δωδεκάδελτος volebat.

Poſtremo ſi nihil prorſus, non modo in lectione priorum monoſyllaborum, ſed ne in recepta quidem ab omnibus diſtinctione, mutandum eſt: Ordo verborum talis eſſe omnino debebit: *Ne facito plus hoc* (h. e. plus modo illo funerum paullo ante ex Solonis legibus definito, *tribus riciniis, & vinculis purpurae, & decem tibicinibus*, & ſiqua erant alia: deinde additur) *Rogum aſcia ne polito*. Atque in hac demum legis diſtinctione & intelligentia conquieſco (ita ut *Hoc plus* non ſit *Praeterea*; ſed *Plus* caſu quarto, *Hoc* ſexto ſit poſitum) nam ſuperiora illa magis acuendi ingenii, & verſandae in omnes partes ejus interpretationis gratia, produxi, quam ut latum unguem a trita ac recepta diſtinctione recederem.

3. ΑΞΙΝΗ.

Quatenus a πέλεκυ *bipenni diſtinguatur : & quod non ſit prorſus idem, quod* Σκέπαρνον *Aſcia, ſed ſit potius* dolabra. *Scriptores paſſim illuſtrantur, alicubi & emendantur.*

Alterum Graecum Aſciae vocabulum Ἀξίνη eſt ; quam revera *Aſciae*, (niſi potius *Dolabrae*) nomen eſſe, dubitare nos Veteres (216) Gloſſae vetant ; deinde & hoc, quod Latinum Aſcia ab Ἀξίνη inveniſſe nomen Voſſio videtur ; quem vide ſup. pag. 16. Quamquam mihi quidem longe aliud ſedet etymon, ut a Ξέω aut (217) Ξύω deducenda commodius videatur.

Sed quia hoc video penitus Graeciſſantium compluriurn mentibus inſediſſe, ut Ἀξίνην *ſecurim* interpretentur ; adeat, quaeſo lector, ut alios (218) nunc taceam, harum litterarum facile principem H. Stephanum in Theſ. ubi inter Ἀξίνην & πέλεκυν ſic eſſe diſtinguendum, ut illud ſit *aſcia* vel *dolabra*, hoc *ſecuris*, Homeri & Xenophontis auctoritate docet. Quorum hic in Hellenicor. III. dixit : Πολλὰς μὲν μαχαίρας, πολλὰ δὲ ξίφη, πολλοὺς δὲ ὀβελίσκους, πολλοὺς δὲ πελέκεις, καὶ ἀξίνας, καὶ πολλὰ δρέπανα. *Multas machaeras, multos gladios, multa verucula, multas ſecures dolabraſque, & multas falces.* Homerus autem Il. O.

Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο.

Pugnabant acribuſque bipennibus atque dolabris.

Sed jam ante Stephanum id diſcrimen ad hunc Homeri locum notaverat Euſtathius pag. 1039. οὕτω δὲ καὶ πέλεκυς πρὸς ἀξίνην, διαφορᾶς, ...

(216) In vet. Onomaſt. Latino vocabulo *Aſcia* Graecum reſpondet Ἀξίνη : deinde in Gloſ. Graeco-Lat. Graecum Ἀξίνη exponitur *Dolabra, hic Dolabrum*. Et Ἀξίνη τεκτονική (i. e. *Axine materiaria* : nam uti diximus ſupra, τέκτων eſt *materiarius* : additur autem *materiaria*, quia erat & *aſcia* ſtructorum, aliorumq. artificum) in Philox. Gloſ. eſt *Dolabra*, in Onomaſt. *Aſcia*. In eiſdem quoq. Gloſſis Ἀξίνη ἱερουργίας eſt *Acieris* (de quo ad Muratorium diximus) & Ἀξινάριον eſt *Dolabella*.

(217) Cur enim *Aſciam* ab Ἀξίνη deductam dicamus, quum, ſi rem ad vivum reſecare libeat, Ἀξίνη non tam *Aſcia*, quam *Dolabra*, uti dicetur, eſſe videatur ? At ξέω & ξύω verba ſunt τῆς λεπτουργίας, nam & *Radere* & *expolire* ſignificant, ac plerumque de materia uſurpantur : unde & τὸ ξύλον *lignum* a ξύω deducitur. Aeolas porro τὸ Ξ in *SC* commutare conſueviſſe, ſupra a Voſſio pag. 16. didicimus.

(218) Aemilius Portus, in ſuo Suida illud Ἀξινάριον· ἡ ἀξίνη· καὶ ἀξινίδιον ὑποκοριστικῶς, ſic vertit, ut non *ſecuris*, ſed *dolabrae* & *dolabellae*, *aſciae* & *aſciolae* nomina uſurparit. Item Kuſterum in eodem Suidae loco *Aſciae* & *parvae Aſciae* nomine uſum video. Nolo heic lectorem obtundere, ſi, quid ſinguli interpretes Ἀξίνην ſint interpretati, moroſa diligentia perſequi satagam.

διάφορος, ὡς δηλοῖ τὸ, Πελέκεσι καὶ ἀξίνῃσι. Heic autem nolo praeterire, quid de hoc more pugnandi bipennibus, & dolabris alibi Euſtathius adnotaverit. Is enim ad Il. N. *Barbarorum*, inquit, *conſuetudo eſt dolabris, ac bipennibus depugnare: idcirco alibi* (hoc ſcil. loco, quem recitavimus) *Trojani* Πελέκεσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο (219) Trojanos barbaros appellat, quia Graeci non erant. Verum hoc ἐκ παρόδου.

Sane autem, quod in praecedentibus Xenophontis, & Homeri locis ἀξίνας (bellicas ſcilicet) non *aſcias*, ſed *dolabras* verti, id non temere, ſed cum judicio feci. Docui ſupra ad Murator. not. 151. 153. praecipuum inter aſciam, & dolabram diſcrimen repetendum eſſe a manubrii modulo, quod in illa brevius, in hac longius erat. Ecce autem quod ibi ex ſola *dolabrarii* figura ſtatueram, docuit me deinde Euſtathius ad illud Hom. Il. N. 611.

- - - - ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν

Ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ

Μακρῷ εὐξέστῳ. *At ille* (Piſander) *ſub ſcuto ſumſit pulchram dolabram ex aere fabrefactam, oleagino inſertam manubrio, longo, bene polito*. Ibi Euſtathius pulchre ubi ἀξίνην a τῷ σκεπάρνῳ parum (220) diffidere innuiſſet; hoc tamen inter ea deinde intereſſe notat, quod σκέπαρνον parvo manubrio inſtrueretur, ἀξίνη longo. Sic enim (pag. 949. lin. 58.) habet; ὁ (πέλεκκον) μακρὸν μὲν λέγεται, ὡς μὴ σκεπάρνου ὄν, ἀλλὰ ἀξίνης. *Quod manubrium longum dicitur, quippe quod non aſciae, ſed dolabrae eſt*. Vides heic ex modo manubrii effici τὴν Ἀξίνην potius *Dolabrae*, quam *Aſciae* reſpondiſſe.

Sed eo redeo, unde inceperam. Nam profecto quantum inter πέλεκυν & ἀξίνην ſit diſcriminis nullo poteſt indicio eviden-

(219) Euſtath. ad Il. N. pag. 949. lin. 41. Βαρβαρικὸν δὲ τὸ ἀξίναις μάχεσθαι καὶ πελέκεσι· διὸ βαρβαρικῶς τὸ Ὀξέσι πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο.

(220) Euſtath. ad Il. N. pag. 949. lin. 51. notavit, *artificioſe poetam oleaginum manubrium ἀξίνῃ dolabrae tribuiſſe, ut & σκεπάρνῳ Aſciae* (verum in σκεπάρνῳ memoria labitur; nam in ſupra recitato Od. E. loco, ubi de σκεπάρνῳ, nullum de oleagino manubrio veſtigium) *quippe quum talium peritus ipſe, nobis etiam in tranſitu peritiam fraiat* Τεχνικῶς δὲ πέλεκκον ἐλάϊνον τῇ ἀξίνῃ χορηγεῖ ὁ ποιητὴς, ὥσπερ καὶ τῷ σκεπάρνῳ, οἷα καὶ τῶν τοιούτων ὢν εἰδὼς αὐτὸς, καὶ ἡμῖν ἐκ παρέργου πολυπειρίας χάριν εἴδησιν διδούς. Vides ex his verbis, nutaſſe Euſtathium, Σκέπαρνον & Ἀξίνην cognata fuiſſe inſtrumenta, eaque de cauſa utrumque ex aequo oleagino armari manubrio.

dentius fieri, quam illuſtri Artemidori loco, in quem nuper incidi. Is igitur lib. II. cap. 24. quod inſcribitur περὶ γεωργίας, in eo eſt ut ab omnibus agriculturae inſtrumentis per quietem viſis captet conjectiones. Inter cetera meminit πελέκεως & ἀξίνης: ex quo obiter vides non temere Palladium lib. I. tit. 43. in inſtrumento ruſtico, *dolabras*, *ſecures*, *aſcias* retuliſſe: ut & Columella II. 2. *Dolabram*, alibi *dolabellam* adhibet. Ergo Artemidorus de πελέκει & ἀξίνῃ ſic habet: Πέλεκυς δὲ, ϛάσεως καὶ βλάβης ἐϛὶ σημεῖον καὶ μάχης. Αξίνη δε, γυναικός τε καὶ γυναικείας ἐργασίας· καὶ γυναικείας μὲν ἐργασίας διὰ τὸ τῷ κρατοῦντι συμφέρειν καὶ προσέλκειν· γυναικὸς δὲ, διὰ τὸ ὄνομα. Janus Cornarus ſic vertit; *Bipennis ſeditionis & damni ac pugnae ſignum eſt. Aſcia* (ſive dolabra) *mulieris, & muliebris quaeſtus: & quaeſtus quidem muliebris, propterea quod tenenti conducat, & attrahat. Mulieris autem propter ipſum nomen*(quo Graecis ἀξίνη appellatur). Verum is locus obſcurior eſt, quam ut ſine commentario vulgo ab omnibus intelligatur.

Nam primum τὸν πέλεκυν ait ϛάσεως i. e. *ſeditionis* eſſe ſignum. Quid ita? nimirum quia Πέλεκυς ex vi ſuae nativae ſignificationis (221) δίϛομος h. e. *anceps* erat; unde & Latinis

Bipen-

(221) Quod dixi, πέλεκυν ſua nativa notione eſſe *ancipitem*, id oculis ſubjicit Simmiae Rhodii poëmation, quod πέλεκυς inſcribitur, cujus verſus ita diſponuntur, ut bipennis ſive ſecuris ancipitis formam exprimant; quod, qui πέλεκυν uſurpare oculis volet, ad finem Theocriti videre poterit una cum σύριγγι & βωμῷ & ᾠῷ, quae ſunt ſimili artificio compoſita. Nec aliud fuiſſe, mihi perſuadeo τὸ πελεκοειδὲς σχῆμα apud Proclum, quem ſcriptorem ad manus non habeo. Nec aliter, quam ope duplicati acuminis, difficilem ſatis Etymologici M. originationem expedire potui, in quo in ea voce ſic legitur: Πέλεκυς, παρὰ τὸ πέλειν ὠκύς· τὸ γὰρ πέλω σημαίνει καὶ τὸ γίνεσθαι καὶ εἶναι· σημαίνει καὶ τὸ ἀναϛρέφεσθαι. Vult πέλεκυν inde dictum, quod *velociter convertatur*, παρὰ τὸ πέλειν ὠκύς: nam τὸ πέλειν inter cetera etiam *converti* ſignificat. Quo id pacto? quia πέλεκυς talis, aequalis eſt ille Simmias utrinque acutus, facillime circa manubrium, tamquam ſuum axem, rotatur: at ſi in ſecuri ſimplici (i. e. una cum acie) id aggrediare; difficillime obtinebis. Deinde & eodem facit illud πελέκεως epitheton Homericum ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον Od. E. 234.

Δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν ἄρμενον ἐν παλάμῃσι,
Χάλκεον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον.
In manibus dedit huic habilem ingentemque bipennem,
Aeratam ancipitem.

Poſtremo (ut & de poſteriore aetate documenta producam) apud S. Eucherium Lugd. in Formul. ſpir. cap. 8. *Bipennis* (eſt) *geminata afflictio*. Reſpicit autem Pſ. LXXIII. ubi Graece eſt ἐν πελέκει.

Sed tamen etſi πέλεκυς ſua natura δίϛομος erat, tamen nonnumquam & ἑτερόϛομον fuiſſe reperio. Tum vero addebatur diſcriminis cauſa illud ἑτερόϛομος, ut apud Syneſium epiſt. 108. πελέκεις ἑτερόϛομοι

στομου περὶ τὴν ζώνην ἐχόστω. Πελέκεως Ἀμφιστόμου & ἑτεροστόμου meminit Pollux I. 137. Μονοστόμου Heſychius in Ἡμιπέλεκας; ib. Ἡμιπέλεκας (pro quo legendum Ἡμιπέλεκυς, ut in Suida) exponitur πέλεκας (ſive potius πέλεκυς) μονόστομος. At Homerus id appellavit ἡμιπέλεκκον Il. Ψ 851. Καδδ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα· *Depoſuit decem bipennes, decemque ſecures*. Quod Euſtathius expoſuit μονόστομος πέλεκυς, itemque μικρὸς πέλεκυς. Utrumq. enim hoc in ἡμιπελέκκῳ fuit, tum ſimplex acies, tum & dimidiatum manubrium, quod contemplari potes in hoc ſchemate, quod in inſcriptione *Baebiae Gratinae* ſupra in Muratorio pag. 113. delineatum produximus; quod certe eſt Homericum illud ἡμιπέλεκκον, & Euſtathii μονόστομος idemque μικρὸς πέλεκυς; idemque Syneſii πέλεκυς ἑτερόστομος, qui prae ſua exiguitate zonae inſertus gerebatur: idemque poſtremo & *Dextralis* Iſidori erat, de quo in XIX. Orig. 19. poſuit: *Dextralis, dexterae habilis*. Unde habes *Dextralem* ab ἡμιπελέκει non diſcrepaſſe? Ex Homeri Scholiaſte, qui ſic notavit: Ἡμιπέλεκυν, τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνον μέρους ἔχον ἀκμὴν, ὃ καὶ ΔΕΞΤΡΑΛΙΟΝ καλοῦσι. Ait, ἡμιπέλεκυν (quaſi dicas *ſemiſecurem*) *eſſe ſecuris dimidium, ex una tantum parte habens acumen, quem DEXTRALEM appellant*. Utitur Διστρίου voce Theophylactus Simocatta VIII. 4. ubi clavas ferreas Romanorum lingua Δίστρια appellari dicit; pro quo Cangius conjicit auctorem ſcripſiſſe Δεξτράλια: vide in Graec. Gloſſ. Joan. de Janua: *Dextralis dicitur ſecuris dextrae habilis*: quae ſunt ex Iſidoro. Victor Vit. in I. de perſec. Vand. initio: *Ubi . . . clauſas repererunt portas, certatim ictibus dextralium aditum reſerabant: ut recte tunc diceretur: quaſi in ſylva lignorum ſecuribus* &c. ut in Pſ.



LXXIII. Porro *Dextralis* tantumdem erat, quod aliis poſterioris aevi ſcriptoribus *Manuaria* (de qua vide Cangium) dicebatur; a qua *Manuaria* non dubito quin veniat Italicum *Mannaja*, & dimin. *Mannajno*; quo nomine ſupra poſitum inſtrumentum appellabat Murat. ſup. pag 113.

Dixi, πέλεκυν ſine additamento alio intelligi ancipitem. Cur ergo Heſychius accuſativum πελέκεα interpretatur πέλεκυν δίστομον? ſatis erat dixiſſe πέλεκυν. Id quidem leve; quia jam Heſychii aetate magno in uſu erant illi ἑτερόστομοι πελέκεις, quos ex Syneſio nominavimus; ut propterea addendum cenſuerit grammaticus, πελέκεα apud illum poetam intelligi δίστομον, non alterum illum ſuo aevo uſitatiorem ἑτερόστομον· Illud gravius quod apud eumdem Heſychium in Ἀξίνη reperitur. Ἀξίνη. δίστομος πέλεκυς. Nam ex his verbis elicitur, Ἀξίνην (h. e. ſive *aſciam* ſive potius *dolabram*) ſemper ac ſua nativa notione δίστομον fuiſſe; πέλεκυν non ſemper fuiſſe; alioqui fruſtra addidiſſet δίστομος. Verum Heſychiana haec (prout ea ex edit. Baſil. & Screvel. recitavi) male habentia, tranſpoſita tantum poſt δίστομος diſtinctione, facillime ſanatur. Scripſit enim in hunc modum Heſychius: Ἀξίνη δίστομος· πέλεκυς. h. e. Non omnis Ἀξίνη eſt πέλεκυς, ſed illa tantum quae δίστομος ſive anceps. Nam erat, quum Ἀξίνη una tantum parte aciem habebat, & quidem ὀρθογώνιον ad manubrium; tum vero *aſcia* aut potius *dolabra* dicebatur; *ſecuris* aut *bipennis* aut Graece πέλεκυς nullo modo. Erat quum illa in adverſa parte alteram aciem praeferebat, eamque manubrio παράλληλον; tum vero ſimul ἀξίνη, ſimul etiam πέλεκυς ſive *ſecuris* & *bipennis* appellabatur. Verum de his infra uberius. Ceterum Heſychii locum non debere aliter diſtingui, ac fecimus, ex eo etiam, poſtquam haec ſcripſeram, deprehendi, quod idem grammaticus in Πέλεκυς poſuit. Πέλεκυς. ἀξίνη δίστομος. Vides ex hoc

Bipennis (222) dicebatur: cujus proinde duplex acies ſciſſam in factiones duas civitatem deſignabat. Accedit & hoc, quod quum bipennis, ſive ſecuris (quae a ſecando reperit nomen) lignum finderet in duas partes (id quod *Aſciae*, & *dolabrae* negatum erat) icirco ſeditionis, quae ob id σχίσμα Eccleſiae ſcriptoribus dicebatur, ſignum erat.

Sequitur in Artemidoro, Ἀξίνην ſive *Aſciam*, aut potius *Dolabram* duo ſignificare, tum γυναῖκα, tum γυναικείαν ἐργασίαν. Priorem ſignificationem habere dicit διὰ τὸ ὄνομα *propter nomen*, quid hoc? an quia Ἀξίνη eſt feminini generis, quum contra πέλεκυς ſit maſculini? Id quidem ab hoc Onirocritico minime abludit, in quo merae ſunt ineptiae. Sed malo tamen illud διὰ τὸ ὄνομα referri ad Laidem, quae Aeliano (223) teſte, ΑΞΙΝΗΣ nomine celebris erat.

Poſte-

hoc loco, qui certe prava interpunctione vitiari non potuit, quam certa ſit ſuperioris alterius loci diſtinctio, quam adhibui. Idem quoque conſtat & ex Philoxeni Gloſſis, in quibus *Bipennis* exponitur Δίστομος ἀξίνη; qui Gloſſarum locus ex modo adſcripto Heſychiano manavit.

(222) De Latino *Bipennis* vocabulo nihil addam ad ea, quae Voſſius in *Etymol.* ex Quintiliano, Servio, Nonio, Iſidoro collegit. Sed Iſidori locus, qui plura quam ceteri affert, non committam, ut heic deſideretur. *Securis* (inquit in XIX. 19.) *apud veteres Penna vocabatur; utramque autem habens aciem Bipennis dicitur: quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quaſi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Unde & avium Pennae, quia acutae. Et ecce nomen, quod reſervavit antiquitatem, quia veteres dicebant Pennas, non Pinnas*. Iſidori ultima (quae ſunt e Servio ad Aen. II. 479. totidem verbis: *Ecce nom. quod ſervavit antiquit; quia &c.* qui Servius ad Aen. XI. 651. paria habet) hoc ſibi volunt, quas nunc dicunt moenium *pinnas*, eas olim dictas *pennas*, uti conſtat ex *pennarum* avium & *bipennis* vocabulis, in quibus manſit ſecunda vocalis. Sed & Nonius quaedam habet prae aliis non vulgaria. *BIPENNIS manifeſtum eſt id dici, quod ex utraque parte ſit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores* (veterum gubernacula, quemadmodum in anaglyptis conſpiciuntur, avium pennas, hinc atq. inde in acutum deſinentes referebant) *ad hanc ſimilitudinem Pinnas vocant eleganter* . . . . . *Idem* (Varro) *Parmenone: Ferens ferream humero bipennem ſecurim*. Ex quo loco diſcis, Bipennis nomen eſſe adjectivum, tantumdem valens, quod Graecis δίστομος; ſubaudiri autem *ſecuris*, quod Varro etiam expreſſit. Adde illud Virg. Aen. XI. 135. *Ferro ſonat icta bipenni Fraxinus*. Quod immerito viſum eſt ſingulare Servio, ſic notanti: *Ad epitheton tranſtulit nomen proprium: nam BIPENNIS per ſe plenum eſt* (de aevo Servii id conceſſerim, non Varronis) *& Securim ſignificat*. Quod autem Varroni *ſecuris bipennis* dicitur, id Plauto eſt *ſecuris anceps* in illo loco Aul. *Securim capiam ancipitem &c.* qui locus infra expendetur.

(223) Aelianus XII. Var. hiſt. 5. Ὅτι Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ΑΞΙΝΗ ἐκαλεῖτο. ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα,

Poſteriorem vero ſignificationem inde deducit, quia ἀξίνη h.e. *aſcia*, ſive *dolabra* τῷ κεραιοῦντι συμφέρει καὶ προσέλκει. Et heic ſpiſſior eſt caligo. Sed tamen petitur αἰτιολογία ab etymologia τῆς ἀξίνης; quam derivat a futuro ἄξω, non quatenus venit ab ἄγνυμι *frango* (224) quod poſteriores grammatici voluerunt; ſed quatenus venit ab ἄγω *duco*, *attraho*; quia *aſciae* miniſterio materiarius aſſulas de ligno ducit atque ad ſe trahit (idem de *dolabra* dicendum reſpectu ejus rei, cui admovetur) eoque credidit γυναικείαν ἐργασίαν per ἀξίνην deſignari. Hae ſunt quidem gerrae germanae; ſed quae tamen oſtendant, non tantum aliud fuiſſe πέλεκυν, aliud ἀξίνην; verum etiam non eſſe prorſus dubitandum, quin ἀξίνη reſpondeat Latino *Aſciae*, aut, quod malo, *Dolabrae* vocabulo, quando non niſi *Aſciae*, & *Dolabrae* hoc convenit, quod id, cui infinditur, τῷ κεραιοῦντι προσέλκει: ſicuti etiam πέλεκυς, quia ſcinderet, ideo σχίσμα in rep. ſignificabat. Atque haec de Artemidori loco, quem illuſtriorem credo fecimus, quam accepimus.

Jam vero, quod Artemidorus ἀξίνην in inſtrumento ruſtico poſuit, habet in eo ſuffragatorem (praeter Pallad. & Col.) Pollucem, cui I. 245. inter γεωργικὰ ἐργαλεῖα ſexto loco eſt Ἀξίνη.

At vero idem V. 19 ubi venatorem falcibus inſtruxiſſet, ſi quid ei materiae ſit ſuccidendum, eumdem porro, & ἀξίναις inſtruit. Ἐπὶ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἀξίνας παρασκευαστέον, εἰ καὶ πρέμνα κόψαι δέοι. *In eumdem finem etiam dolabrae ſunt praeparandae, ſi forte etiam ſtipites praecidi ſit opus*. Sane enim hoc loco ἀξῖναι illae

aut

ννης. Ait, Laidem, teſte Ariſtophane Byzantio, etiam *Axinen* h. e. *dolabram* appellatam fuiſſe; eoque cognomine morum ejus feritatem fuiſſe notatam. At Artemidorus, credo, aliam in partem hoc Laidis cognomen videtur interpretari, παρὰ τὸ ἄγειν a *ducendo*, ſive *trahendo* ſcil. non ut feritas notetur.

(224) Τῆς ἀξίνης etymon notavit Euſtathius ad illud Hom. Il. Ω. 662. Τηλόθι δ' ὕλη Ἄξεμεν ἐξ ὄρεος. Ad quem locum pag. 1370. ſic ſcripſit. Τὸ δὲ ἄγειν ὕλην, καὶ νῦν ἢ τὸ κλᾷν δηλοῖ ὅθεν καὶ ἡ ἀξίνη, ἢ ἁπλῶς τὸ φέρειν. *Illud* ἄγειν ὕλην *heic quoque aut frangere ſignificat, unde & ἀξίνη derivatur, aut ſimpliciter ferre*. Et ei quidem Homeri loco non eſt dubium quin *ferendi* ſignificatio ſit convenientior. Sed tamen ἀξίνης etymon ab ἄγω ſive ἄγνυμι *frango*, cujus futurum ἄξω, ab omnibus receptum fuit; credo ob eam cauſam, quod alterum hoc Artemidori etymon ab ἄγω *duco* ſive *traho* obſcuritate ſua Artemidori lectores praeterierit. Ceteroqui ſpernendum non videbatur. Nam duae ſunt *aſciae* functiones; una in ictu conſiſtit, quae communis ei eſt cum ceteris inſtrumentis; altera in attractione, quae peculiaris eſt aſciae, dolabrae, ligonis, & ſiqua ſunt cetera, quae aciem habent ad manubrium ἐγκεκλιμένην, ſive *ſoſſoriam*, uti appellat Iſidor. XIX. 19.

aut *dolabrae* ſunt, cui vehementiſſimam ἐνέργειαν antiqui tribuebant(vide infr.in de *Dolabrae* uſu ad ſylvas ſternendas)aut quas Palladius I.43.*ſecures dolabratas* appellat;quae videntur ex una parte ſecurim, ex altera dolabram, aut aſciam retuliſſe, quibus, prout uſus, utebantur. Nec aliavidetur notio ἀξίνης in LXX. ut etiam in Mat. & Luc. ubi de *ſecuri ad radicem mittenda*; ibi enim & ἀξίνης vocabulum, & caedendi miniſterium *ſecurim dolabratam* arguit. Ac fort. his Divinis Scriptorib. prae oculis fuit Chaldaicum *Hatſinas Dolabra*: quod eſſe ex Graeco Ἀξίνη factum, infra,ubi de Heb. Aſciae nominib; oſtendam.

Antequam hinc diſcedam, non omittam, quid Heſychius, (ex quo totidem verbis Favorinus) in Σόδνα ſcripſerit. Σοδνά. Ἀξίνη. Πάφιοι. Vult, quam ceteri Graecorum ἀξίνην vocabant, eam Paphios nuncupaſſe Σοδναν. Atque ejus vocis etymon puto eſſe a Ξέω polio. Fortaſſe Paphiorum dialecto Ξ molliebatur in Σ. A Ξέω autem ſicuti fit τὸ Ξόανον *ſimulacrum* (quia aſciis, runcinis, ſcobinis, ut ſup.pag.110. not.135. ex Tert.docuimus, perpoliebatur)ita etiam ἡ Ξόδνα ſive σοδνα, nimirum *aſcia*, aut *dolabra* cujus ope materia dolabatur.

Ex hucuſque animadverſis intelligitur inter ἀξίνην & πέλεκυν ingens diſcrimen fuiſſe, atque errare doctiſſimos quoſque interpretes, qui pro ἀξίνης vocabulo in ſuis ſcriptoribus Latinum *ſecuris* appendunt. Deinde & hoc poteſt ex dictis colligi Ἀξίνην (ſi rem ex vero ſtatuere volumus) proprie non *Aſciam*, ſed *Dolabram* fuiſſe: etſi credo in recentiore Graecia fort. Σκέπαρνον & Ἀξίνη confundebantur, non ſecus ac apud poſteriores Latinos *Aſcia* & *Dolabra*. De quo *Dolabrae* vocabulo jam dicere aggredior.

4. D O L A B R A.

De Dolabrae etymo (quid ſit DOLARE) ſignificatione, forma, munere. Dolabrae ab Aſcia diſcrimen. Plauto antiqua lectio reſtituta.

Dolabra, quam & *Dolabrum* (225) neutro genere dici reperies, non eſt dubium quin a *dolando* nomen quaeſierit: nam Iſid. XIX. 19. etymon, *quod habeat duo labra*, non ſe probat. At *Dolo* quid ſit, id vero perveſtigari operae pretium fuerit: nam nemi-

(225) *Dolabrum* neutrius generis reperitur in Gloſſis veteribus haud ſemel, quas etiam ſupra recitavimus. Reperitur in S. Eucherio Lugdunenſi in *formul. ſpiritual. lib.* cap. 8. *Aſcia vel dolabrum* (eſt) *pravorum perſecutio*; alludit autem ad Pſ. 73.6. In Gloſſis Iſidori: *Dolumen, Delubrum*: corr. *Dolabrum*. Et alibi in Scriptoribus labentis Latinitatis, haud raro *Dolabrum* reperies.

neminem unum ex noſtri aevi grammaticis reperi,qui nativam verbi hujus notionem recte docuerit. Vulgo putant tantumdem eſſe quod *levigare*. Quos falli jamdiu eſt, quod ſuſpicabar, adductus Horatii verſiculis I. ſat.5. apud quem *Cerebroſus proſilit unus*, *At mulae nautaeque caput lumboſque ſaligno Fuſte dolat*: Qui ſi levigare aut perfricare voluiſſet;ſtrigili,opinor,non fuſte id feciſſet. Verum dum auctoritatem quaero,obtulit ſe mihi Aelius Donatus ad Eunuchi III. Sc. 3. ſic adnotans: *DOLUS*, inquit, *a laedendo dictus eſt*, *ideſt a DOLANDO*, *ideſt minuendo*. *Nam & δόλος Graecis laeſio dicitur*, *& DOLONES tela quaedam bellica*, *& DOLARE FABRI*, *lignum eſt aſcia caedere*. Ergo ſi *Dolare fabri* eſt *aſcia caedere*; ἁπλῶς *dolare*, eſt *caedere*. At illud *Caedere* duplicem notionem habet, nam & τύπτειν h.e. verberare ſignificat, & *amputare*, *praecidere*. Utra eorum primaria ſit, & num utraque, ignoro. Sed utut eſt; certe & DOLO utrumque ſignificat. Gloſſae: *Dolat*: πελεκᾷ, καὶ τύπτει. At πελεκάω (226) eſt *praecido*. Eaedem Gloſſae *Dolator*. πελεκητής. & *Dolo*; πελεκῶ. Et quidem *Dolare* pro *verberare* ſatis Horatii auctoritate munivimus. At alterius cognatae ſignificationis, qua *praecidere* notatur, poſſim infinita exempla producere. Cato de R. R. cap. 45. *Taleas oleaginas*, *quas in ſcrobe ſaturus eris*, *tripedaneas decidito*, *diligenterque tractato*, *ne liber laboret*, *quum dolabis aut ſecabis*. Ubi vides, dupliciter taleas praecidi potuiſſe, *dolando* h.e. amputando, & *ſecando*. Idem Cato apud Plinium XVI. 39. *Cavetoque ne* (materiam) *per rorem trahas*, *aut doles* i.e. ferro praecidas. Lucretius V. 1265. de metallorum utilitate ad multos uſus:

Ut ſibi tela parent, *quibu' ſylvas caedere poſſint*;
Materiamque (227) *dolare*, *& levia reddere tigna*,

Et

(226) Non auſim affirmare τὸ Πελεκάω nihil aliud quam *praecido* notare. Sed tamen ſaltem saepiſſime hoc ſignificat. In loco Homeri Od. E. Ulyſſes acceptis a Calypſone bipenni & aſcia, illa quidem πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ, h.e. ligna ad ratis fabricandae modulum bipenni praecidit: (niſi vero ibi τὸ πελέκκησεν eſt *Delibrare*, & craſſiora πελεκήματα ſive *aſſulas* detrahere) deinde Aſciâ Ξέσσε δ' ἐπισταμένως *affabre expolivit*. Theophraſto in Hiſt. pl. eſt per quam familiare hoc verbum: ſed tamen ut videatur tam ipſum, quam ejus verbi propago, modo deſignare id, quod dixi, *Praecido*, modo trunci *Exteriora detrabo* (de qua poſteriore ſignif. dedi quaedam Theophraſti loca ſup. not. 215.) ad haec enim πέλεκυς utilis erat.

(227) *Materiamque dolare*, *& levia reddere tigna*. Thomas Creechius (quem unum ex Lucretii interpretib. ad manus habeo) in textu hanc lectionem expreſſit: *materiam laevare*, *dolare*, *ac radere tigna*.

Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.

Cic. in IV. Acad. *Non enim eſt a ſaxo ſcalptus, aut e robore dolatus*. Fort. & eo pertinet illud quod citatum reperi ex Arnobii lib. V. *Ex arbore lignum dolat, runcinat*. Sed quia Arnobium ad manus non habeo, nihil pronuntio, maxime ob ſequens *Runcinat*. Et videndum an *Ex arbore lignum* junctim intelligat, ut ſit τὸ ἐκ δένδρου ξύλον. Sed nihil affirmo.

Eadem eſt & ſignificatio verbi *Dedolo*; quod non ſignificat *levigo*, ut habent hodie lexica, ſed *amputo*, *praecido*, *detrabo*. Columella IV. 26. *Pedamenta* (vitium) *poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae*. Plinius XVI. 39. *Vulgo ſatis putant obſervare, nequa dedolanda* (i. e. praecidenda) *arbos, ſternatur ante editos ſuos fructus*. Eodem pertinet illud apud Plaut. Menaech. *Dedolabo aſſulatim viſcera*. Qui locus, quum τὸ *Dolare fabri* graphice deſcribat; ſuo veluti jure a me petit, ut antiquae pulcherrimae lectioni reſtituatur: quod ne longum heic faciam, in ſubjectam (228) adnotationem contuli.

Et

tigna. In adnot. deinde, alterius, quam ſupra poſui, lectionis meminit. Quam vellem codicum variantias ob oculos haberem, ut de vera lectione ſtatuerem. Sed tamen iſtud *materiam laevare, dolare ac radere* &c. eſt meo judicio vitioſum; nam ſive *dolare* eſt idem quod *polire*, tum vero inſulſa erit trium ſynonymorum coacervatio: ſive (quod eſt veriſſimum) *dolare* eſt *praecidere*; tum vero prius ligna levigarentur, quam praeciderentur. Ergo donec alius ex MSS. veram lectionem doceat, prior illa eſt magis Latio, magis ſententiae conſentanea.

Poſtquam haec ſcripſiſſem, incidi in praeclaram & copioſam editionem Havercampi V. Cl. in qua Giſanius ad hunc locum plane obtundit. Sed tamen ait, reperiſſe ſe quatuor ſcriptos, in quibus eſſet, *Materiemque dolare, laevare, & radere tigna*: ſe vero converſo ordine ſic reſtituiſſe, *Materiem laevare, dolare, & radere tigna*. Peſſime factum: nam, ut demonſtravi, DOLARE (quod heic certe eſt *excidere*) prius eſt quam *Laevare*.

Sed fort. illud *Materiamque dolere*, quod ſe Lambinus in M.S. verere reperiſſe teſtatur, rectum eſt, *Dolere* enim erit ab antiquo DOLO DOLIS, a quo eſt Supinum DOLITVM apud Nonium, & illud Varronis *Caelo dolitus*. Sed *Materiamque dolere* ſi ſcribatur, tum fiet anapaeſtus cum ſeq. *Laevare*: quod nolim admittere. Quare extrita enclitica QVE, ſic verſum conſtituendum puto: *Materiam dolere* (ultimâ longâ caeſurae cauſa) *laevare, & radere tigna*. Iſtud *Radere* in omnibus ſcriptis reperitur, & eſt Lucretio digniſſimum: quum contra illud alterum *laevia reddere tigna* ſit ex ingenio, & parum Lucretianum. Quare in hac demum lectione acquieſcendum puto, quae tota ex vet. codicibus eſt, & Caro apprime conſentanea, qui non ignorabat prius dolari (ſive ἀρχαϊκῶς DOLI) tigna, quam laevari ac radi.

(228) Plautus Menaechmis V. 2. 105.

- - *Securim capiam ancipitem,* atque

Et quidem falx vinitoris (cujus figuram Columella exhibet IV. 25.) utilis ad *dolandos* ramos aut minores ſtipites erat. Propertius IV.2.12. *Stipes acernus eram, properanti falce dolatus.* At ſi truncus major erat, tunc dolabra aut bipenni erat opus. Pollux ſupra mihi in Ἀξίνῃ productus, auctor eſt ejus diſcriminis. Vide ſupra in Ἀξίνη pag. 170.

Caelum quoque *dolare* dicebatur, quippe cui & τὸ τύπτειν *itere*, & *excidere* convenit, ſive quod eſt Donato *Minuere*. Nonius in *Dolitum* ſic ſcripſit: *DOLITUM (quod dolatum uſu dicitur) quod eſt percaeſum, vel abraſum, vel effoſſum. Varro Agathone:*

atque hunc ſenem
Exoſſabo, dein dedolabo aſſulatim
viſcera.

Haec hodie eſt ſcriptura recepta in duabus prioribus alterius verſus voculis, poſt Camerarii editionem. Sed Aldus & ejus traduces, *Exoſſem reddam*. Primae editiones, *Exoſſem, niſi* &c. At MSS. Camerariani ambo, quo ante & poſt Gruterum eruditiſſimus quiſque, tamquam ad Phoebi Cortinam conſultum ibant, exhibent *Oſſe fini*. Ad quae Gruterus (ſive quiſquis eſt adnotator in edit. Gruteri cum comm. Taubmanni an. 1621.) notat: *Quod oraculum antiquitatis ita exſinuat Pareus, ut ediderit, Oſſetim dedolabo, & aſſulatim viſcera. Quis enim* (inquit Pareus) *non videt, illud FINI derivatum ex TIM? Eſt autem* (Pareo) *OSSETIM dedolare idem, quod Truc. II. 7. 60. OFFATIM conficere. Ut ab offa offatim, ita ab oſſe oſſetim.* Quae (ut Grut. ibid.) haram, ſtabulum, piſtrinum olent. Sed tamen ut Pareanum OSSETIM ſit lectionum carcinoma: at nihil tamen critici adhuc ex illo Palatino *antiquitatis oraculo* extuderunt: credo quod meditantibus nihil ſuccurrerit. Verum nihil neceſſe eſt ſeſe excruciare, ſi quid ex OSSE FINI commodae lectionis exſculpi poſſit; quando ipſum ἄψαυστον, & ita uti in membranis eſt, ne una quidem littera minus, Plauto digniſſimum cenſeo. *Oſſe fini* eſt tantumdem, quod *oſſe tenus*. *Finis* heic poſitus eſt pro limite: quod plerumque quidem plurative ponitur, ut Ter. *Vicini noſtri ambigunt de finibus.* Sed Livius l. XLIII. in ſing. uſurpavit: *Redeuntes inde Ligurum extremo fine.* Itaque OSSE FINI eſt ablativus abſolutus, tantum valens, quantum ſi diceres, *Oſſe terminante* τὴν πελέκησιν ſive dedolandi actum. Plane ſi ſit aliquid mutandum; potius pro *hunc ſenem* ſcriberem *huic ſeni*, ſive magis, ut antiqui ſcribebant, SENEI, quod propius abeſt ab hodierna ſcriptura. Quamquam & duplex accuſativus *ſenem, viſcera*, Graeciſmus eſt, Plautino ſtylo conſentaneus. Hic autem locus, ſi quis alius, uti dicebam, quid ſit Graecis πελέκησις, quid DOLARE FABRI (ut Donati verbis utar) ob oculos ponit; quod omnes vident.

Antequam hinc abeo; nolo diſſimulare, antiquorum editorum illam lectionem, *Niſi dedol.* (ceteroqui non malam) reperiſſe me in Nonio in verbo Aſſulatim; ubi ſic citat: *Plaut. Menaech. Niſi dedolabo aſſulatim viſcera*. Ex quo perſpicitur, aut Nonium in ſuo ſic legiſſe, aut, quod magis credo, in Nonio (quem ubique a deſcriptoribus dira paſſum, vetus eſt querela) ſic locum ex ſuis codicibus interpolaſſe librarios. Ibid. Nonius: *Plaut. Captivis: Prinſquam pulſando aſſulatim foribus exitium dabo*. Quem locum eo adſcripſi, quod non intelligam, cur *Aſſultatim* poſuerit Grut; cur alii inſerto VEL, ſcripſerint, *vel aſſulatim exitium aſſero*.

thone : *Nummam caelatus* (quia ſequitur *caelo dolitus* ; heic pro *Caelatus* legerim GEMMATVS, aut aliud quod materiam ſcyphi notet : ex Plinio nota ſunt *Gemmata potoria* ; qui XXXIII. 1. *Turba gemmar. potamus, & ſmaragdis teximus calices*) *in manu dextra ſcyphus, Caelo dolitus artem oſtentat* (verum quia *Dolitus* eſt a DOLO DOLIS, erit pon. brevi, ut a *Molo molitus* : vide not. 227. quare ut conſtet verſus, ſic inverterim: *Caelo dolitus oſtentat artem*) *Mentoris*. *Cicero DOLATUM Academicor.lib.IV. Non enim eſt ſaxo ſcalptus, aut e robore dolatus*. Haec Nonius. Ad hanc ſignificationem referri poteſt illud Vulgatae Oſ. VI. 5. *Dolavi in prophetis*. Nam Hebr. eſt חצבתי *chatſabthi*, quod eſt incidendi verbum de caelo uſurpari ſolitum.

Ex huc uſque dictis liquet, τὸ DOLARE ampliore ſignificatu 1. *fuſti*, & cuivis ad verberandum inſtrumento convenire: 2. *falci*, aut *dolabrae*, aut *bipenni*, quum ramus, aut ſtipes, aut ſylvae dolantur h.e. praeciduntur : 3. *caelo* quum quid eo inſtrumento *dolatur* h.e. inſculpitur, & effigiatur: 4. *aſciae*, quum materia, aut marmor, & ſimilia, Donato teſte, *dolantur* h. e. aſcia *caeduntur*, & complanantur, Graece ἀποξέονται. Ad hanc ultimam notionem pertinet illud Vitruvii *Quemadmodum materia dolatur* &c. & Juvenalis illud XII. 57.


I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quattuor: ac ſeptem, ſi ſit latiſſima taeda.

Et illa Cai l.235. §.1.de verb.ſign. *Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent* &c. Eodem pertinet illud Plinii XVI. 6. *Dolata* (latifolia arbor) *vitiis obnoxia eſt : quamobrem ſolida utuntur*. *Dolatum* heic opponitur *ſolido* ſive *rotundo*, ut apud Theophr. τὸ πελεκητὸν contrarium eſt τῷ στρογγύλῳ: vide ſup. not. 215. Quare in Cajo, & Plinio *dolare* eſt bipennis ope tigna ex rotundis quadrata facere, quod dicimus vulgo *Affacciare*. Ac poſtremo quia materiarii *dolando*, ſive *Aſcia caedendo* ligna poliebant, hinc *Dolare orationem* afferri video ex Cic.in de orat. Similis eſt illa metaphora *Edolare libellum* apud Varronem in Nonio ; cujus verba non poſſum non adſcribere, quod ſimul quid ſit in re τεχνικῇ DOLARE diſerte doceant. *EDOLARE*, inquit, *fabrorum eſt verum verbum, quum materiarum complanatur aſperitas*. *Uſi ſunt eo laudandi ſcriptores vetuſtatis, etiam ad alias fabritas*

rerum.

verum. *Varro Bimarco*: *Quum Quinctipor Clodianus tot comoedias ſine ulla fecerit Muſa; ego unum libellum non edolem; ut ait Ennius?* Cic. ad Att. *Quod in manibus habebam, abjeci; quod juſſeras, edolavi*. Atque haec de *dolandi* verbo.

Accedo nunc ad *Dolabrae* ſignificationem, deinde & munus. Dolabram putant viri doctiſſimi ab aſcia non differre. Quotus enim quiſque eſt, qui in lexicis aut cuicuimodi libris talibus, non *Aſciam* interpretetur *Dolabram*, & contra? Verum (de ſequiore aevi ſcriptoribus nunc taceo, quos tantum invenio cum aſcia *dolabrum* confudiſſe: uti dicetur) ſed tamen aevo meliore, ut cognata inſtrumenta fuerint, at diſcrimen erat inter ea non tantum in etymo (quia *Aſcia* eſt a Ξέω, vel Ξύω, *Dolabra* a *Dolo*) & quod diſcretis reſpondent Graecis nominibus, hoc τῇ Ἀξίνῃ, illud τῷ Σκεπαρνῳ; verum etiam, & re, & officio. Ad rem ipſam, quod attinet; inſpice quaeſo hanc, quae in *Aſyli dolabrarii* inſcriptione dolabra ſculpitur, ut & Aringhi duas in *Romae ſubter*. IV. 14. pag. 101. & IV. 37. pag. 283. ſtatim pronuntiabis, nihil illis eſſe commune cum aſciis, quas toto hoc libello exhibuimus.



Diverſa eſt ferri figura; tum diverſus eſt manubrii modus, quod in dolabra praelongius erat, id quod & ex ſchematibus, & ex Euſtathio (229) ſup. confirmavimus. Euſtathio addi poſſunt *pyra dolabelliana* Columellae V. 10. memorata, & Plinio XV. 15.; quae non tam ab aliquo ex Dolabellis in gente Cornelia (ut vulgo praedicant) nomen ſibi quaeſiviſſe crediderim, quam a ruſticorum *dolabella*, cujus meminit Columella (230). Id inſtrumentum, quod longiore manubrio, inſtrueretur, hinc fort. pyris illis longiſſimi pediculi nomen indidit; ſic enim Plinius XV. 15. *Pyra dolabelliana longiſſimi pediculi*. At cur non potius *Dolabriana*, inquis? nam & dolabrae prolixius erat. Quia, inquam, etſi aequale utrique eſſet; at *dolabellae*, praeut ferri modulus erat, longius eſſe videbatur, quam dolabrae. Ita & pyra illa corporis exigui, opinor, at longiſſimi erant pediculi. Atque haec conjecturae loco haberi volo.

Sed

(229) Euſtathius ad Il. N. Locum vide in Αξίνη pag. 166.

(230) Columella IV. 24. *Semper circa crus* (crus vitis intelligit) *dolabella dimovenda eſt terra*. Ibidem. *Dolabella conveniet expurgare, quidquid* (in trunco vitis) *emortuum eſt, deinde falce eradi vivo tenus*. Cui reſpondet Graecorum Αξινάριον.


Sed antequam a Dolabrae figura diſcedo ; monere hei operae fuerit, modo appoſitum Dolabrae ſchema , quod ex Muratorio (vide ſup. pag. 122.) delineavimus , diverſum plane eſſe ab eo quod ex eod. monumento exhibetur to. 38. Diarior. Italicor. par. 1. pag. 155. Taceo quod in eo monumento Dolabrarius ipſe non *Pilaſtilus* , ſed *Aſtylus* rectiſſime appelletur, & quod inſcriptio , ut in iis Diariis affertur (231) ſit correctior & auctior , quam in Muratorio : verum Dolabrae icon eſt ibi non parum diverſa;quam heic delineandam curavi . Sane (ſi nec antiquus ſcalptor , qui monumentum caelavit,nec Diarior. χαλκογράφος in effigiando hoc inſtrumento aberravit) vides hanc dolabram ex una parte malleum capitatum & praegrandem geſſiſſe , ex altera roſtrum quoddam ; quod cur exterius recurvetur , aut quo id curvitatis valeat , non aſſequor . Niſi vero volumus in appoſito ſchemate , qua nunc malleus videtur , aciem fuiſſe *foſſoriam* (ut Iſidorus appellat eam , quae eſt ad manubrium ὀρθογώνιος) in averſa vero parte acutam , & capulo παράλληλον ; nam & hodie cultri in eum modum repandi retrorſum fiunt . Quid ſi res contra habuit?



(231) Inſcriptio illa ex Muratorio V. C. ſup. pag. 122. talis poſita fuit . 1. TI. CLAVDIVS. 2. TI. CLAVDI . 3. EPAPHRODITIAN . 4. VET. LEG. VII. CL. P. F. 5. PILASTILVS . 6. DOLABRAR . COL. FAB. 7. VIVOS. FECIT. SIBI. ET. 8. IVLIAE. DIONISYADI . 9. BENE. MERENTI . Ibi notaveram (vide omnino not. 154.) *Pilaſtylum* vocem eſſe hibridam ; Et ante iſtud cognomen deeſſe F. qua ſignificetur *Filius* ; unde conſequens erat , illud praecedens F. (quod ceteroqui ad legionem pertinuiſſet) poſſe exponi *Filius* . Verum difficultatem omnem ſolvit inſcriptionis exemplum , quale in illis Diariis affertur . Ibi verſu quinto FIL. ASTYLVS rectiſſime legitur: deinde verſu 8. IVLIAE DIONYSIADI (non DIONISYADI) 9.CONIVGI . 10. BENE. DE. SE. MER. Ita ut ſit etiam uno verſu (eoque neceſſario : nam ſcire intererat , conjux , an mater eſſet) auctior . Taceo quod *Aſtylo* longe aliud indumenti genus in Muratorio , ac in Diariis , inducitur : nam Muratorianus amictus Gallicas ἀναξυρίδας quodammodo refert : at in Diariis nihil eſt magnopere ſingulare . Sane pictoris iſta culpa fuit (ut & ſuperiora illa deſcriptorum peccata fuerunt) qui multum ſuae arti per omnia licere voluit : contra in Diariis eſt in pictura elegantiae parum : quo magis omnia ad fidem lapidis expreſſa cenſeo.


habuit? Nam in ceteris, quas mox producimus, in roſtro acies foſſoria, in averſa parte (quam malleum judices) acies acuta latet. At hoc ſi admittimus, quo acies foſſoria recurvatur exterius? Plane haereo. Verum aut ſcalptor lapidis hoc inſtrumentum corrupit; aut ſi tales prorſus dolabras *Aſtylus* fabricabat; dicendum erit, dolabrae militaris ad conterendum tantum idoneae genus hoc fuiſſe: quum certe Aſtylus ille *dolabrarius COLlegii FABrum* fuerit.

Nam ceteroqui Dolabram alteram & ruſticam, & lapidariam, & ad quidvis aptiſſimam heic exhibeo ex Aringhi lib. IV. *Romae Subt.* cap. 34. pag. 101. Vir ibi exhibetur, qui dolabra utraq. manu librata tofum caedit. Ego inſtrumentum




tantummodo exhibui; quod dolabram eſſe minime dubito. Pars illa quae videtur curva, & qua tofus ab Aringhiano foſſore caeditur, acies eſt dolabrae foſſoria: at in averſa parte non malleum, ſed aciem puto acutam fuiſſe, plane ut in ſecuri, ita ut acies eſſet capulo παράλληλος. Atque hanc genuinam dolabrae formam fuiſſe cenſeo: quae apud ipſum Aringhum multo longiore, quam heic (culpâ inciſoris) manubrio inſtruitur. Eſt apud eumdem Aringhum pag. 283. in manu cujuſdam *Foſſoris* (qui & *Foſſarii* dicebantur, fort. iidem qui *copiatae* in Cod. Th. qui infimum in Clero ordinem conſtituiſſe aliquando creduntur) *dolabra* altera non ita longo manubrio. Sed male ibi ſive χαλκογράφος ſive Auctor in ea inſtrumenti parte, qua vir ille ſive fodit, ſive arborem proximam caedit, mallei caput adpinxit; qua credo parte in ipſo monumento aciem acutam fuiſſe; quum in averſa certe acies ſit foſſoria.

Inter dolabras & haec referri debet, quam ſupra pag. 114. ex Muratorio (& ea quoque in ipſo Murat. pag. 140. eſt multo



longiore manubrio; qui unus eſt ex certiſſimis dolabrae characteribus) exhibui. In hujus quoque roſtro, deorſum ſpectante,

ſtante, acies eſt foſſoria; at in averſa parte acuta eſt in modum ſecuris. Eamdem plane formam habet & quae ibid. M. AVR. THEODoti inſcriptioni ſubjicitur: de qua non dubito quin & dolabra fuerit; nam ſi qua eſt in manubrii brevitate culpa, ea in marmoris anguſtiam eſt conjicienda; ſive potius in ſcalptoris



inſcitiam, qui debuiſſet de ferramento & manubrii craſſitudine detrahere, ut pro portione tanto major longitudo videretur. Huic ſimilis in Grutero eſt pag. 425. 10. ut & alibi apud eumdem non diſſimiles vidiſſe memini. Poſtremo & in inſcriptione Gruteriana (quam ſupra pagin. 112. not. 139. dedi) pag. 532. 4. *Dolabra*, uti reor, ſcalpitur, longiore capulo; cujus acies foſſoria, ut in ceteris, deorſum vergit, acuta (quae tamen non integra in eo marmore ſupereſt) ſurſum. Et quidem anaglypta viſentibus non dubito, quin talia plura iuſtrumenta (hucuſque incerta quid eſſent) detegere liceat; quae non aliud quam *dolabras* eſſe, ex deſcriptis indiciis ſtatui poterit.

Sed dicat mihi aliquis: unde habes producta inſtrumenta, non aliud fuiſſe, quam dolabras? primum quod ſimiles ſunt illi, quam humero gerit *Aſtylus* dolabrarius; deinde ex manubrii longitudine; & ex eo, quod quae appoſui ὄργανα ſunt δίστομα omnia; nam & Ἀξίνα ex Gloſſis & Heſychio δίστομος erat, & *Dolabra* Iſidoro XIX. 19. inde dicta, *quod habeat duo labra*. Et quidem, ut Iſidori etymon falſum ſit, at in re falli non potuit; qui & hoc de dolabra addiderat: *ex una enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria*: prorſus uti ſunt deſcripta inſtrumenta. At luxato deinde Iſidori loco, haec verba inde ejecta importune in de *ſecuri* locum occuparunt, quem numquam tueri poſſint, quod infra planiſſimum faciam. Hi ſunt ergo dolabrae in anaglyptis διαγνωστικοὶ characteres, manubrii prolixitas (quum contra Aſcia ex Iſidoro ibid. eſſet *manubrio brevi*) ferramenti gravitas, *duo* Iſidori *labra*, &, quod idem addit, quod ex una parte *acies acuta eſt*, ut in ſecuri, *ex altera foſſoria*, ut in foſſoriis inſtrumentis. Atque haec de *Dolabrae* forma, quatenus ab Aſcia diſtinguebatur. Venio ad munus.

At diverſum quoque dolabrae ab aſcia munus erat. De aſciae muneribus ad hujus capitis finem dicetur. At dolabrae

brae munus non aliunde melius , quam ex diverſis ſcriptorum locis , quae reperire potui , licebit deprehendere . Utebantur *dolabra* venatores ad ſuccidendas ſtirpes ſylvaſque , quod ex Polluce in Ἀξίνῃ confirmavimus : utebantur & ruſtici , uti diſcimus ex eodem Polluce (vide ibidem , ubi in inſtrumento ruſtico ea potiſſimum a Polluce ponitur) & ex Palladio I. 43. & ex inſigni Artemidori loco , quem modo protulimus in Ἀξίνῃ : ac poſtremo ex Columella, qui lib.II.extremo cap.2. haec poſuit ; *Nec minus DOLABRA , quam vomere , bubulcus utatur , & praefractas ſtirpes ſummaſque radices , quibus ager arbuſto conſitus implicatur , omnes refodiat ac perſequatur.* Idem lib.3. *Quae falce amputari non poſſunt , acuta dolabra abradito.* Cui ſimile eſt illud Pollucis ſupra in Ἀξίνῃ productum, de πρέμνοις amputandis Ἀξίνῃ , quia falce non poſſent . Adhaec idem Columella IV. 24. *Si . . cavata vitis eſt , dolabella conveniet expurgare quidquid emortuum eſt ; deinde falce eradi vivo tenus*:Qui & alibi *Dolabellam* ad alios uſus ſuo agricolae in manus tradit . Mox infra Tacitum III. 27. narrantem audiemus, juſſu Antonii , *e proximis agris dolabras convectatas* ad expugnationis opus .

At praecipuus Dolabrae uſus militaris erat , uti conſtat ex inſcriptione *Aſtyli Dolabrarii Collegii fabrum* , quam modo attulimus. Nam *dolabram* inter inſtrumenta materiarii nec Plinius VII. 56. poſuit ; nec Pollux VII. 113. & X. 146. inter τεκτονικὰ retulit ἀξίνην . Iſidorus quidem XIX. 19. inter lignaria ὄργανα *dolabrae* meminit, ſed ita, ut hanc cum *bipenni*, non cum *Aſcia* confuderit . *Haec* (bipennis , de qua proxime dixerat) *& dolabra* (dicitur) *quod habeat duo labra* . Adde quod ſequiore aevo *Dolabra* inter τεκτονικὰ ἐργαλεῖα *lignaria inſtrumenta* numerabatur , ob hanc cauſam , quia ejus aetatis ſcriptores *Aſciam* a *dolabra* vix diſtinguebant ; unde & in veteribus Gloſſis videas,tum Σκέπαρνον tum ἀξίνη exponi *Dolabra* , *Dolabrum* , *Aſcia* . Eas autem Gloſſas labente Latinitate eſſe perſcriptas , poſſem pluribus oſtendere , ſi id agerem . At aevo meliore inter Aſciam & dolabram ingens diſcrimen erat.

Sed jam quo melius poſſit Dolabrae uſus & officium cognoſci , afferam ea loca , quorum copiam maturate huc congerere pro tempore licuit . In expugnandis caſtris & urbibus Dolabra praeſto erat ad omnia . Nam & murus ea , & vallum proruebatur , & portae confringebantur , valebatque ad omnes

uſus,

uſus. Tacitus in III. Hiſt.20. *Mox* (Antonius) *converſus ad ſingulos, num ſecures dolabraſque, & cetera expugnandis urbibus ſecum attuliſſent, rogitabat: & quum abnuerent; gladiiſne, inquit, & pilis perfringere ac ſubruere muros ullae manus poſſunt?* &c. mox cap. 27. *Tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit. Paullum inde morae, dum e proximis agris ligones, dolabras, & alii falces ſcalaſque convectant; tum elatis ſuper capita ſcutis denſa teſtudine ſuccedunt.* Vides heic dolabrae militari ruſticam ſuccedaneam fuiſſe; quando e proximis agris dolabrae ad expugnationis opus una cum ligonibus &c. convectabantur. De muro & vallo proruendis, portiſque perfringendis, Livius & Curtius teſtes prodeant. Prior lib. XXX. *Quum muros defenſoribus nudaſſet, tum Hannibal occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod caementa non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructurae antiquae genere. Itaque antequam caederetur, ruebat; perque patentia ruinis, agmina armatorum in urbem vadebant.* Curtius IX.17. *Dolabris perfregere murum, & qua moliti erant aditum, irrupere in urbem.* Ibi quoq. murus terreus erat. Liv. rurſum IX. 37. *Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum proruendum, foſſaſque implendas . . proruto vallo erupit acies, ſtratos paſſim invadit hoſtes* &c. Idem XXVIII. 3. *Et aliis partibus ſecuribus dolabriſque caedebantur, & refringebantur portae.* Adhaec dolabris ſylvae ſternebantur, vaſa, glacies, quidvis denique confringebatur, & comminuebatur. Curtius VIII. 15. *Dolabris enim ſylvas ſternere aggreſſi* (vide ſupra Pollucem falcibus, & ἀξίνας venatores eadem de cauſa inſtruentem) *paſſim acervos, ſtrueſque accenderunt:* Idem V. 21. *Primuſque rex dolabra glaciem perfringens iter ſibi fecit.* Et cap. 20. *Dolabris pretioſae artis vaſa caedebant.* Florus IV. 10. *Quum argentum ejus* (M. Antonii) *paſſim dolabris concideretur.* Hinc quia ad obſtantia quaeque perrumpenda valeret, l.3.§.*ſciendum*. D. *de offic. praef. Vigil.* is *Praefectus vigilum cum hamis* (*Hama* inſtrumentum erat ad arcenda aut reſtinguenda incendia) *& dolabris coërrare debet.* Hinc etiam *Dolabra* inter inſtrumenta lanionis numeratur l.18.D. *de inſtruct. vel inſtrum.*

Nec tantum ad expugnationes, & ad conterendum utilis erat, verum etiam ad muniendum vallum, & opera cujusvis generis. Caeſar de B. G. VII. 73. *Itaque truncis arborum, aut*

admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum dolabratis atque praeacutis cacuminibus, perpetuae foſſae quinos pedes altae ducebantur. Apud Juvenalem VIII. 247. Marius, adhuc gregarius miles, a centurione vapulabat, ſi lentus ad opus eſſet.

Nodoſam poſthaec frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Ibi Grangaeus in adnot. dictum Domitii Corbulonis laudat, *Dolabra vincendum hoſtem* i.e. operibus. At id dictum in Tacito (quem ſcio res Corbulonis ſcripſiſſe) aliove ſcriptore adhuc quaero. Et in muniendis quidem caſtris, operibuſque aliis ad nihil non valebat, ſive ad materiam & palos caedendos, ac dolabrandos, ſive ad ducendam foſſam, praeſertim in ὑποπέτρῳ ſolo aut tofaceo; in quod ligonibus obniti parum poterant, dolabris unice poterant. Hinc Seneca inter admirandas res ponit, *Cum dolabra ire piſcatum.* Re enim vera putavit in telluris receſſibus & ſtagna eſſe, & piſces ibi vivere. *Inde* (ait in III. quaeſt. Nat. 17.) *ut Theophraſtus affirmat, piſces quibuſdam locis eruuntur. Multa hoc loco tibi in mentem venient, quae urbane in re incredibili fabulam dicas. Non cum retibus aliquem, aut cum hamis, ſed cum dolabra ire piſcatum. Exſpecto, ut aliquis in mari venetur*: & quae plura deinde affert, quo minus id incredibile videatur.

Atque haec de Ἀξίνῃ, & *Dolabra*: quae unius ſunt inſtrumenti nomina, ab Aſcia diverſiſſimi. Quamquam aevo poſteriore, uti toties monui, non tantum *Dolabra* & *Aſcia*, Ἀξίνη & Σκέπαρνον inter ſe, ſed etiam cum ſecuri, bipenni, πελέκια &c. interdum confundebantur (ob eam credo cauſam, quod haec omnia inſtrumenta δίςομα eſſent, hinc acutâ, illinc foſſoria acie) id quod & ex Heſychio, & Gloſſis obſervavimus, & ex Iſidori lignariis inſtrumentis luculentius fiet: quae mox luſtrabimus, ubi prius de *Dolatoria*, *Acieri*, *Scena* Σμινύη pauca tetigero.

5. *DOLATORIA. ACIERIS. SCENA.* ΣΜΙΝΥΗ.

Iſidori Lignaria inſtrumenta.

Ab eodem *Dolo*, unde eſt *Dolabra*, fit quoque Hieronymi *Dolatoria* (non *Dolatorium*) quae apud ſequioris aevi ſcriptores (232) in uſu fuit. Ergo Hieronymus pro eo quod in Vulgata Pſ.

(232) Illud *Dolatoriis* in Hieronymo credo eſſe potius a recto *Dolatoria*, quam a *Dolatorium*. Prius illud reperitur in Gloſſario Cangii in Capitul. 2. an. 813. c. 10. *Molas*, *dolatorias*, *ſecures* &c. in

Hinc-

ta Pſ.73.legitur *In ſecuri, & aſcia dejecerunt eam*, in ſua interpretatione ſic poſuit: *Et nunc ſculpturas ejus pariter bipenni, & dolatoriis deraſerunt*. Illud *Bipenni* credo etiam in pleriſque Latinis ante & poſt Hieronymum Pſalteriis lectitatum: nam & S. Eucherius in form.ſpir.c.8. & alii patres, quos viderim, *Bipenni* citant. Et ceteroqui LXXvirali πελέκει, non *ſecuris*, ſed *bipennis* reſpondet. Ex quibus vides apud Hieronymum *Dolatoriam* Aſciae nomen fuiſſe, ſed *lapidariae*, quippe qua ſculpturae deraderentur: at apud ultimae aetatis ſcriptores (quos in not.132. conjeci) quid fuerit, ignoro. Niſi quod illud in vita S. Remig. *Quum percuteret petram dolatoria*, aſciae quoque lapidariae notionem objicit animo. At *Acieris* & *Scena* vocabula priſca fuere, eaque Dolabrae potius, quam Aſciae.

De *Acieri* Feſtus: *ACIERIS, ſecuris aerea, qua in ſacrificiis utebantur Sacerdotes*. Conſentiunt Philoxeni Gloſſae; in quibus *Acieris* eſt Αξίνη ἱεροφάντου. Ac de *Acieri* ſupra pagina 116. not. 135. dixi, eam videri dictam ab *Aſcia*, quaſi *Aſcia aeris*. Ceterum rectius ab *acie* deducitur: unde eſt, quod & in Gloſſis legitur, *Acciarum* στόμωμα. Corrigit Salmaſ. ad Solin. *Aciarium* στόμωμα. Vox Graeca bene a Salmaſ. reſtituitur. Sed *Aciarium* eſt ῥαφιδοθήκη. At fort. *Acciarum*, aut *Acciarium* in Gloſ. vox eſt ſequioris aevi (quales multae in his Gloſſis) cui reſpondet Italicum *Acciajo*. Quando autem *Acieris* in Gloſ. exponitur Αξίνη; facilius *dolabrae* (quae erat, ut vidimus in inſtrumento lanionis, l. 18. *de inſtruct. vel inſtrum.*) quam *Aſciae* reſpondet. Ac certe *Acieris*, non aliud fuit, quam *SCENA*, quae *dolabra* pontificalis erat; de qua jam dicendum.

SCENA quid ſit, pro me Feſtus edifferet. Sic ille: *Scena ab aliis, a quibuſdam Sacena* (vide an non in SCAENA ſit hoc *ſacena* commutandum: nam quia theatri σκηνὴν cum diphth. AE Latini ſcribebant; hinc eam diphthongum quidam etiam quum inſtrumentum ſignificat, adſcripſerunt) *appellatur dolabra pontificalis*. Idem quoq. Feſtus: *Scenam genus fuiſſe cultri, manifeſtum*

Hincmaro in vita S. Remigii: *Cum percuteret eamdem petram dolatoria, quam in manu portabat*. In ſtatutis antiquis Corbejenſibus: *Fuſſorios 6.* (fort. *foſſorios*: nam *foſſorium* medio aevo ligonem ſignificat) *beſſos 2.* (& hoc ligonis genus eſt) *ſecures 2. dolatoriam 1. taratra 2.* &c. At *Dolatorium* Ugutioni & Joanni de Janua eſt *Locus in quo dolatur*.

ſtum eſt: ſed utrum ſecuris an dolabra ſit, ambigitur. Quam Cincius in libro qui eſt ei (Dacerius conjicit, Feſtum ſcripſiſſe II. h. e. *ſecundus*, ex quo librarii fecerint EI) *de verbis priſcis, Dolabram ait eſſe pontificiam. Livius in Lydio: Corruit, quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus.* Vides ſicut *Acieris* in Gloſſis exponitur ἀξίνη ἱεροφάντου *dolabra pontificis*; ſic *Scenam* Cincio *dolabram pontificiam* fuiſſe. Non eſt ergo dubitandum, quin *Scena* & *Acieris*, idem plane fuerint. At male interim Scaliger (233) *Scenam* pro ſecuri, aut bipenni habuit.

Habes *Dolabrae* pontificiae priſca vocabula. Sed interim neſcio quo pacto Graecum Dolabrae nomen, alterum ab ΑΞΙΝΗ, de quo ſupra copioſe diximus, imprudens praeterieram. Hoc autem ΣΜΙΝΘΗ eſt: quod dolabram quidem ſignificat, ſed plerumque ruſticam & foſſoriam; itaut non dubitet Suidas interpretari Σκαφεῖον, ἢ δίκελλαν, ἢ ἀξίνην *ligonem aut bidentem aut dolabram*. At Heſychius ligonis diminutivum eſſe voluit; de dolabrae notione tacet. Nec omiſit hoc vocabulum Pollux in inſtrumento ruſtico tum I. 245. tum VII. 148. (ubi & ὑποκοριστικὸν ejus Σμινύδιον ex Ariſtophane affert) tum X. 129. & 166. Adhaec & Plato in II. de legib. negat *agricolam ſibi ipſi aratrum*, (οὐδὲ σμινύην) *aut dolabram fabricare*. Apud Ariſtaenetum epiſt. 3. aquilex σμινύῃ foſſam ducit. Reperitur & Σμῖνον apud Nicandrum in Theriacis, quod Scholiaſtes exponit ἢ τὴν δίκελλαν, ἢ τὴν Ἀξίνην *aut bidentem, aut dolabram*. Sane ex hoc Σμῖνον primitivo videtur deinde flexum derivativum Σμινύη, quod eſt uſitatius. Ergo fuerit quidem Σμινύη *dolabrae* nomen, ſed, opinor, plerumque ruſticae; de qua in de *Dolabrae* munere ex Columella & Palladio nonnulla diximus. Nam & alicubi Euſtathius, niſi fallit memoria, Σμινύην Synonymum Ἀξιναρίῳ, h. e. *dolabellae*, & σκαφείῳ *ligonis* facit.

Et omnia quidem Scriptorum loca hucuſque producta σμινύην ligonem, aut foſſoriam dolabram eſſe oſtendunt: quibus

(233) Scaliger in Lycophronis interpretatione, verſum hunc 1105 Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον ἀμφίθηκτῳ μέσον, hoc altero Senario reddidit, *Scena bipenni diſſitus medium caput*. Scaligero impoſuit Tzetzes Lycophronis interpres, qui ibi Σκέπαρνον exponit πέλεκυν. At fallitur is Scholiaſtes. Deinde *Scena* non *ſecuris* eſt, (quae poterat *bipennis* eſſe, ſi utrinque eſſet acuta) ſed *dolabra*; quae, niſi vehementer fallor, ex una parte erat foſſoria, altera vero acuta: quare non poterat *bipennis* dici. Sed de hoc σκοτεινοτάτου poetae verſiculo alibi: quem poetam utpote caliginoſum, id dedit operam Scaliger, ut verbis priſcis obſcuriſque exprimeret.

bus addi poſſit illud Ariſtophanis Avib. 603. ubi ſe σμινύην *dolabram* empturum quidam ait, ut ferias ſervantes theſaurum effodiat: & quod in Pace v. 545. memoratur ὁ τὰς σμινύας ποιῶν, *qui dolabras fabricat*. Unus tamen alterque mihi repertus eſt ejuſdem Comici locus in Nubibus, ubi certe Σμινύη inſtrumentum eſt εἰς τὸ κατασκάπτειν h.e. ad demolienda aedificia. Sic enim ver. 1488. ὦ Ξανθία, Κλίμακα λαβὼν, ἔξελθε, καὶ σμινύην φέρων, Κἄπειτ᾽ ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον . . . Τὸ τέγος κατάσκαπτ᾽ &c.

O Xanthia, dolabram cum ſcalis foras

Eff-r, ſcholam conſcende, tectum perfode. Ibi Scholiaſtes: Σμινύη δὲ, σκαφεῖον, δίκελλα, ἀξίνη. Mox, conquerente diſcipulo, ſe a ruinis opprimi, ſic excipit Strepſiades ver. 1502.

\- - - - - - - *Hoc ipſum volo;*

Dum ne haec (σμινύη) *dolabra ſpes conceptas perduit.*

Quod interpretatur Suidas (in Σμινύη) ἀντὶ τοῦ Εἰ μὴ κλασθῇ. *Niſi frangatur* dolabra.

Poſtremo deberem & de Τύκῳ (quod certiſſimum eſt *Aciſculi* ſive *Aſciae* lapidariae nomen) plura dicere. Sed malo hujus vocabuli explanationem mox in locum commodiorem rejicere, ubi de Aſciae munere lapidario atque ſtructorio plura diſſerentur.

Verum antequam a nominum explanatione abeam: e re fore exiſtimo, ſi quae Iſidorus in XIX. 19. materiarii affinia inſtrumenta ſimul poſuit (quamvis ea magnam partem, prout uſus poſcebat, exhibuimus) heic ſimul conjuncta prodeant. Ergo is poſt ſerrae, & circini deſcriptionem, ſic pergit. *SECURIS vocatur, eo quod ea arbores ſuccidantur: quaſi ſuccurris*. Hoc non probat Voſſius. Sequitur. *Item SECURIS, quaſi Semicuris*. E Servio id ſumtum, qui ad illud 1. Aen. 296. *Remo cum fratre Quirinus* ſic notat: *HASTA enim, ideſt CURIS, telum eſt cum longiore ferro; unde & SECURIS, quaſi SEMICURIS*. Atque hoc etymon & Perottus probat, & Angelus Decembrius apud Voſſium, & Voſſius ipſe: nam in etymologia altera, quam propoſuit, ut ſit a *ſecando* (quam unice probat Martinius in Lex. Philolog.) hoc Voſſius reperit incommodi, quod terminatio URIS ſit praeter analogiam. Sit ergo a Sabino vocabulo *Curis*, quod haſtam ſignificat. Pergit Hiſpalenſis: *Ex una enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria*. Quomodo haec αἰτιολογία cohaeret praecedentibus? Nam ſi ex utraque parte ſuam habet,

etſi diverſae formae, aciem; quomodo eſt *Semicuris?* An Etymologus *acutae* tantum partis rationem habet? quaſi diceret *ex una enim* (tantum) *parte acuta eſt* (nam) *ex altera* (non acuta ſed) *foſſoria*. Ceterum Iſidoro *pars acuta* eſt acies manubrio παράλληλος; *foſſoria* vero eſt acies ad manubrium ὀρθογώνιος, qualis in foſſoriis inſtrumentis. Sed non temere vereor, ut haec *Securis* deſcriptio, ut una parte *acuta* fuerit, alterâ *foſſoria*, cum antiqua *ſecuri* cohaereat, ſive ἡμιπελέκκῳ Homerico, de quo ſupra pag. 163. diſputavimus. Suſpicor *deſcriptam* ab eo ſecurim, non aliud, quam aevi ſui *ſecurim* fuiſſe. Certe poſteriore aevo permagna in his vocabulis confuſio fuit; & ſimul haec inſtrumenta nunc hoc, nunc illo modo pro diverſis temporibus locisque figurabantur. Sequitur: *Haec & apud veteres penna vocabatur*. Cui hoc fando auditum, *ſecurim* appellatam *Pennam*? Nam hoc vocabulo ſcimus non totam ſecurim, ſed ſecuris acumen fuiſſe ſignificatum. Sed profecto laterem lavamus, niſi adacta ad radicem ſecuri, duo vocabula illa: *Ex altera foſſoria* (certe meo judicio luxata) hinc praeciderimus, ut ſuo deinde loco eadem reponamus. Lege ergo ſic: *Securis, quaſi ſemicuris; ex una enim parte acuta eſt* (exclude hinc illud *Ex altera foſſoria*). *Haec* (pars acuta) *& apud veteres penna vocabatur: utramque autem habens aciem, bipennis dicitur*; & cetera de bipenni, quae ſup. pag. 169. not. 222. expendimus.

Pergit adhuc: *Haec* (bipennis) *& dolabra, quod habeat duo labra: nam ſecuris ſimplex eſt*. Sane nemo Iſidoro hoc aſſentietur, *bipennem* & *dolabram* (Graece πέλεκυν & ἀξίνην) duo fuiſſe rei unius vocabula: niſi de aevo Iſidoriano hoc intelligamus, quandoquidem & in Heſychio (fort. aequali ſcriptore) πέλεκυς eſt Ἀξίνη δίστομος h. e. *dolabra*, & tantumdem in Gloſſ. reperitur: ut omittam *Dolabrae* etymon, quod certe eſt a *Dola*, non a duobus labris. Ceterum in Ἀξίνη & in *Dolabra* multa diſputavimus in eam ſententiam, ut videatur *dolabra* una parte acuta fuiſſe, altera foſſoria: id quod Iſidorus (utique luxatus) ſup. de ſecuri falſo praedicat. Sed quando inde illud *Ex altera foſſoria* merito ejecimus; conſequens eſt, ut quae inde expulimus, heic ſuo loco reſtituamus; ſic enim mea ſententia ſcripſerat Hiſpalenſis. *Haec & dolabra, quod habeat duo labra: ex una enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria*. At librarii haec ultima *ſecuri* adſcripſerunt, ex eo decepti, quia quum ibi illud reperiſſent. *Ex una enim parte acuta eſt*, pu-

tarunt,

tarunt, eo etiam pertinere hoc alterum, *Ex altera foſſoria*. Ac demum eo ventum eſt, ut totum hoc membrum ex *Dolabra*, unde abeſſe non debebat, deturbatum, ſecuris peculiare fieret, non ſine ſumma perturbatione ſententiae.

Sequitur: *Nam ſecuris ſimplex eſt*. Haec αἰτιολογία emendationem noſtram magis confirmat. Nam quum Dolabra *ex una parte acuta* (ſit) *ex altera foſſoria*; contra *ſecuris ſimplex eſt*; Deinde ſi *Securis ſimplex eſt*; hoc aperte declarat, falſo de ſecuri dici, una parte eſſe acutam, altera foſſoriam.

Deinde addit: *Dextralis dexterae habilis*. De *Dextrali* diximus ſupra pag. 168. ubi de ἡμιπελέκκῳ. Sed tamen vereor, ut haec jungi debeant cum praecedentibus hoc modo: *Nam ſecuris ſimplex eſt DEXTRALIS* (quia) *dexterae habilis*. Jo: de Janua: *Dextralis dicitur Securis dextrae habilis*: qui certe ab Iſidoro haec deſcripſit.

Poſtremo de *Aſcia* ſic poſuit: *Aſcia ab aſtulis* (Voſſius in Etym. corrigit *Aſſulis*: male: nam *Haſtulas*, aut *Aſtulas* (234) Iſido-

(234) Iſidorus ipſe hujus ſcriptionis cum ST rationem dat in XVII. orig. 6. *Haſtula* (inquit) *a tollendo nuncupata, quaſi abſtula. Fomes eſt baſtula, quae ab arboribus excutitur reciſione* &c. Quae ultima ſunt etiam in Servio ad 1. Aen. 180. *Fomites* (ait) *ſunt aſſulae, quae ab arboribus cadunt, quando inciduntur, quod foveant ignem*. Quod cum aſpiratione heic *Haſtula* ſcripſit Iſidorus; haud ſecus & alibi reperies. Ut in vita S. ErkenWaldi apud Cangium in *Aſtula*. Ceterum *Aſtulae* vocabulum uſurpavit Marcellus Empiricus c. 29. S. Paulinus Epiſt. 11. 12. & Natali 10. Beda in III. Hiſt. Angl. 2. & 13. & alii. At Feſtus *Aſſulas* cum duplici ſibilo in FOMITES ſcripſit: *Fomites ſunt aſſulae ex arboribus, dum caeduntur, excuſſae*. & mox: *pari modo aſſulae, quae ſunt ſecuribus excuſſae*. Nec aliter in priſcis ſcriptoribus, quam cum dupl. S legitur, ſive de ligneis ſive de lapidum aſſulis ſermo ſit: unde & adv. *Aſſulatim* Plauto.

At in Feſti verbis modo recitatis, quae media omiſi, ea ad fomites pertinent; de quibus mox. Nam praeſtat ab Iſidoro incipere; qui ſic habet poſt ea, quae ſupra adſcripſi: *Fomes*, inquit, *eſt baſtula, quae ab arboribus excutitur, reciſione baſtulae ambuſtae, aut ligno cavata, a fungis nomine accepto, quod ita capiat ignem: de quo Virg. Rapuitque in fomite flammam*. Quid ſit *reciſione baſtulae ambuſtae* juxta cum Davo intelligo. At male diſtinctus is locus (etiam in edit. Pariſ. 1601.) majore tantum interpunctione poſt *reciſione*, ſanus evadet. *Fomes eſt baſtula, quae . . . excutitur reciſione: Haſtulae ambuſtae* &c. Vult, non tantum vel [illegible] i.e. haſtulas quaſcumque, verum etiam *baſtulas ambuſtas*, & quae porro refert, *fomites* appellari. Habes utrumque in Feſto: qui poſt adſcripta modo verba addit: *At Opilius aduſtas jam vites* (illud *vites* inducendum eſt ex fide libri vet. apud Salm. ad Sol. & ceteroqui *ad aduſtas* referendum eſt ad *aſſulas* ſupra poſitas) *At Opilius* (inquit Feſtus) *aduſtas jam* (ſupple aſſulas) *vocari exiſtimat fomites*. Atqui ut Iſidoro ex Feſto opem tulimus; nunc viciſſim huic ex illo opitulabimur. Non enim *Aduſtas*

Iſidorus, & ante Iſidor. non peſſimi Auctores ſcribebant) *dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen eſt Aſciola. Eſt autem manubrio brevi* (quum contra *dolabra*, & ἀξίνη manubrio longo inſtrueretur: vide ſupra) *ex adverſa parte referens, vel ſimplicem malleum, vel cavatum, vel bicorne raſtrum.* Haec ſupra in Muratorio expendimus, & cum Palladio contulimus: ſed infra eadem ad vivum reſecabimus.

6. *ASCIAE & affinium vocabulorum confuſionis origo panditur. Eadem confuſio in Hebraicis hujuſmodi inſtrumentorum nominibus oſtenditur.*

Et ex hactenus dictis, & ex infra dicendis, ubi *de Aſciae muneribus*, poteſt perſpici, Aſciae & affinium inſtrumentorum nomina confuſa ſaepe fuiſſe, & inter ſe permutata, maxime aevo poſteriore; quando *bipennem*, *ſecurim*, *aſciam*, *dolabram*, tamquam ſi eſſent ſynonyma, ſic uſurparunt. Ea confuſio inde mihi orta videtur, quod quum plerumque talia ἐργαλεῖα compoſita eſſent ac δίςομα, itaut hinc acutam, inde foſſoriam aciem gererent; hinc quodlibet eorum quidvis appellare licuit, ſive *ſecurim*, habita ratione cultrati mucronis capulo παραμήλε; ſive *aſciam* & *dolabram*, ratione aciei foſſoriae; ſive *bipennem*, quod anceps eſſet; ſive *malleum*, quia non raro in averſa parte malleus gerebatur. Eademque confuſio in Graecis Ἀξίνης, πελέκεως &c. vocabulis obtinuit, ut

nunc

duſtas, ſed *Ambuſtas* in Feſto eſt legendum; nam ceteroqui *Aſſulae aduſtae* favilla ſunt, non fomes; at *ambuſtae* & ἄκαπνοι ſunt, & facile ignem concipiunt. Etiam in Servio l.c. *Aſſulae ambuſtae* mox leguntur. Feſtus ipſe alibi de *Ambuſto* docuit: AMBVSTVS. CIRCVMVSTVS

Sed quando ſemel incepimus; cetera Iſidori, qua poſſumus, emaculemus. Sequitur: *Aut ligno cavata, a fungis nomine accepto* &c. Lege *Aut ligna excavata*: quae vult etiam fomites appellari. Servius d. l. poſt alia ſupra recitata, haec tamquam ex Clodii commentariis recitat (niſi vero Servii illa ſunt, non Clodiana): *Aſſulae ambuſtae, LIGNA EXCAVATA, a fungis nomine accepto.*

Poſtremo ut in Servio, ſic & in Iſidoro, quid ſibi vult illud *A fungis nomine accepto*? quibus addit Iſid. *quod ita capiat ignem. Fungi*, uti nunc, ita & aevo Iſidori ac Servii, fomites optimi erant. Recentioribus Graeciae medicis (teſte Salmaſ. ad Sol.) ii ἴσκαι h. e. *eſcae* (quomodo & noſtris hodie) appellabantur. cur? quia ſicut *eſca* in hamo piſcem capit, ſic fungi illi ignem capiunt. Ergo & haſtulae ambuſtae, & ligna cavata fomites ſunt, quia ſicut fungi, ita & illa ignem capiunt. Confer Salmaſium ad Solinum. Ceterum etiam in Gloſſis Aſſulae Graecum nomen Πελέκημα, exponitur *Fomis*, *Fomes*. Et Πελεκῶ. *Dolo*, *Fomeo*. Iſtud *Fomeo* non alibi, quod ſciam, ne in poſterioribus quidem ſcriptoribus legitur. Nec tamē dubito, quin ſit antiquū verbū.

nunc hoc, nunc aliud ſignificare crederentur. Hinc etiam factum puto, ut ab *Aſciae* nomine & Gallicum *Hâche*, & Italicum *Accetta* fluxerit, quorum tamen utrumque non Aſciam, ſed ſecurim ſignificat. Cur? quia poſteriore aetate, quando haec idiomata ſuborta fuerunt, *Aſcia* cum *ſecuri* componebatur, ac dicebatur *Aſcieſecuris*, quod infra ex Ugutione demonſtrabitur.

At nuſquam magis, quam ſive in Hebraicis *Aſciae* vocabulis, ſive, quod malo credere, in eorumdem vocabulorum interpretationibus aevo poſteriore per Judaeorum magiſtros traditis, eam quam dixi σύγχυσιν deprehendi. Ut ecce מעצד *Maatſad*, quod non dubito quin *Aſciam* ſignificet, R. Davidi in com. ad Iſ. XLIV. 12. eſt ſive *Dolodojada* (Dolabram intelligit) ſive אוישא *Aſcia*. Qui in lib. Radicum addit, *Vel eſt Kardom* i. e. ſecuris. Hoc ipſum *Maatſad* apud Talmudicos Bartenora interpretatur *ſecurim legionum*. Quid in voce *Maktſuoth* Iſ. XLIV. 13.? quantum in ea voce (quae certe *Aſcia* eſt, uti mox oſtendetur) inter magiſtros diſcidium? Quid in *Kelappoth* Pſ. LXXIV. 6. quod alii *Aſciam* alii *dolabram* aut *ſecurim* aut *malleum* interpretantur? Sed origo, uti dixi, confuſionis & tantae in interpretando diſcrepantiae eadem eſt, quam ſupra tetigi; nam quia non uniuſmodi, ſed complicata ea ὄργανα erant; hinc illa συμπλοκὴ faciebat, ut quidvis interpretari liceret, ac potius quid Scripturae loco conveniret, quam fixam vocabuli notionem interpretes ſequerentur. Huic a me detecto tantarum varietatum fonti ſavet illud, quod locus Pſ. LXXIV. ſic Chaldaice (apud Buxtorfium in Lex. Chald. in Rad. כפל) redditur: ומכפלת דיוסטר h. e. *Et Aſciâ duorum laterum* ſive διςόμῳ. Ex quo intelligitur, quo tempore Targum illud eſt concinnatum, Aſciam apud Orientales ancipitem fuiſſe, fort. ut *Aſcieſecurim* Ugutionis.

Sed venio ad ſingula Hebraea vocabula. מעצד *Maatſad*, quod eſt certiſſimum Aſciae nomen bis reperitur: ſemel Jer. X. 3. quem locum ἀυτολεξὰ reddam, *Quia ſtatuta populorum ſunt vanitas: quia lignum de ſylva praecidit, opus manuum artificis* (bammaatſad h. e.) *in aſcia*. Illud *bammaatſad* ſive *In Aſcia*, Chaldaeus vertit בחצינא *bahatſina*. Quid autem Chaldaicum *Hatſina* eſt? Non aliud, niſi vehementer fallor, quam Graecum Ἀξίνη: quod vel inde poteſt intel-

intelligi, quod vox *Hatſina* nullam habet radicem, unde deducatur. Ceterum plurima Chaldaei Paraphraſtae Graeca nomina in ſuis Targumim uſurparunt. Nec dubito quin Graecum Ἀξίνη Chaldaei ſic emollierint, ut *Hatſina* inde conflarent, quo tum heic Paraphraſtes uſus eſt, tum etiam Iſ. XLIV. 12. ubi pro Heb. *Maatſad*, & Graeci σκέπαρνον, & Chaldaeus *Hatſina* poſuerunt. Sed proderit eum Iſaiae locum (in quo iterum *Maatſad* reperitur) ita, ut Hebraice ſonat, vertere. *Faber ferri* (maatſad i. e.) *aſciâ* (LXX. σκεπάρνῳ) *facit*. Ita quidem hoc ſolent interpretari. Sed malo ſic: *Faber ferrum* (in) *Aſciam facit*. In quo ſequor Chaldaeum Paraphraſten ſic interpretatum: *Faber ex ferro*(Hatſina h. e.) *Aſciam ſive dolabram facit*.

Mox idem Divinus Vates verſu ſeq. *Faber lignorum extendit lineam* (ea eſt σπάρτον de qua plura dicemus infra) *delineabit eam in filo phoenicio* (quae eſt μίλτης [illegible]) *faciet illud* (lignum) *in aſciis*. Heic autem in Hebraeo alterum eſt non dubium, mea ſententia, *Aſciae* vocabulum מקצעות *Miktſuoth*; cujus radix in Hiphil ſignificat *Abradere*, quod eſt Aſciae peculiare. At alii intelligi runcinas volunt.

Reſtaret dicendum de tertio vocabulo כילפות *Chelappoth*. Pſ. LXXIV. 6. Sed de eo jam quaedam ad Murat. pag. 108. not. 133. occupavimus. Nec volo quemquam peregrinis vocabulis longus detinere. Hoc tantum non omittam, quod R. Abraham exiſtimaverit, hoc ultimum vocabulum venire ab Aramaeo קלפ *Kelaph* (mutato ſcil. ק in כ) quo ſignificatur *Decorticare*, *deradere*, quod eſt Aſciae proprium. Sed quidquid hujus ſit: ab hoc certe Syriaco *decorticandi* verbo *Kelaph*, venit Πέλεκυς (non a Πέλω, quod voluit Auctor Etymologici: vide p. 167. not. 221.) per litterarum tranſpoſitionem; unde eſt & Πελεκάω, quod apud Theophraſtum & alios eſt *delibrare* & exteriora ligni deradere.

III.
ASCIAE VETERIS MUNERA.

Reſtat id unum, ut Aſciae diverſa officia exſequar, hoc eſt diverſa pro operum diverſitate aſciarum genera producam. Fuit enim aſcia *lignaria*, fuit & *ſtructoria*, adhaec etiam *foſſoria*. Quidquod fuit & *chirurgica*? Quae tamen non eſt hujus argumenti propria, quippe non vera illa quidem, ſed ἀναλογικῶς ſic appellata.

1. *ASCIA*

1. ASCIA LIGNARIA.

Ejus ſociae Runcina *&* Scobina. *Plinius illuſtratur: Varro & Iſid. emendantur.*

Lignaria omnium antiquiſſima fuit, cujus meminit Homerus, meminit Δουρατοδαίδαλος. De hac ſunt intelligenda quae hujus capitis initio in Σκέπαρνον & in *Aſcia* diximus. Ejus inventor Daedalus. Plinius VII.56, *Fabricam materiariam* (invenit) *Daedalus, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam*. Eâdem in primis materiarii officinam inſtruunt Pollux VII.113. & X.146. Iſidorus XIX.19.

Atque hujus ἐργαλείου ſcopus unicus fuit, lignum complanare, ac perpolire; id quod fiebat τῷ ξέειν *abradendo* quaſcumque abnormes extuberationes. At ne in incertum aſcia ferretur; ἐπὶ στάθμην ſive *ad amuſſim* ictus ſuos dirigebat. Utrumque hoc junxit Poeta laudato alibi loco Od. E. ibi Ulyſses ratem fabricaturus, poſtquam πέλεκυ bipenni πελέκκησε h.e. (ut ſupra tradidimus) ſive ad ratis definitum modum ligna praecidit, ſive eadem ligna detractâ exteriore craſſitudine in quadratum ruditer informavit; deinde ſumta in manus aſcia, verſu 245.

Ξέσσε δ' ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε.

Deraſitque ſcienter, & ad direxit amuſſim.

Male in Homeri ultima editione ex officina Wetſteniana, qua utor, illud ἐπὶ στάθμην vertitur *ad normam*: nam *norma* eſt γνώμων h. e. quum duae regulae ad angulum rectum committuntur: at στάθμη eſt ſive κανὼν *regula* (235) ſive verius eſt funiculus rubrica tinctus. Utrique horum autem Latinum (236) *Amuſſis* reſpondet.

Ergo

(235) Sane τὴν Στάθμην utrumque interpretari ſolent, ſive regulam, Graecis κανόνα, ſive quam Gellius *lineam* appellat, quae nim. funiculo rubricato imprimi ſolet. Sed hoc poſterius magis probo, maxime adductus illo adagio λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη, & ἐν ἐρυθρῷ λίθῳ ἐρυθρὰ στάθμη &c. quae infra exponentur. Adhaec Heſychius: στάθμη· σπάρτος, ἐν ᾗ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες. Ait στάθμην eſſe *funiculum, quo dirigunt materiarii*. Addo & Cyrilli Gloſſas, in quibus στάθμη τεκτονικὴ exponitur *linea tectoria*. Sed illud *tectoria* (ab aliquo Graece indoctiſſimo profectum) eſt inducendum. *Lineam* dixiſſe ex Gellio ſatis erat. Nec *tectoria* quidquam commune cum τεκτονικῇ habet.

(236) *Amuſſim* Feſtus interpretatur *Regulariter*. additque id *tractum a regula, ad quam aliquid exaequatur, quae Amuſſis dicitur*. Sed Nonius tum *Amuſſim* tum *Regulam* ipſam, videtur non aliud vocare, quam *funiculum rubrica illitum*. *Examuſſim*, inquit, *dicitur examinate ad regulam, vel coagmentum*. *Regulam* in ſequentibus funiculum interpretatur: at coagmen-

Ergo ſcopus Aſciae erat τὸ ἀνώμαλον amputare, & *complanare*. At id motu compoſito aſſequebatur. Prius enim *feriebat* (id quod *DOLARE* proprie dicebatur: vide in *Dolabra* ubi de verbo *Dolo*) deinde in reductiorem ſui receſſum, tamquam in cubitum incumbens, id, cui infindebatur, *attrahebat*. De priore Auguſtinus in I. de muſica 4. *Opinor nonnumquam te animadvertiſſe fabros, & hujuſmodi opifices aſcia, ſive ſecuri eumdem locum feriendo repetere, & non alio, quam eo, quo intendit animus, ictum perducere: quod nos tentantes, quum aſſequi nequimus, ab eis ſaepe irridemur.* At alterum eſt Προσέλκειν *attrahere*, de quo vide Artemidorum in loco, quem ſupra explicuimus, unde & ab ἄγω *duco*, non ab Ἄγνυμι *frango* ille Ἀξίνη derivavit.

At poſtquam ſuo defuncta erat miniſterio Aſcia; operi jam ſive *exaſciato*, ſive, ſi ſic mavis dicere, (237) *deaſciato Runcinae*, & *Scobinae* ſuccedebant. De utroque inſtrumento vide Tertulliani, & Arnobii loca de ſtatuarum opificio, laudata mihi in Murat. p. 110. not. 135. At *runcina* (ſive ex Arnobio *runcinarum plana*) quid in flexuoſis ſimulacrorum membris, aut amictuum finibus potuerit, haud facile aſſequor; ac vereor, ut runcina, quippe caeco impetu rapta, caeli ſubtilitatem deleverit potius, quam ut quidquam juverit. Sed ſatis eſt, ut Tertulliano fides conſtet, ſi alicubi *aſcia*, alibi *runcina*, alibi vero *ſcobina* uſui fuerit. Minutius Octavio cap. 23. Deus ligneus *caeditur*, *dolatur*, *runcinatur*. Horum primum ad aſciam ruditer informantem pertinet, alterum ad caelum (*caelo dolitus*, dixit Varro) tertium ad runcinam, ſed quatenus uſui eſſe poterat. De runcinae miniſterio eleganter Plinius XVI. 42. *Firmiſſima in rectum* (male alii *in tectum*: Theophr. εἰς ὀρθὸν: nam ſinuari negat) *abies*. *Eadem valvarum repagulis* (corr. *paginis* ex Salm. ad Sol. & ex Mss.) *& ad quaecumque libeat inteſtina ope-*

ra

coagmentum (quod miror hoc ſignificatu in Lexicis non afferri) non eſt aliud, quam quod ad finem capitis hujus appellat *Aequamentum levigatum*, ſeu *tabula quaedam*, *qua utuntur ad ſaxa coaequanda*. Pergit Nonius: *Eſt enim Amuſſis*, *Regula fabrorum*, *quam architecti*, *quum opus probant*, *rubrica illinunt*.

(237) *Exaſciare* quid ſit apud Plautum, ſup. pag. 123. not. 155. oſtendimus. Idem & *Deaſciare* dicitur: niſi vero hoc aliquid amplius innuit (nec enim raro DE in comp. rei perfectionem notat) uti quum Prudentius *Roman.* v. 381. ait: *Deaſciato ſupplicare ſtipiti*. Plus certe heic eſt, quam ſi dixiſſet *Exaſciato*. At illud Plauti Mil. III. 3. 11. *Miles quemadmodum poſſet deaſciari*, & incertae lectionis eſt, & vero μεταφορικόν.

ra aptiſſima , ſive Graeco, ſive Campano , ſive Siculo fabricae artis genere: ſpectabilis RAMENTORUM CRINIBUS PAMPINATO SEMPER ORBE ſe volvens ad incitatos runcinarum raptus. Atque haec de *Runcina.*

At Scobina quid ſit, non poſſum aliunde certius, quam ex Plinio docere; cujus viciſſim difficilem locum illuſtrabimus; poſtremo & Varroni medicinam facturi. Plinius XI. 37. (ſect. 68. in Harduini editione) ſic habet: *Teſtudini marinae lingua nulla nec dentes: roſtri acie comminuit omnia. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis, quidquid appropinquat ventri. Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri.* Ibi Harduinus, poſt conclamatum, tamen medicas manus non abſtinuit. *Locum hunc,* ait, *ſiquis aut plane intelligere, aut ſanare auſit, lampadem trado: nihil enim habeo, quod affirmem.* Deinde quum monuiſſet in pluribus mss. pro *CRENIS* eſſe *RENIS*, ſubdit: *Pro RENIS fort. SERRIS legendum: nam CRENAE vox nec ullius codicis eſt manu exarati, nec ſcio an alibi lecta. Forte etiam QUACUMQ.* (pro *quidquid* ſcil.) *legi ſatius fuerit.* Sed apage meas παρορθώσεις. Primum omnium illud CRENIS nullius eſſe veteris libri, cur pejeranti credam, non video: niſi forte membranas a ſe viſas intelligat. At certe illud & in antiquitus editis, & in poſterioribus conſtanter haeſit, nullo hiſcente interpretum: imo, quod mirere, in Plinio Varior. (Lugd. Bat. 1669.) ita locum dignitatemque ſuam τὸ CRENIS tuetur, ut etiam nullum in ora (ſcatente variantiis librorum) diverſae in eo lectionis veſtigium compareat. Ut non injuria verear, ut ex fide codicum haec ſcripſerit vir Cl. At etiam eidem vocabulo jura civitatis ereptum ivit. Vel vetus Onomaſticum legeret, in quo CRENAE redduntur Γλυφίδες: at Γλυφίδες quid ſint, dicerem, niſi eſſet ex Homero (238) & aliis notiſſimum. Poſtremo in eo quod

(238) Homerus Il. Δ. 122. ubi de Pandaro feriente Menelaum:

Ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια.

Ille manu prendens crenas nervoſque retendit.

Ibi Euſtathius pag. 452. lin. 10. Γλυφίδες δὲ, τὸ γλύμμα τοῦ ἀτράκτου τὸ ἐντιθέμενον τῇ νευρᾷ. *Γλυφίδες ſunt inciſura ſagittae, qua nervo inſeritur.* Idem Poeta Od. Φ. 419, de Ulyſſe:

Εἷλκεν νευρὴν γλυφίδας τε.

Nervos crenaſque retendit.

Ibi quoque idem interpres pag. 1915 lin. 27. Γλυφίδες δὲ, αἱ τοῦ ὀϊστοῦ, αἷς ἐντίθεται ἡ νευρά· οὕτω καλουμένη ἀρχαιολογικῶς· ὕστερον γὰρ ἐκ δερμάτων βοὸς, ἢ μὲν ἐκ νεύρων αἱ τῶν τόξων νευραί. Hoc eſt. *Γλυφίδες de ſagitta dictae, ſunt, quibus nervus immittitur. Nervum vero an-*

tique

quod pro QVIDQVID reponit QVACVMQVE : rogo ne pergat iſto modo veneres omnes atque gratias in Latinis, quos illuſtrat, perdere. Nunc quid Plinii locus ſenticeti habeat, non video. Age, propius iſtud ἀφορήτων μορμολύκειων accedamus. *Teſtudini marinae lingua nulla nec dentes : roſtri acie comminuit omnia.* Haec, opinor, ſunt ſcammate planiora. *Poſtea arteria, & ſtomachus.* *Stomachi* nomine ex antiquo (239) more gulam intelligit. In Mss. nonnullis eſt *Poſt arteriam eſt ſtomachus*: quod & Pintianus ſequitur. Sed nihil mutandum; quid enim attinebat id notare, quod omnes ſciebant, οἰσοφάγον ſcil. eſſe arteria poſteriorem ? At arteriam tamen & gulam teſtudini fuiſſe idcirco tradit ; ne putares *ora ventribus jungi*, quod de piſcibus modo docuerat. *Poſtea arteria, & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi*. Tria in belluae οἰσοφάγῳ notat, primum fuiſſe inſperſum denticulis, qui tamen in ore aberant; deinde hos denticulos callo duratos eſſe ; poſtremo hunc totum denticulorum apparatum, ſive frequentiam, ſive figuram ſpectes, rubi ſpeciem praeſetuliſſe. Credo habuiſſe prae oculis Plinium rubi teneriores ſurculos, in quibus & frequentiores aculei ſunt, & κωνοειδεῖς, a latiore enim baſi in mucronem deſinunt ; quales & belluae denticuli erant. *Denticulatus callo in modum rubi ad con-*

tique dixit : nam ſubſequenti aevo ex bovillis coriis, non ex nervis, arcuum nervi fiebant. Reperitur & in Herodoto eâdem notione idem vocabulum. At quod citat H. St. ex Epigrammate Γλυφίδες καλάμων, quod interpretatur, *Cultelli calamorum inciſorii* ; vereor ut ſint potius mucronis calami *inciſurae* qua atramentum ſe fundit. Verum ἐπέχω tantiſper, dum in illud epigramma incidam. Sed tamen ex dictis liquere arbitror, Γλυφίδας tum in ſagitta, tum in aliis rebus *inciſuram* notare a Γλύφω *ſcalpo, incido*. Ergo idem plane (ex fide veteris Onomaſtici) & *Crena* ſignificat. Quae vox, nulla eſt cauſa, cur inter dubia vocabula in Latinis Lexicis accuratioribus reponatur.

(239) Homerus quidem pluries ſic uſurpavit, ut Il. Γ. ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε. *Stomachos h. e. jugulos agnorum amputavit*. Et Il. Τ. ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε. & alibi. Celſus initio lib. IV. *Deinde duo itinera incipiunt ; alterum aſperam arteriam nominant, alterum ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem : ſtomachus interior ad ventriculum fertur :* Et cap. 5. *Faucibus ſubeſt ſtomachus*, i. e. gula. Cic. in II. de Nat. deor. *Linguam autem, ad radices ejus haerens ſtomachus excipit.* Sed & Plutarchus, Galenus, aliique non alia notione interdum στόμαχον in ſuis ſcriptis poſuerunt : etſi alibi ſaepe acceperunt pro ore ventriculi. Vide H. St. in Theſ. in Στόμαχος, & Hier. Mercurialem in I. Var. Lect. 1. Nec enim dubito, quin comparatis inter ſe locis ab utroq. productis, aliiſque adhuc conquirendis, poſſit aliquis vocabulorum στομάχου, οἰσοφάγου, *Stomachi, Gulae*, & affinium Graecorum Latinorumq. uſum notionemq. ad vivum reſecare.

conficiendos cibos. Quos ne jam *roſtri acie comminuerat*? At inter *Comminuere*, & *Conficere* hoc intereſt, quod apud Cic. inter *Dividere*, & *conficere*. Sic enim in II. de Nat. Deor. *Eorum adverſi* (dentes) *acuti morſu dividunt eſcas*; *intimi autem* (molares) *conficiunt*. *Denticulatus* (inquit) *callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis* (*crenae*, & Γλυφίδες *inciſuras* ſive ſcalpturas ſignificant: ſive cavas, ut in Homero & aliis, intelligas; ſive fort. prominentes, ut *anaglypta*. At denticuli teſtudinis poſteriore ne ſignificatu *crenae* appellantur, ut ſit *decreſcentibus denticulis*; an priore, ut ſignificet *decreſcentibus ſtrigis* denticulos dirimentibus? poſterius notioni *crenae* videtur convenientius) *decreſcentibus crenis*, *quidquid appropinquat ventri*. Iſtud *Quidquid* elegantiſſime poſitum, ut in Hor. 1. epiſt. 2. *Quidquid delirant reges*, *plectuntur Achivi*. Poſtrema Plinii, quorum gratia locum integrum illuſtravimus, haec ſunt. *Noviſſima aſperitas* (magis uſque decreſcentium denticulorum) *ut SCOBINA fabri*. Non putavit Plinius ſatis graphice belluae denticulatum ſtomachum, qua ventri committitur, depinxiſſe, niſi cum *ſcobina* tum vulgo nota compararet. Nos contra ſcobinam ex belluae aculeis illuſtrabimus. Quum *ſcobinam FABRI* appellat; *fabrum* non γενικῶς intellige, ſed peculiariter materiarium, quem Graeci ex nomine generis τέκτονα nuncupabant, ut alibi copioſe oſtendetur. Ergo *ſcobina* materiarii modice & ſubtiliter denticulata erat; cujus denticuli (etſi longe tenuiores) rubi aculeos, ex ovata baſi in mucronem deſinentes, imitabantur: unde & viciſſim verbum DESCOBINARE (240) elegantiſſime Varro de rubis & ſenticetis uſurpavit. Quae omnia eo nos ferunt, ut *ſcobina* eadem fuerit, quae noſtris materiariis *la Raſpa* dicitur. Ac nequis Plinianum illud FABRI γενικῶς eſſe, ac proinde ſcobinam fabris omnibus communem fuiſſe contendat; iſtud quod poſui, conabor & ex Varrone confirmare; cujus viciſſim locus adhuc in ſitu jacens, detracta alibi, alibi reducta litterula elimatus, ſuo nativo nitori reſtituetur.

(240) Nonius: *DESCOBINATIS*: *ſauciis & abraſis ac deſectis*. *Varro Meleagris*: *Sin autem delectationis cauſa venamini*; *quanto ſatius eſt ſalvis cruribus in circo* (nam ante amphitheatra venatio in circo dabatur) *exſpectare*, *quam vobis DESCOBINATIS in ſylva currere*? Nam quia, uti diximus, ſcobina rubri aculeos imitabatur; hinc rubus & ceterae ſtirpes aculeatae viciſſim *deſcobinare crura* dicebantur.

Varro.

Varro in VI. de L. L. *In Nervolaria : Scobinam ego illam actutum adraſi. Scobinam a ſcobe. Lima enim materia fabrilis eſt.* Quid iſtuc monſtri eſt ? Antea didiceramus, *ſcobinae* ope deradi materiam. Nunc *ſcobina* ipſa deraditur ; quaſi ea non ſit aliud, quam aut *ſcobs* (*ſcobinam*, inquit, *a ſcobe*) aut vero ſit *materia fabrilis*; ſicut & *lima*, inquit, *materia fabrilis eſt*. Ne lectorem fruſtra morer, locus ſic eſt emaculandus : *SCOBINA* (auferendi caſu) *ego illam actutum adraſi. SCOBINAM a ſcobe. Lima enim materiae* (gignendi caſu) *fabrilis eſt*. Nunc omnia recte procedunt. Anſam errori praebuit, quod interdum Varro hoc loco conſueverat in expoſitione Nomen eodem caſu ponere, quo in recitato exemplo erat. Itaque quum τὸ SCOBINAM ſequeretur ; putarunt, in Nervolaria itidem SCOBINAM quarto caſu ſcriptum. At meminiſſe debuerunt, paullo ſuperius STRITABILAS *a ſtritilando* quarto caſu poſitum fuiſſe. Et credo, quum deerat verbum *ſcripſit*, *dixit* aut ſimile, licuiſſe grammaticis, ſive recto, ſive quarto caſu efferre nomen, quod exponerent. Utut eſt, poſtquam Nervolariae loco ſemel mendoſe τὸ SCOBINAM quarto caſu pro ablativo inſedit; conſequens fuit, ut & SCOBINA ipſa perverſe *adradi* diceretur, & ut *ſcobina* imo & *lima* ipſa, non inſtrumentum, ſed *materia fabrilis* eſſent. Quum tamen re vera Varro hoc intereſſe, docere voluerit, quod *lima* metallorum eſſet, *ſcobina* ligni. Id ſibi volunt ultima verba: *ſcobina* quid eſt? *lima materiae fabrilis*. Quaſi diceret quod in metallis lima valet, tantumdem in materia fabrili ſcobina. Nam illud FABRILIS non eſt heic nomen generis, ſed valet tantumdem, quod τεκτονικὸς *ad materiarium pertinens* (uti dicetur ad Matt. XIII. 55.) poteſtq. jungi ſive cum MATERIAE, ſive potius cum LIMA. *Scobina* eſt *lima fabrilis* (h. e. lignaria) *materiae*. Materiam idem eſſe, quod lignum, tritum eſt.

Ac medicinae, quam Varroni fecimus, neminem puto fore, quem poeniteat. Niſi quod futuros ſuſpicor qui adhuc dubitent de diſcrimine, quod inter SCOBINAM & LIMAM ſtatuimus, ut haec tantum ferrariorum, SCOBINA materiariorum peculiaris fuerit. Me quoque, ut fatear, adhuc de eo ſubdubitantem, tandem Iſidorus confirmavit ; qui in XIX. 7. inter ferrariorum inſtrumenta *Limam*, non item *Scobinam* retulit. Deinde extremo cap. 19. lib. XIX. inter inſtrumenta *lignaria* (nuſquam nominatâ *Limâ*) *Scoſina* numeratur. Quis autem dubitat quin ibi *Scobina* legendum ſit ? Sed

profe-

profecto adhuc foediora in pauciſſimis Iſidori verbis latent ulcera. *SCOFINA*, inquit, *dicta*, *quod haerendo SCOPHEN* (al. *ſcoſam*) *faciat*. Sic omnes, quos viderim, editi habent. Mihi vero non eſt dubium, quin ſit legendum: *SCOBINA dicta*, *quod TERENDO SCOBEM faciat*. Neminem interim moretur, quod Arnobius lib. VI. *limam* cum verbo DESCOBINO junxerit. *Tornis*, inquit, *raſa*, *limis deſcobinata*. Nam ſive *limis limata*, ſive *ſcobinis deſcobinata* diceret, utrumque ineptum fuiſſet. Nunc licuit variandi cauſa transferre affinia vocabula: ſicuti & ſup. Varro *ſcobinam* appellavit *Limam materiae*. Atque haec de primo Aſciae munere, cui Runcinam & Scobinam ſorores adjunximus.

2. *ASCIA FOSSORIA.*
Palladius explicatur.

De hac nihil ferme addam ad ea, quae in Muratorio not. 146. pag. 118. dixi. Imo ſiquid mei judicii eſt, quaedam potius inde detraxerim; ut quod ἀξινορύγιον *Aſciam ad fodiendum aptam* interpretabar; quum ſit potius *dolabra foſſorum*. Vide in *de dolabra*. Ergo nullum aliud Aſciae foſſoriae praeſidium fort. reſtabit, quam illud Gloſſarum: *Aciſculum*, Σκαφίον, ἤτοι ὀρὺξ κηπουρικὴ (nam *Aciſculum* eſt *Aſciae* diminutivum) & quod ſequiore aevo *Dolabra* & *Aſcia* uti ſynonyma uſurpabantur. Unde eo tantum aevo valuiſſe conceſſerim, ut *Dolabra* foſsorum, eadem & *Aſcia* dici potuerit. Poſtremo quum ex Iſidoro in XIX. 19. ubi de *bipenni* (vide paullo ſuperius, ubi de Iſidori lignariis inſtrumentis) acies, quae eſſet ad manubrium ὀρθογώνιος, in quocumque inſtrumento *foſſoria* diceretur: non vetabo eo ſenſu *Aſciam* quamlibet *foſſoriam* appellari; imo & ejus ope effodi tellurem potuiſſe. Hinc Muratorii V. Cl. cives *aſciam* lignariam *lo zappetto* appellant, ipſo paſſim in ſua diſſert. id teſtante. Nam ceteroqui Etruſco ſermone *la zappetta* eſt ſarculum, non aſcia.

Sed reſtat adhuc *Aſciae foſſoriae* a Palladio patrocinium; cujus locum memini me Mutatorio noſtro eripuiſse de manibus, eo ſenſu ſcil. quo is locum illum (241) interpretabatur.

At

(241) Vide omnino Murat. ſup. pag. 117. 118. & ibi adnotationem 146. Ibi vir Cl. vult pro *Raſtros* reponi *Roſtrum*; deinde addit: *Roſtrum cioè Becco; per ſignificare la parte curva e tagliente dell' Aſcia. Così Colum. . . . della falce de i Vignajuoli dice: Quae pars adunca eſt, Roſtrum appellatur*. Ex quibus licet animadvertere (quae certe me ibi adnotantem effugerunt) quid ſenſerit vir Cl. Putat nim. Palladium

At re melius perpenſa, video jam aliam ſupereſse viam, qua ex eo ſcriptore Aſcia foſsoria ruſticorum optimo jure extundi poſſit. Ergo Palladius I. 43. inter cetera agreſtium inſtrumenta numerat *ſecures ſimplices vel dolabratas*; *ſarculos vel ſimplices vel bicornes*; *VEL aſcias in averſa parte referentes raſtros*. Heic ex viris eruditis quaero, quam vim habeat illud ultimum VEL, quod litteris majoribus exhibui. Nam equidem non intelligo ibi, quo valeat particula disjunctiva VEL. Nec aliud mihi cogitandum ſupereſt, niſi eo loci illud VEL μόριον ἐξηγητικὸν eſse, itaut tantumdem ſit, quod *Ideſt*: qua notione antiquis uſurpabatur SIVE: at poſteriore aevo coepit etiam τὸ VEL eodem ſignificatu uſurpari, ut l.ult.C. *ubi & apud quem cogni.* in illis verbis; *Apud compromiſſarios judices, VEL arbitros ex communi ſententia electos*. Memini me ſaepiſſime in ſequioris aevi ſcriptoribus in illud VEL ἐξηγητικὸν incurriſse; apud quos etiam, inclinante magis Latinitate, VEL pro ET uſurpabatur. Ergo in Palladio VEL notat id, quod ſequitur, eſse tantumdem ac *ſarculos bicornes*, quod proxime praeceſserat. Quocirca non eſt dubitandum, quin apud ruſticos aevo Palladii fuerit quoddam genus *Aſciae* ancipitis, quae & *ſarculus bicornis* diceretur; qui ſimul qua parte *ſarculus* ſive *aſcia* vocabatur, ad eruendam humum habilis erat; qua vero parte referebat raſtros, valebat ad frangendas glebas, opinor. Ita unum idemque ὄργανον utrique inter fodiendum uſui praeſto erat.

alium ſic eſſe intelligendum: *Sarculos vel ſimplices, vel bicornes* (quid ſunt autem *ſarculi bicornes* Muratorio? nimirum ii, qui habent in ſui *averſa parte Aſcias referentes roſtrum* h. e. Aſcias *col ferro tagliente*: haud certe alio ſenſu interpretatur quod ſequitur) *vel Aſcias in averſa* (non ſui, ſed ſarculorum bicornium ſcil.) *parte, referentes roſtrum*. Nimirum enim *Aſcias* non putavit heic eſſe inſtrumentum, ſed inſtrumenti partem; quia *ſarculos* illos *bicornes* voluit in averſâ ſui parte geſſiſſe *Aſcias roſtratas* hoc eſt deorſum inflexas. Quae viri docti interpretatio quo magis juvetur; poſt illud *in averſa parte* adhibenda eſt ὑπερσιγμή, in hunc modum: *vel aſcias in averſa parte, referentes roſtrum*. Ea vero Muratorii explicatio an recto ſtet talo, alii judicent. Nam vera Palladii ſententia haec eſt: *Secures ſimplices vel dolabratas*: *ſarculos vel ſimplices, vel bicornes*. At *Sarculos ſimplices* omnes norant, *bicornes* non norant. Idcirco *ſarculos bicornes* ſic interpretatur: *VEL* (pro hoc eſt) *Aſcias in averſa* (ſili) *parte referentes raſtros*, non vero *roſtrum*.

3. ASCIA STRUCTORIA.

Aſciae lapidariae nomina, forma, officium. Aſcia calcaria. Num & aſcia tectoria fuerit. Trullae Graeca & Latina nomina. Aſcia compoſita. Aſcieſectis. Num Aſcia calx caementis interlineretur. Ariſtophanis, Grammaticorum, Iſidori, aliorumq. plurium loca explanantur, partim & corriguntur.

Et antiquiſſimis quidem temporibus haud alia facile, quam lignaria *Aſcia* nota erat; quippe quum eo tempore fabrica omnis ex ligno eſset. Unde & aedificatores Homer. τέκτονας appellabat, uti notat Pollux VII. 117. Quae non eo dico, quaſi prorſus inuſitatum eſset ſtructorum opus; nam vel Babelica turris, ſi non aliud, contrarium docet. Sed quod rara admodum, in Europa maxime, hujuſmodi aedificia eſsent; multoque facilius ex materia omnia parabantur; unde & materiariis, ut alibi dicam, generis nomen peculiare manſit, ut ii tantum τέκτονες dicerentur. At contra *Tigni* nomine apud antiquos *omne genus materiae, ex qua aedificia conſtant*, ſignificabatur, & *tignarii* (242) porro aedificatores appellabantur. At deinde ubi ad orientis exemplum ſtructura & heic paſſim uſurpata fuit; omnia ad artis lignariae imitationem fieri coeperunt. Itaque plurima ſane inſtrumenta utriſque communia fuerunt (243) ut Πέλεκυς *bipennis*, ἡμιπέλεκκον *ſecuris ſimplex*, ἀξίνη *dolabra*, Πρίων *ſerra*, (inter inſtrumenta Columnis Atticis inſcripta apud Pollucem X. 148. erat Πρίων λιθοπρίστης h. e. ſerra ad ſecandos lapides) κανὼν *regula*, γνώμων *norma*, στάθμη *amuſſis*, κάθετος *perpen-*

(242) *Tigni* nomine non tantum lignum, ſed & quamcumque ſtructurae materiam veniſſe in XII. teſtatur Cajus l. 62. de verb. ſign. *Tigni appellatione in lege XII. tabb. omne genus materiae, ex qua aedificia conſtant, ſignificatur*. Ulpianus l. 1. §. 1. de tigno juncto. *Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex qua aedificium conſtet. Unde quidam ajunt, tegulam quoque & lapidem & teſtam. . . . hoc amplius & calcem & arenam tignorum appellatione contineri*. Sed & *tignarii* omnes aedificatores ſunt. Cajus l. 235. §. 1. de verb. ſign. *FABROS TIGNARIOS dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui aedificarent*.

(243) Et quidem Pollux aedificatoris ὄργανα enumeraturus, ſic orditur: Ἐργαλεῖα δ᾽ αὐτῷ (οἰκοδόμῳ) σὺν τοῖς ξυλουργικοῖς, ὑπάρχει λιθουργικά &c. h. e. *Inſtrumenta ſtructoris, praeter lignaria, ſunt & lapidaria*, quae deinceps ſigillatim recenſet. Ex quo vides lignaria inſtrumenta etiam caementario communia feciſſe hunc artium callentiſſimum Nomenclatorem.

At re melius perpenſa, video jam aliam ſupereſse viam, qua ex eo ſcriptore Aſcia foſsoria ruſticorum optimo jure extundi poſſit. Ergo Palladius I. 43. inter cetera agreſtium inſtrumenta numerat *ſecures ſimplices vel dolabratas*; *ſarculos vel ſimplices vel bicornes*; *VEL aſcias in averſa parte referentes raſtros*. Heic ex viris eruditis quaero, quam vim habeat illud ultimum VEL, quod litteris majoribus exhibui. Nam equidem non intelligo ibi, quo valeat particula disjunctiva VEL. Nec aliud mihi cogitandum supereſt, niſi eo loci illud VEL μόριον ἐξηγητικὸν eſse, itaut tantumdem ſit, quod *Ideſt*: qua notione antiquis uſurpabatur SIVE: at poſteriore aevo coepit etiam τὸ VEL eodem ſignificatu uſurpari, ut l.ult.C. *ubi & apud quem cogni.* in illis verbis; *Apud compromiſſarios judices, VEL arbitros ex communi ſententia electos*. Memini me ſaepiſſime in ſequioris aevi ſcriptoribus in illud VEL ἐξηγητικὸν incurriſse; apud quos etiam, inclinante magis Latinitate, VEL pro ET uſurpabatur. Ergo in Palladio VEL notat id, quod ſequitur, eſse tantumdem ac *ſarculos bicornes*, quod proxime praeceſserat. Quocirca non eſt dubitandum, quin apud ruſticos aevo Palladii fuerit quoddam genus *Aſciae* ancipitis, quae & *ſarculus bicornis* diceretur; qui ſimul qua parte *ſarculus* ſive *aſcia* vocabatur, ad eruendam humum habilis erat; qua vero parte referebat raſtros, valebat ad frangendas glebas, opinor. Ita unum idemque ἐργαλεῖον utrique inter fodiendum uſui praeſto erat.

3. ASC 1

alium ſic eſſe intelligendum: *Sarculos vel ſimplices, vel bicornes* (quid ſunt autem *ſarculi bicornes* Muratorio? nimirum ii, qui habent in ſui *averſa parte Aſcias referentes roſtrum*, h. e. Aſcias *col ferro tagliente*: haud certe alio ſenſu interpretatur quod ſequitur) *vel Aſcias in averſa* (non ſui, ſed ſarculorum bicornium ſcil.) *parte referentes roſtrum*. Nimirum enim *Aſcias* non putavit heic eſſe inſtrumentum, ſed inſtrumenti partem; quia *ſarculos* illos *bicornes* voluit in averſa ſui parte geſſiſſe *Aſcias roſtratas* hoc eſt deorſum inflexas. Quae viri docti interpretatio quo magis juvetur; poſt illud *in averſa parte* adhibenda eſt ὑπερβατόν, in hunc modum: *vel aſcias in averſa parte, referentes roſtrum*. Ea vero Muratorii explicatio an recto ſtet talo, alii judicent. Nam vera Palladii ſententia haec eſt: *Secures ſimplices vel dolabratas*: *ſarculos vel ſimplices, vel bicornes*. At *Sarculos ſimplices* omnes norant, *bicornes* non norant. Idcirco *ſarculos bicornes* ſic interpretatur: *VEL* (pro hoc eſt) *Aſcias in averſa* (ſui) *parte referentes raſtros*, non vero *roſtrum*.

3. ASCIA STRUCTORIA.

Aſciae lapidariae nomina, forma, officium. Aſcia calcaria. Num & aſcia tectoria fuerit. Trullae Graeca & Latina nomina. Aſcia compoſita. Aſcieſectis. Num Aſcia calx caementis interlineretur. Ariſtophanis, Grammaticorum, Iſidori, aliorumq. plurium loca explanantur, partim & corriguntur.

Et antiquiſſimis quidem temporibus haud alia facile, quam lignaria *Aſcia* nota erat; quippe quum eo tempore fabrica omnis ex ligno eſset. Unde & aedificatores Homer. τέκτονας appellabat, uti notat Pollux VII. 117. Quae non eo dico, quaſi prorſus inuſitatum eſset ſtructorum opus; nam vel Babelica turris, ſi non aliud, contrarium docet. Sed quod rara admodum, in Europa maxime, hujuſmodi aedificia eſsent; multoque facilius ex materia omnia parabantur; unde & materiariis, ut alibi dicam, generis nomen peculiare manſit, ut ii tantum τέκτονες dicerentur. At contra *Tigni* nomine apud antiquos *omne genus materiae, ex qua aedificia conſtant*, ſignificabatur, & *tignarii* (242) porro aedificatores appellabantur. At deinde ubi ad orientis exemplum ſtructura & heic paſſim uſurpata fuit; omnia ad artis lignariae imitationem fieri coeperunt. Itaque plurima ſane inſtrumenta utriſque communia fuerunt (243) ut Πέλεκυς *bipennis*, ἡμιπέλεκκον *ſecuris ſimplex*, ἀξίνη *dolabra*, Πρίων *ſerra*, (inter inſtrumenta Columnis Atticis inſcripta apud Pollucem X. 148. erat Πρίων λιθοπρίστης h. e. ſerra ad ſecandos lapides) κανὼν *regula*, γνώμων *norma*, ςάθμη *amuſſis*, κάθετος *perpen-*

(242) *Tigni* nomine non tantum lignum, ſed & quamcumque ſtructurae materiam veniſſe in XII. teſtatur Cajus l. 62. de verb. ſign. *Tigni appellatione in lege XII. tabb. omne genus materiae, ex qua aedificia conſtant, ſignificatur*. Ulpianus l. 1. §. 1. de tigno juncto. *Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex qua aedificium conſtet. Unde quidam ajunt, tegulam quoque & lapidem & teſtam. . . . hoc amplius & calcem & arenam tignorum appellatione contineri*. Sed & *tignarii* omnes aedificatores ſunt. Cajus l. 235. §. 1. de verb. ſign. *FABROS TIGNARIOS dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui aedificarent*.

(243) Et quidem Pollux aedificatoris ὄργανα enumeraturus, ſic orditur: Ἐργαλεῖα δ' αὐτῷ (οἰκοδόμῳ) σὺν τοῖς ξυλουργικοῖς, ἐστί, καὶ τὰ λιθουργικά &c. h. e. *Inſtrumenta ſtructoris, praeter lignaria, ſunt & lapidaria*, quae deinceps ſigillatim recenſet. Ex quo vides lignaria inſtrumenta etiam caementario communia feciſſe hunc artium callentiſſimum Nomenclatorem.

pendiculum, σφῦρα *malleus*; διαβήτης (nam & hunc ſtructori tribuit Pollux) *circinus*: poſtremo & *Aſcia*; de qua in praeſentia dicendum.

Et Latine quidem *lapidaria* uti mox oſtendam, non minus quam *lignaria*, ex aequo utraque, *Aſcia* dicebatur; etſi lapidaria ſaepius fort. diminutive vocabatur *Aciſculus*. At contra Graecis erant ſeorſum diſcreta nomina: nam quae materiariis ad manus erat, ea Σκέπαρνον appellabatur (vide ſup. pag. 159. 160. ubi non alia quam de Σκεπάρνῳ lignario, aut de metaphorico ſeu chirurgico, exempla ejus vocis ſuppetere, adnotavimus) at quae ſtructoribus ad manus erat, ea ſuo peculiari nomine Τύκος (244) nuncupabatur; aut etiam

λαξευ-

(244) Τύκος quid ſit, docet Pollux VII. 128. Ἡ δὲ σφῦρα τῶν λατόμων, καλεῖται Τύκος. *Malleus autem lapicidarum* Τύκος *appellatur*. At cave ne σφύρας i. e. *mallei* aut *marculi* nomen te deterreat; nam is malleum ſe unâ parte gerebat, at altera acumen habebat. Hodiedum aedificatorum *Martellus*, uti quidem vulgo appellant, ex una parte capitatus eſt, ex altera obtuſum neſcio quod acumen habet. Ut autem appareat, in caementarii officina Τύκον *Aſciam* primas habuiſſe; eod. lib. ſegm. 125. Pollux ab eo aedificatoris inſtrumenta orditur, non minus ac lignaria a σκεπάρνῳ inceperat. Ἐργαλεῖα δὲ αὐτοῦ σὺν τοῖς ξυλουργικοῖς, σιδήρια λιθουργικά· Τύκοι, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τυκίζειν. ὑπαγωγεὺς &c. *Ejus autem inſtrumenta, praeter lignaria, etiam lapidaria ferramenta*: Τύκοι (i. e. *Aſciae*) *a quibus fit verbum* τυκίζω (i. e. *Aſcio*) ὑπαγωγεὺς &c. Sed & X. 147. eidem lexicographo in ſtructoris inſtrumento Τύκοι (ex Salmaſii veriſſima correctione: nam antea legebatur τοῖχοι) locum dignitatemque ſuam tuentur. Ad quem ultimum Pollucis locum multa attulit noviſſimus editor & adnotator Tib. Hemſterhuiſius; quem, cui cupido inceſſit, non ſine fructu adibit. Aut ſi cui vero hujus copia non eſt; adeat, cenſeo, H. Stephani Theſaurum in Τύκος, a quo ſua illa derivavit Hemſterhuiſius, praeter Lycophronis locum v. 349. ubi occurrit vocabulum inde derivatum τύκισμα; quod Scholiaſtes Tzetzes exponit κατασκεύασμα, additque: τύκος γὰρ σιδηροῦν ἐργαλεῖον τεκτονικὸν (ineruditum nec ſe praebet Scholiaſtes, dum τὸ Τεκτονικὸν γενικῶς uſurpavit) ᾧ τοὺς λίθους πελεκῶσι καὶ ἀποξέουσι. At praeter, inquam, Lycophronis & Tzetzae locum, cetera in Stephano reperies: quorum praecipua capita, in eorum gratiam, qui H. Stephano carent, heic adſcribam.

Τύκος, inquit, *ſive* Τύχος *dicitur* οἰκοδομικὸν ἐργαλεῖον, *ſive* λιθοξοϊκὸν σιδήριον, *ut Euſtathius* (cujus integrum locum inſeruit ſuis Hemſterh.) *& Pauſanias tradunt, i. e. Inſtrumentum ferreum, quo lapicidae utuntur in poliendis lapidibus: ut Heſychio quoque* Τύχοι *ſunt* λιθοξοϊκὰ ἐργαλεῖα, *apud quem per* χ *ſcribitur, ut & apud Pauſaniam teſte Euſtathio: per* Κ *autem apud Euſtathium & Pollucem . . . . Unde* Τυκίον, *ſive* Τυχίον, *idem quod* Τύκος, *niſi quod diminutivum eſt . . . Et verbum* Τυκίζω, *ſive* Τυχίζω, *i. e. Paro ſeu Polio* τῷ τύχῳ. *Ariſtoph. Avibus* (locus Comici a me infra afferetur & explicabitur) *Sunt enim* Τύκοι *mallei roſtrati, quibus lapicidae caementa decutiunt, quamob-*

rem

λαξευτήριον, de quo mox dicetur. Sed antiquae Graeciae Τύκος magis in uſu erat; quae vox quum a Τεύχω i. e. *Fabricor* (245) derivetur; hinc poteſt intelligi, quantum Aſciae in fabricis tribueretur.

Valuit

rem & ΚΟΛΑΠΤΗΡΕΣ *nominantur a verbo* Κολάπτειν *ſignificante Roſtro tundo in modum avis*. *Suidas quoque* Ετύκιζον *ibi exponit* ἔξεον, ἔκοπτον, *dicens* Τύκον *eſſe* ἐργαλεῖόν τι, ᾧ τοὺς λίθους περικόπτουσι καὶ ξέουσι . . . . *Scholiaſtes autem Ariſtoph. habet* Περιτύκουσι *pro illo* περικόπτουσι: *ſed mendoſum mihi id videtur, ac pro eo reponendum puto* περιτυκίζουσι *ſeu* περιτυχίζουσι. *Nam ut dicitur* ΑΠΟΤΥΧΙΖΩ, *ita &* περιτυχίζω *inde apte formari, non dubium eſt. Eſt autem* ἀποτυχίσαι λίθον *Euſtathio* τὸ ἀποπελεκῆσαι, *i. e. a lapide aſſulas & caementa malleo roſtrato decutere ad eum complanandum* . . . *Heſychio quoque* Αποτυχίσαι *eſt* τὸ ἀποπελεκῆσαι τὸν λίθον. Α᾽πὸ τῶν τύχων, *inquit, i. e.* λιθοξοϊκῶν σιδηρίων. *Idem tamen* Αποτυχισθεὶς *exponit* ἀποτιλθείς. &c. Haec doctiſſ. Stephanus.

Qui quod in Scholiaſte Ariſtoph. illud Περιτύκουσι mendae arguit (quod & Hemſterhuiſius in ſua tranſtulit) id non temere damnaverim. Nam qui repererim apud Heſychium ſimplex τύκω, quod interpretatur ἐπιμάζω, & cum χ τύχουσι, quod exponit τεύχουσιν; non video quin & compoſiti περιτύκω exempla Scholiaſtae illi praeſto eſſe potuerint. Vide etiam Favorinum in Τιτύσκειν, & Τιτυσκόμενοι; quae deducit a Τύκω, κατασκευάζω, per. πλεονασμὸν τοῦ Σ & ἀναδιπλασιασμὸν Ιωνικόν. Itaque uti dixi nec prorſus damno illud Scholiaſtae Περιτύκουσι, nec magnopere amplector.

Non omittam de hoc vocabulo duo Euripidis loca, unum Troadibus v. 814. ubi muros Trojanos appellat Κανόνων τυκίσματα Φοίβου, quod poſſis Latine dicere, *A Phoebo ad regulam deaſciatos*, ſive ἀυτολεξεὶ *Regularum Apollinarium fabricas* (nam uti ſupra vidimus, in Lycophrone τὸ τύκισμα Tzetzes κατασκεύασμα interpretatur: vide & ſeq. adnotationes) alterum Hercule furente v. 945. ubi Argos aut Mycenas, Euryſthei ſedem, appellat:

Φοίνικι κανόνι καὶ τύκοις ἡρμοσμένα.

Sedes, amuſſis rubrae opus & aciſculi.

(245). Graecum *Aſciae* lapidariae nomen, ΤΥΚΟΣ & ΤΥΧΟΣ (utroque enim modo dicebatur) ſi evicero a *Fabricando* eſſe deductum; nemo poſthac dubitabit, quid *Aſcia* in fabricis potuerit, & annon jure ASCIA pro ipſa fabrica (uti penicillus pro pictura, calamus pro ſcriptione) uſurpata fuerit. Atqui res ipſa (μονονουχὶ φωνὴν ἀφεῖσα, *tantum non voce emiſſa*, ut cum Demoſthene loquar) clamitat. Utrumque enim illud a Τεύχω *fabricor* eſt. Vel vide quae habet Favorinus in Τετύκοντο, quod ita a Τεύχω derivat, ut inde idem deducat & Τυκίζω, quod interpretatur κτίζω & Τυκίον quod exponit ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν, *inſtrumentum ſtructorium*. Deſcripſit haec Varinus ab Euſtathio ad Il. A. pag. 136. 23. & ſeq. ubi a verbi Τεύχω Aoriſto Jonico ἔτυκον per K, formatum verbum τυκίζω tum τυκίον, ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν. Sed mihi longe alia ſedet ratio. Nam a Τεύχω tantum Τύκος venit ἀμέσως: deinde & τυκίζω & τυκίον ſunt, non a Τεύχω, ſed a Τύκος.

Nec minus Τύχος cum X a τεύχω eſt, retenta characteriſtica. Dices fort. nondum plane demonſtratum a nobis eſſe, Τύκον Graecis fuiſſe eum, qui Latinis *Aſcia*. At praeter dicta in ſuperiore adnotatione, id mox not. 247. ex Ariſtophanis loco luculentius oſtendetur.

At antequam hinc abeo; nolo

diſſi-

Valuit ergo Aſcia in primis ad incidendos poliendoſque lapides. Hinc, ut alibi diximus, LXXvirale λαξευτήριον (quod certe vocabulum Heſychio eſse dicitur λιθοτόμον σιδήριον, *ferramentum ad caedendos lapides*) Vetus Vulgatus, fidiſſimus Seniorum Interpres, non aliter ſe κατὰ πόδα vertere poſse ſperavit, quam ſi *Aſciam* interpretaretur, Pſ. LXXIII.6 1. Sed & Pſalmi hujus *Aſciam* Hieronymus ſic interpretatur: *Genus ferramenti, quo lapides dolantur*. Quae Hieronymi verba a Maffeio V. Cl. ſup. initio pag. 134. producuntur, penes quem fides eſto: nam nunc Hieronymum ad manus non habeo. Adhaec in Gloſſis *Aciſcularius* redditur λατόμος i.e. *Lapicida*.

Si quaeras, cujus potiſſimum formae Aſcia lapidaria fuerit, non dubitabo, quin eamdem ferme (interdum tamen & nonnihil diverſam) figuram ac lignaria praeſetulerit. Nam certe quae in monumentis comparet, ad hanc plerumque refertur. Ac mihi quidem, ſiquid aſsequi judicio poſsum, non alio modo Aſcia circa lapides verſata videtur, ac circa lignum ea verſabatur. Argumento illud eſt, quod ſicuti φοινικῇ μίλτῳ h.e. rubrica linea ope funiculi in ligno imprimebatur (de quo Iſaiae XLIV.13 locum ſup. in *De Aſciae nom. Heb.* tetigimus) ad quam materiarius Aſciae ictus dirigeret; idem plane & in λατομίᾳ obtinebat. Unde adagium πρὸς στάθμην πέτρον τιθέναι h.e. *Amuſſi*, ſive lineae funiculo ductae (nam id proprie στάθμην eſſe, ſupra not. 235. docuimus) *lapidem applicare*: in eos dictum, qui praepoſtere aliquid agunt. Quod adagium & Plutarchus (246) & alii complures paſſim uſurparunt.

diſſimulare alteram, quae afferri poſſit, τοῦ τύκου etymologiam, ut ſit vox per onomatopoeiam effi-cta. Nam quia ſonus, qui eo inſtrumento, dum tunduntur lapides, editur, eſt TVC, TVC; hinc videtur fort. orta Graecis inſtrumenti illius appellatio, ut ſit TΥΚΟΣ, TYCOS. Confer dicta modo not. ſuperiore; & mox dicenda not. 247. ubi de cæcibus τυκιζούσαις apud Ariſtoph. Ac memini ſane me puerum audiſſe non ſemel ex meis aequalibus, quum hos Ceccai, ni fallor, verſiculos in deliciis haberent: *Milanum Tic Tuc reſonat cantorie ſub omni, Dum ferrant ſtringas &c.* Verum prior originatio a Τύκῳ, quum ſit a Grammaticis, interim maneat.

(246) Et Plutarchus quidem id adagium ſic plenius uſurpavit: πρὸς στάθμην πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρῳ στάθμην. *Amuſſi lapidem, non lapidi amuſſim aptare*. Ac ne forte dubites, quin στάθμη funiculus ille fuerit minio aliove colore tinctus, quo intenſo primum, deinde allevato, ac ſtatim ſibi relicto, linea deſignabatur; vides, ut Baſilius in ea paroemia pro στάθμῃ σπάρτον h. e. funiculum poſuerit. τὸν λίθον, inquit, πρὸς τὴν σπάρτον ἄγοντες, *lapidem funiculo admoventes*. Item alterum proverbium dictum, ut ait Euſtathius

Et omnino quidem in arte lapidaria ad lignariae ſimilitudinem omnia peragebantur: inſtrumenta pleraque eadem aut ſimilia erant, uti ex Polluce demonſtravimus: tum vero princeps inſtrumentorum *Aſcia*, etſi Graece diſcreta haberet pro utroque opificio nomina, at Latine unum erat utrique vocabulum. Nec eſt dubitandum quin aut plane, aut ferme ſimilis in utroque artis genere, ferramenti aſciae forma fuerit, eademque agendi ratio. De quo ſiquis adhuc anxius haereat, adeat Ariſtophanis Aves v. 1138. & ſeq. & vel ab iſtis aviculis diſcat, quo ipſae inſtrumento quave ratione in urbe ſtruenda ſua uſae, tum lapides, tum etiam ligna levigaverint. Creces lapicidae, pelecani materiarii fuere; utrique vero roſtrorum ſuorum aſciis tundendo (Graece τυκίζοντες) illi lapides, hi ligna edolabant. Verum is locus pulchrior eſt, quam ut leviter tantum & in tranſitu tangatur; de quo plura vide in ſubjecta (247) adnotatione.

Fuit

ἐπὶ τῶν ἀδήλων ἀδήλοις σημειουμένων, ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων, in eos qui incerta incertis ſignificant, aut nihil intelligunt: λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη, *In albo lapide alba linea*; quum contra diſparis coloris eſſe debuiſſet: item apud eumdem Euſtathium ἐν ἐρυθρῷ λίθῳ ἐρυθρὰ στάθμη, *in rubro lapide rubra linea*, itemque in ſimilibus coloribus. Vides opinor etiam lapicidam non ſecus ac materiarium, ad amuſſim, ſive lineam, ictus aſciae direxiſſe. Poſtremo & Latinum *Amuſſis* non minus lapicidae, quam materiarii peculiare fuit. Nonius: *Amuſſis eſt aequamentum levigatum* (quod ſuperius *coaequamentum* dixerat, quia quum applicatur, niſi per omnia congruat, opus nondum ſe probat) *& eſt apud Fabros tabula quaedam, qua utuntur ad ſaxa coaequanda.*

(247) *In locum Ariſtophanis de urbe ab avibus exſtructa.*

Ariſtophanes in Avibus, ubi de urbe ab avibus extructa, quum unicuique volucrum generi ſuum opificium tribuiſſet, Creces lapicidas fecit. Sic enim v. 1138. Τύκοις (lapides ad fundamenta intelligit) δ' ἐπελέκων αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν,

Hos edolabant roſtri aciſculo Creces.

Ibi Scholiaſtes: Τύκος, ἐργαλεῖόν τι, ᾧ τοὺς λίθους περιστύφοντες καὶ ξέουσιν· ἐπιτήδειον δὲ ἔργον ταῖς μακρὸν ἐχούσαις ῥύγχος. Κρὲξ δὲ εἶδος ὀρνέου ὀξὺ κατὰ τὸ ῥύγχος καὶ πριονώδες ἔχον. *Eſt Tucus inſtrumentum quoddam, quo lapides circumquaque praeparant ac levigant. Quod opus longum roſtrum habentibus valde eſt accommodatum. Crex autem genus eſt volatilis, quod valde acuto ac ſerrato roſtro inſtruitur.* At equidem apud Ariſtotelem in IX. Anim. 17. Crecem arte materiaria vitam tolerare, reperio: Ζῇ ὑλοτομοῦσα. Erat ei igitur roſtri ferramentum tale, quod & lignario & lapidario opificio eſſet idoneum. Ex quo, ſi nihil aliud, de utriuſque inſtrumenti ſimilitudine argumentum capere licet. Quamquam de crece in magna obſcuritate verſamur: de qua vide Geſnerum, Aldrovandum, H. St. Theſ. alios. Et fortaſſis Crecis etymon erit a Κρέκω, quod in Etymologico exponitur πλήττω, fortaſſe quod roſtro, tamquam aſcia, ligna lapideſque DOLARET, uti veteres loquebantur.

Age

Fuit vero ſane & in ejuſdem ſtructoris officina *Aſcia calcaria* ad calcem ſubigendam, quam heic noſtri caementarii *la zappa lunga* vocant. Inſignis Vitruvii de eo inſtrumento locus (ut & Palladii παράλληλος) ſaepe alibi hoc libro expenſus fuit. Sed quaeri poſſit, an quum Vitruvius ſic orditur: *Sumatur Aſcia*, illam lapidariam brevi capulo intelligat (non defuit inter Trevoltinos ſupra mihi productos, qui etiam crederet, *Aſciam materiariam* ibi intelligi: male: quia in ſtructoris inſtrumento Aſcia ſaltem lapidaria erat; cur illa e materiarii officina e longinquo arceſſenda fuit?) an vero alteram ab eo diſtinctam calci ſubigendae peculiarem, quae longiore manubrio inſtrueretur. Plane ſi rem ex noſtris moribus aeſtimare volumus; hodierna certe *Aſcia calcaria* capulo quam longiſſimo armatur; ex quo poſſis conjicere, & olim ſic fuiſſe; ſed nemo id, puto, praeſtabit. Verum quidquid de manubrii modo fuerit; interim plane certum habeo a lapidaria calcariam Aſciam diverſam fuiſſe. Unde hoc oſtendis? ex eo quia quae Vitruvio in tractanda calce *Aſcia* vocatur, ea Plinio, & Palladio I. 15. (vide utriuſque loca ſup. ad Gutherium) *Rutrum* dicitur. At quis lapidariam Aſciam *Rutrum* nuncupaverit?

At Gutherius, Menetrierius, Maffeius, & ſiquis alius fuit, etiam ad inducendum tectorium aſciam valuiſſe, crediderunt. Et quidem a Menetrieriana aſcia, quam hic exhibui, praeſidium ſententiae ſuae Maffeius adſciſcit. Equidem ſcio, ut hodie, ſic & olim inſtrumentum huic rei peculiare fuiſſe. Id Italis hodie *Cazzuola*; ſed in Nea-



poli-

ſuit τὸ τυκίζειν ſive *Tundere* avium lapicidarum apud Ariſtophanem. Sane, ut ingenue fatear, inſtrumentum, quo Neapoli lapicidae ad lapides levigandos utuntur, Aciſculo Valeriani nummi ſimillimum eſt, niſi quod roſtrum habet rectum non recurvum. Quumque ſit graviſſimi ponderis ferramentum; ejus roſtro noſtri artifices lapides tundunt, complanantque. Quae non eo dico, quaſi negem Aſciam alteram lignariae ſimilem, qualis in monumentis ſcalpitur, lapicidae uſui fuiſſe. Imo utrumque inſtrumentum uſui erat, & alterum ſort. alteri ſuccedebat: aut, quod malo, in toſo & tenerioribus lapidibus illam lignariam Aſciam uſurpabant; in ſaxis durioribus *Aciſculum* in manus ſumebant; ut, quaſi Creces, tamdiu roſtro tunderent, donec ſilicis duritiem edomarent. Ad Aciſculum (an ad aſciam?) & haec altera icon in monumentis obvia ſort. referri poteſt. Poſtremo, ut alibi monuimus *ACISCVLARIVS* in veter. Gloſſis idem eſt, qui Graece Λατόμος.



politano regno, & alibi (248) *Cucchiaja da fabricatore* dicitur. At olim *Trulla* vocabatur, Iſidorus XIX. 18. ubi *de inſtrumentis* aedificior. ait: *TRVLLAE nomen factum, eo quod trudit & detrudit, ideſt includit calce vel luto lapides*. At diſertiſs. Facciolatus in V. *Trulla* negat incidiſſe ſe in idoneum auctorem, qui trullam hac notione uſurparit; nam Iſidorum non magni facit: etſi fatetur Vitruvii τὸ *Trulliſſare* ab hoc *Trullae* ſignificatu deductum. Spero equidem me demeriturum viri doctiſs. gratiam, ſi haud quaquam ſpernendum ei auctorem commonſtrem. Palladius is eſt, cujus locum paullo longiorem adſcribam, non tantum his, ſed & alibi dictis uſui futurum. Ergo is lib. I. tit. 15. ſic orditur: *Parietum vero tectura ſic fiet fortis, & nitida. Prima TRVLLIS frequentetur inductio. Quum ſiccari coeperit, iterum inducatur, ac tertio. Poſt haec tria coria, ex marmoreo GRANO* (h. e. ex tuſi marmoris craſſioribus partibus, & quaſi furfure: ut ſupra in de *Albario*, & *Marmorato* not. 132. pag. 106. expoſuimus) *cooperiatur ad TRVLLAM. Quae inductio ante tamdiu ſubigenda eſt, ut rutrum, quo calx ſubigitur, mundum levemus. Haec quoque marmoris grani inductio quum ſiccari coeperit, aliud corium ſubtilius oportet imponi; ſic & ſoliditatem cuſtodiet & nitorem.* Vides *Trullam* non aliud fuiſſe, quam noſtrorum hominum *la cucchiaja*: quod vocabulum *Cucchiaja* eſt merum *Trullae* interpretamentum: nam *Trulla* (249) a *Trua* venit, quod eſt vetus

(248) Baldus in Lexico Vitruviano in V. *Truliſſare* ſic ſcripſit: *Verbum factum eſſe a trulla caementario inſtrumento, quo murarii fabri tectorium inducunt, quod noſtri* (Urbinates, quippe ipſe Urbinas, intelligit) *COCHLEARIAM, alii CAZZOLAM dicunt, nemini dubium.*

(249) Quod *Trua* cochlearis ſit vocabulum, declarant hi verſus Titinnii Setinâ apud Nonium

Sapientia gubernator torquet navem, haud valentia.

Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua.

Ubi quum Titinnius dicat *paulla trua*; miror, unde id hauſerit Voſſius (& ex Voſſio alii) ut *Truam* interpretetur *ingens cochlear*. Eſt ἁπλῶς *cochlear*, ſive magnum, ſive parvum. Creditur Trua deductum a Graeco Τορύνη, quod idem ſignificat. Quod vero a *Trua* ὑποκοριστικῶς fiat *Trulla*, teſtatur Varro in IV. de L. L. *TRULLA a ſimilitudine truae, quae quod magna, & haec puſilla, ut truula*; (ſuſtuli hinc πλὴν στιγμὴν, quam poſt *truula* omnes adſcribunt) *hinc Graeci* τρυβλίον, *quo trullam*. Pro τρυβλίον Scaliger ſuſpicatur ſcriptum τορύνη, quam μορύνη interpretatur Heſychius: ſed nihil mutandum.

Adhaec in Nonio ſic legitur: *TRVDIS* (an *TRVAM* Marcellus ſcripſit? hoc certe ſuadent exempla quae ſequuntur) *veteres a terendo, quam nos diminutivo TRVLLAM dicimus, appellari voluerunt.* Deinde duo loca adſcribit, Pomponii

tus cochlearis nomen. Imo & ipſum TRVLLA non tantum vaſis, ſed & cochlearis coquinarii vocabulum erat, teſtibus Philoxeni Gloſſis, in quibus TRVLLA LIGNEA redditur Ζωμήρυσις h. e. *cochlear*, quo jura deſpumabantur; unde in Epigr. Ζωμήρυσις ἀφρηλόγος, *cochlear ſpumam colligens*.

Jam vero quae Latine *Trulla*, eam Graece & Ξυςῆρα, & πτυίδιον, & ὑπαγωγία vocari reperio. Verum in his nominibus multa verſatur obſcuritas, praeſertim in Ὑπαγωγεύς (250) de cujus notione apud Ariſtophanem adhue grammatici certant. Sed alio nunc propero.

Nam

nii unum, alterum Titimmii (quod initio poſuimus) quae de TRVA ſunt, uti dixi, non de TRVDVS. Vides heic putaſſe antiquos *Truam* a *terendo* dictam, quam originationem haud vanam puto.

(250) *De Graecis Trullae nominibus, ac potiſſimum de Ὑπαγωγεύς. Ariſtophanis locus obſcuriſs. exponitur.*

Quae Latine TRVLLA caementaria appellabatur, eam Graece & Πτυΐδιον, & Ξυςῆρα, & Παραξύςρον, imo & Ὑπαγωγία (nomen litigii pleniſſimum) fuiſſe appellatam, mox tum ex aliis, tum ex Ariſtophanis Scholiaſte demonſtrabitur. Verum in his ſcholiis, uti nunc ea habent in praeclara Kuſteri editione, quaedam deſiderantur, quae in aliis editionibus erant. Nam haec certe verba a Porto ad Suidam (in Ὑπαγωγεὺς) producuntur ex iis Sholiis in hunc modum: *Schol. adnot. 13. & 14.* Ὑπαγωγία δὲ (λέγει) τὸν ξυςῆρα. ἔςι δὲ ἐργαλεῖον τι πλατὺ σιδηροῦν, ᾧ ξύουσι τὸν πηλόν. Vult Ὑπαγωγία eſſe Ξυςῆρα (h. e. *trullam*) ſive *ferramentum quoddam latum, quo poliunt lutum*, ſive tectorium: quae tamen a Scholiaſte Kuſteriano abſunt. At eadem illa verba in iis ſcholiis ad Ariſtophanem, quibus uſus eſt Favorinus, non deerant: nam quae modo ex Porto adſcripſi, ſunt, etſi paullo aliter, in Favorino, qui certe omnia ſua de Ὑπαγωγεὺς ex Scholiaſte depromſit. Quae non eo dixi, quo de Kuſtero conquerar; ſed monendi magis lectoris gratia. Praeſertim quum in recitatis verbis praeclara Trullae hodiernae (quam *cocchleariam* vulgo appellant) definitio contineatur: Ἐργαλεῖόν τι πλατὺ σιδηροῦν, ᾧ ξύουσι τὸν πηλόν, *ferramentum latum, quo poliunt arenatum*. Habes interim in iis verbis unum ex propoſitis nominibus, τὸν Ξυςῆρα.

Sed de Ὑπαγωγεὺς locus eſt obſcuriſſimus Ariſtophanis Avibus, ubi de urbe ab illis condita ſermo eſt. Ibi, ut ſupra diximus, unicuique volatilium generi ſuum munus traditur. Creces lapides roſtro complanabant, quos grues e Libya advectarant: charadrii bajulabant aquam, fulicae lutum, quod anſeres ſuis pedibus, tamquam palis, in pelves ingerebant. Sed & anates lateres apportabant. Poſtremo hirundines & ipſae ore lutum advehebant. Sed locus hic de hirundinum miniſterio obſcuritate ſua torſit antiquos novoſque grammaticos. Sic enim v. 1149. - - ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα Ἐπέτοντ' ἔχουσαι κατόπιν, ὥσπερ παιδία, Τὸν πηλὸν ἐν τοῖς ςόμασιν αἱ χελιδόνες. Atque loci obſcuritatem jamdiu eſt, quod vetus ejuſdem Scholiaſtes conqueritur. Ἀσαφὴς δὲ λέξις, inquit. Sed quando occepimus, totum Scholiaſtis locum afferamus. Nam pergit. λέγει γὰρ τὰς χελιδόνας τὸν ὑπαγωγέα μὲν τῇ οὐρᾷ αὐτὰς κομίζειν, τὸν δὲ πηλὸν ἐν τοῖς ςόμασι.

politano regno, & alibi (248) *Cucchiaja da fabricatore* dicitur. At olim *Trulla* vocabatur, Iſidorus XIX. 18. ubi *de inſtrumentis* aedificior. ait: *TRVLLAE nomen factum, eo quod trudit & detrudit, ideſt includit calce vel luto lapides.* At diſertiſs. Facciolatus in V. *Trulla* negat incidiſſe ſe in idoneum auctorem, qui trullam hac notione uſurparit; nam Iſidorum non magni facit: etſi fatetur Vitruvii τὸ *Trulliſſare* ab hoc *Trullae* ſignificatu deductum. Spero equidem me demeriturum viri doctiſs. gratiam, ſi haud quaquam ſpernendum ei auctorem commonſtrem. Palladius is eſt, cujus locum paullo longiorem adſcribam, non tantum his, ſed & alibi dictis uſui futurum. Ergo is lib. I. tit. 15. ſic orditur: *Parietum vero tectura ſic fiet fortis, & nitida. Prima TRVLLIS frequentetur inductio. Quum ſiccari coeperit, iterum inducatur, ac tertio. Poſt haec tria coria, ex marmoreo GRANO* (h. e. ex tuſi marmoris craſſioribus partibus, & quaſi furfure: ut ſupra in de *Albario*, & *Marmorato* not. 132. pag. 106. expoſuimus) *cooperiatur ad TRVLLAM. Quae inductio ante tamdiu ſubigenda eſt, ut ruſtrum, quo calx ſubigitur, mundum levemus. Haec quoque marmoris grani inductio quum ſiccari coeperit, aliud corium ſubtilius oportet imponi; ſic & ſoliditatem cuſtodiet & nitorem.* Vides *Trullam* non aliud fuiſſe, quam noſtrorum hominum *la cucchiaja*: quod vocabulum *Cucchiaja* eſt merum *Trullae* interpretamentum: nam *Trulla* (249) a *Trua* venit, quod eſt ve-

ſus

(248) Baldus in Lexico Vitruviano in V. *Truliſſare* ſic ſcripſit: *Verbum factum eſſe a trulla caementario inſtrumento, quo murarii fabri tectorium inducunt, quod noſtri* (Urbinates, quippe ipſe Urbinas, intelligit) *COCHLEARIAM, alii CAZZOLAM dicunt, nemini dubium.*

(249) Quod *Trua* cochlearis ſit vocabulum, declarant hi verſus Titinnii Setinâ apud Nonium

Sapientia gubernator torquet navem, haud valentia.
Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua.

Ubi quum Titinnius dicat *paulla trua*; miror, unde id hauſerit Voſſius (& ex Voſſio alii) ut *Truam* interpretetur *ingens cochlear*. Eſt *ἁπλῶς cochlear*, ſive magnum, ſive parvum. Creditur Trua deductum a Graeco Τρύω, quod idem ſignificat. Quod vero a Trua ὑποκοριστικῶς fiat *Trulla*, teſtatur Varro in IV. de L. L. *TRULLA a ſimilitudine truae, quae quod magna, & haec puſilla, ut truula*; (ſultuli hinc παλαιὸν ςίγμα, quam poſt *truula* omnes adſcribunt) *hinc Graeci τρυβλίον, non trullam*. Pro τρυβλίον Scaliger ſuſpicatur ſcriptum τορύνην, quam μηρύνην interpretatur Heſychius: ſed nihil mutandum.

Adhaec in Nonio ſic legitur: *TRVDVS* (an *TRVAM* Marcellus ſcripſit? hoc certe ſuadent exempla quae ſequuntur) *veteres a terendo, quam nos diminutivo TRVLLAM dicimus, appellari voluerunt.* Deinde duo loca adſcribit, Pomponii

tus cochlearis nomen. Imo & ipſum TRVLLA non tantum vaſis, ſed & cochlearis coquinarii vocabulum erat, teſtibus Philoxeni Gloſſis, in quibus TRVLLA LIGNEA redditur Ζωμήρυσις h.e. *cochlear*, quo jura deſpumabantur; unde in Epigr. *Ζωμήρυσις ἀφρηλόγας, cochlear ſpumam colligens*.

Jam vero quae Latine *Trulla*, eam Graece & Ξυςῆρα, & πτυΐδιον, & ὑπαγωγία vocari reperio. Verum in his nominibus multa verſatur obſcuritas, praeſertim in Ὑπαγωγεύς (250) de cujus notione apud Ariſtophanem adhuc grammatici certant. Sed alio nunc propero.

Nam

nii unum, alterum Titinnii (quod initio poſuimus) quae de TRVA ſunt, uti dixi, non de TRVDVS. Vides heic putaſſe antiquos *Truam* a *terendo* dictam, quam originationem haud vanam puto.

(250) *De Graecis Trullae nominibus, ac potiſſimum de Ὑπαγωγεύς. Ariſtophanis locus obſcuriſſ. exponitur.*

Quae Latine TRVLLA caementaria appellabatur, eam Graece & Πτυΐδιον, & Ξυςῆρα, & Παραξυςῆρα, imo & Ὑπαγωγία (nomen litigii pleniſſimum) fuiſſe appellatam, mox tum ex aliis, tum ex Ariſtophanis Scholiaſte demonſtrabitur. Verum in his ſcholiis, uti nunc ea habent in praeclara Kuſteri editione, quaedam deſiderantur, quae in aliis editionibus erant. Nam haec certe verba a Porto ad Suidam (in Ὑπαγωγεύς) producuntur ex iis Scholiis in hunc modum: *Schol. annot.* 13. & 14. Ὑπαγωγία δὲ (λέγει) τὸν ξυςῆρα. ἔςι δὲ ἐργαλεῖόν τι πλατὺ σιδηροῦν, ᾧ ξύουσι τὸν πηλόν. Vult Ὑπαγωγία eſſe Ξυςῆρα (h.e. *trullam*) ſive *ferramentum quoddam latum, quo poliunt lutum*, ſive tectorium: quae tamen a Scholiaſte Kuſteriano abſunt. At eadem illa verba in iis ſcholiis ad Ariſtophanem, quibus uſus eſt Favorinus, non deerant: nam quae modo ex Porto adſcripſi, ſunt, etſi paullo aliter, in Favorino; qui certe omnia ſua de Ὑπαγωγεύς ex Scholiaſte depromſit. Quae non eo dixi, quo de Kuſtero conquerar; ſed monendi magis lectoris gratia. Praeſertim quum in recitatis verbis praeclara Trullae hodiernae (quam *cochleariam* vulgo appellant) definitio contineatur: Ἐργαλεῖόν τι πλατὺ σιδηροῦν, ᾧ ξύουσι τὸν πηλόν, *Ferramentum latum, quo poliunt arenatum*. Habes interim in iis verbis unum ex propoſitis nominibus, τὸν Ξυςῆρα.

Sed de Ὑπαγωγεύς locus eſt obſcuriſſimus Ariſtophanis Avibus, ubi de urbe ab illis condita ſermo eſt. Ibi, ut ſupra diximus, unicuique volatilium generi ſuum munus traditur. Creces lapides roſtro complanabant, quos grues e Libya advectarant: charadrii bajulabant aquam, fulicae lutum, quod anſeres ſuis pedibus, tamquam palis, in pelves ingerebant. Sed & anates lateres apportabant. Poſtremo hirundines & ipſae ore lutum advehebant. Sed locus hic de hirundinum miniſterio obſcuritate ſua torſit antiquos novoſque grammaticos. Sic enim v. 1149. - - ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα ἔπετοντ' ἔχουσαι κάτοπιν, ὥσπερ παιδία, τὸν πηλὸν ἐν τοῖς ςόμασιν αἱ χελιδόνες. Hujusce loci obſcuritatem jamdiu eſt, quod vetus ejuſdem Scholiaſtes conqueritur. Ἀσαφὴς ἡ λέξις, inquit. Sed quando occepimus, totum Scholiaſtis locum afferamus. Nam pergit. λέγει γὰρ τὰς χελιδόνας τὸν ὑπαγωγέα ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτὰς κομίζειν, τὸν δὲ πηλὸν ἐν τοῖς ςόμασι.

μασι· καὶ ποιοῦσι τοῦτο, ὅταν τὰς νεοττιὰς κατασκευάζωσιν. *Ait enim* (Poeta) *hirundines* Ὑπαγωγέα *humeris* (videtur illud ΑΝΩ de humeris interpretatus: male) *lutum ore geſtaſſe. Nam ſic faciunt, quum nidificant.* Pergit Interpres. Ὁ δὲ ὑπαγωγεὺς, ὥς τινες, σιδηροῦν τι, οἷον πτυΐδιον, ᾧ ἐχρῶντο οἱ κονιαταί· οἱ δὲ ἐργαλεῖον οἰκοδομικὸν, ᾧ ἀπευθύνουσι τὰς πλίνθους πρὸς ἀλλήλας· τινὲς δὲ αὐτὸ παράξυσον (corr. Παράξυστρον, uti deinceps oſtendam) καλοῦσιν· εἰ μὴ ἄρα πηλόν τινα ὑπαγωγέα καλοῦσι· τοιοῦτον γάρ τι καὶ Ἕρμιππος ἐν τοῖς Τριμέτροις ἐμφανίζει. *At* Ὑπαγωγεὺς, *ut quidam ajunt, eſt ferramentum* (*veluti* Πτυΐδιον *h. e. trulla*) *quo utebantur tectores. Alii putant eſſe* [*inſtrumentum ſtructorium*], *quo lateres invicem coagmentantur. Alii ipſum* παράξυσον *appellant. Niſi forte lutum quoddam* Ὑπαγωγέα *vocent. Tale enim quiddam Hermippus in ſuis Trimetris videtur eo vocabulo ſignificaſſe.* Non piguit integrum Scholiorum locum adducere, quia ceteri hinc ſua deſcripſerunt, non tantum Favorinus, ſed & fort. Suidas. Niſi quod in ultimis verbis pro πηλόν τινα (ut hic Scholiaſtes habet) in Suida legitur πῖλόν τινα: quod H. Stephano in tantum placuit (quem vide in Ὑπαγωγεὺς) ut non dubitet, ex Suida Scholiaſten eſſe emendandum: id quod & Jungermannus ad Pollucis VII. 125. ſequitur. Putat autem Stephanus πῖλον eſſe tomentum quod oneri ſupponitur, ne humeros laedat, idque dici Ὑπαγωγέα in Ariſtophanis loco. Fabulae. Imo miror, Stephanum & Jungermannum ſtatuiſſe, Scholia ex Suida eſſe corrigenda in voce πηλόν; quum contra Suidae ex Scholiaſte, & ex Heſychio opem eſſe ferendam, vel Hermippi ſenarii duo, quos Suidas ſubjicit, clamitent. Sed de Hermippo mox. Nunc Heſychius haec habet: Ὑπαγωγεὺς· πρὸς πλίνθων οἰκοδομὴν ΠΗΛΟΣ. Ait eo vocabulo ſignificari lutum, quo lateres ferruminantur. Sane Ariſtophanis locum prae oculis habuit Heſychius, quum haec ſcripſit; qui omnia illa obſcurae apud Comicum vocis interpretamenta cetera aut ignoravit, aut, quod malo, prae hoc uno ſprevit; quod unum eſt certe veriſſimum.

Nam debes animadvertere, apud Comicum praecedere anatum miniſterium, quae ſuccinctae (cur *ſuccinctae?* exponit hoc Suid. ibid. διὰ τὸ ἔχειν ζώνην λευκήν, quod *albam zonam habeant*) lateres ad fabricam apportabant. Anates πλινθοφόροι pone ſequebantur hirundines, quae genus illud luti ſubtiliſſimum ac probe ſubactum, quo interlini lateres ſolerent, ore ſuo advectabant. Id vero lutum Πηλὸς ὑπαγωγεὺς dicebatur: conjungenda enim ſunt ea verba, quae ſejunctim, ac quaſi res duae diſcretae, a viris doctiſſimis accepta, maximam ei loco caliginem offuderunt, ita ut in eorum translationibus nihil ſani deprehendas. Verborum ergo Comici hic ordo eſt: Ἄνω δὲ ἐπέτοντο, κἄπιτιν ὥσπερ παιδία, αἱ χελιδόνες ἔχουσαι ἐν τοῖς στόμασι τὸν πηλὸν τὸν ὑπαγωγέα. Quae ſic vertas licet: *Surſum vero volabant, ſed retro, uti pueros decet* (*famulos* intelligit, quos in arte ſtructoria noſtrates appellant *Manipoli*) *hirundines, habentes in ore lutum* ὑπαγωγέα, i. e. idoneum ad lateres ferruminandos. Atque haec interpretatio una veriſſima eſt ac neceſſaria; nec enim is locus aliud admittit, quam junctim πηλὸν ὑπαγωγέα. Idque, ſi mens non laeva fuiſſet, & Heſychius admonuerat, & Ariſtoph. Scholiaſtes obiter ultimis verbis, quum ait, εἰ μὴ ἄρα &c. *Niſi forte lutum quoddam* Ὑπαγωγέα *vocent* (i nunc, πηλὸν in πῖλον h. e. *tomentum* refinge: quid poſtea eo loco fiet?) imo & Hermippus in partes a Scholiaſte vocatus rem plane conficit. Sed hujus ſenarios, quos nobis Scholiaſtes invidit, Suidae diligentiae debemus. Qui ſic habent

- - Ξύνεστι γὰρ δεσμῷ μὲν οὐδενί.
Τοῖσι δ' ὑπαγωγεῦσι τοῖς (corr. metri

metri gratia ὑπαγωγεῦσιν πῖσιν) ἑαυτοῦ τρόποις :
Nullo quidem conjunctus illi vinculo,
Sed, calce tamquam, moribus junctus ſuis.

Vides, id mores ſociabiles ad copulandos animos valere, quod ὑπαγωγεὺς (h. e. πηλὸς *lutum*, non πῖλος *tomentum*, uti peſſime in Suida legitur) ad conſtringendos lateres valebat.

Sed tamen diſſimulare non poſſum quid de hoc Hermippi loco ſentiam. Nego enim eo loci ὑπαγωγέας eſſe arenatum (aut quis umquam intritum plurativo num. extulit ? deinde deeſt ὡς, aut alia ſimilitudinis nota) nego, inquam, arenatum eſſe. quid ergo eſt ? Ὑπαγωγεὺς, uti ſuſpicor, propria ſignificatione tantumdem erat, quod *Conciliator*, ab ὑπάγω ſcil. quatenus *inducere* aut *perlicere* ſignificat: unde apud Herodianum ὑπάγεσθαι εἰς φιλίαν, alibi εἰς εὔνοιαν, quod eſt *conciliare amicitiam*, *benevolentiam* &c. Inde, inquam, ὑπαγωγεῖς τρόποι, *mores conciliatores*, quique perliciant. Deinde transfertur ad optimum arenati illud genus, quod laterem lateri adglutinabat ac veluti conciliabat. Poſtremo transferebatur & ad trullam ſignificandam, cujus miniſterio ea conjunctio ſive adglutinatio fiebat.

Quum autem apud Ariſtoph. ὑπαγωγέα intriti genus eſſe contendo ad glutinandos lateres; non eo inficias, quin idem vocabulum etiam τὸ Πτυίδιον, ſive Ξυςῆρα, ſive Παράξυςρον (nam omnia ea, quae in Scholiis & Suida tamquam diverſa afferuntur, unum idemq. ſunt, *Trulla* ſcil. quam vulgo *Cochleariam* dicimus) ſignificet; ſed in aliis Scriptorum locis, non in illo Ariſtophanis.

Et quidem Ὑπαγωγέα inter aedificatoris inſtrumenta refert Jul. Pollux. X. 147. ſed ſine expoſitione vocabuli : at VII. 125. cum luculenta *Trullae* notione; ubi in caementarii officina poſt Τύκυς ponitur Ὑπαγωγεὺς, ᾧ παρέξεον, i.e. *Trulla tectoria*; ſic enim verti debet τὸ παραξέειν, ut ad tectorium referatur; nec alia vis eſt τοῦ Παρὰ in hoc verbo, quam ut *Trulliſſationem* notet, quae non intra murum, ſed *praeter* eum fiebat: unde Παραξέειν, ſi me audis, idem eſt, quod *Trulliſſare*. Hinc idem inſtrumentum in Scholiaſte & Suida Παράξυςρον (pro quo male in utroque nunc Παράξυςον ſcribitur; nam hoc eſt *id quod* politur, non *id quo*: at *id quo*, ex analogiae regulis in ςρον deſinit: uti ſunt nota vocabula Ξύςρον & Ξύςρα, ita & Παράξυςρον) nuncupatur. At Jungermannus ad cit. Pollucis locum confundit hujus grammatici τὸ Παραξέειν cum Scholiaſtae & Suidae τῷ ἀπευθύνειν τὰς πλίνθους : parum ſcite : nam tanta eſt inter ea duo diſcordia, *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit*. Ceterum unâ eâdemq. *trullâ* ſeu Παραξύςρῳ utrumque fiebat; qua & lateres, ſicubi declinarent, ἀπευθύνοιντο *dirigebantur*, (levi ſcil. trullae ictu) & deinde iiſdem inductum tectorium παρεξέετο, *poliebatur*. Atque haec de Graecis *Trullae* vocabulis.

Verum plicato jam hoc conſignatoq. pittacio; Suidam optimum Kuſterianum (quo aegre careo) apud amicum nactus, vehementer gaviſus ſum, correctionem illam certiſſimam, qua in Suida pro πῖλον, reponebam πηλὸν, Regii Pariſienſis antiquiſſimi (quingentorum ſaltem annorum) codicis fide confirmatam, editoris doctiſſimi judicio in textum eſſe receptam. Ceterum ejuſdem Suidae loci interpretatio, ut ibid. legitur, in nonnullis eſt caſtiganda. Ut quum Suidas ait Ὑπαγωγέα eſſe Ἐργαλεῖόν τι τεκτονικὸν . . . οἷον πτυίδιον, id redditur, *Inſtrumentum quoddam fabrile . . . parvo ventilabro ſimile*, corr. *Trullae ſimile*; ſequitur enim ᾧ χρῶνται οἱ κονιαταί. At tectores *trulla* non *ventilabro* tectorium παραξέουσιν. h. e. *trulliſſant*. Hinc Πτύον in Cyrilli Gloſ. eſt *Dolabrum*. Et *Dolabra* in Philox. Gloſ. eſt Πτύον. In quibus *Dolabra* ut alibi notavimus,

Nam redeô ad munus inducendi tectorii; quod *trullae* fuiſſe ſcio; utrum & *Aſciae* (vel illius Menetrierianae) fuerit, plane neſcio. Nec vero mihi aliquis obtendat, Trullam non alterius formae fuiſſe, quam Aſciam talem, qualem modo ex Menetrierio exhibui. Nam Trulla, ut nomen cochlearis gerebat, ſic & ejuſdem aliquod ſimulacrum certe praeſeferebat: id quod in hodierna *Cucchiaja*, ſeu *Cazzuola* deprehenditur. At vero Aſciae figura, cum retorto capulo (qui eſt ferramento prope παράλληλος) nihil cum cochleari commune habet.


Atque ut nihil prorſus omittam eorum, quae quocumq. modo aſciae tectoriae patrocinari poſſint: in Cyrilli Gloſſis Πτύον redditur *Ventilabrum*, *DOLABRUM*, *pala*. Rurſus in Philoxeni Gloſ. *Dolabra* exponitur Πτύον. Ergo *Dolabra* (quae aevo ſequiore cum *Aſcia* confundebatur) eadem ac Πτύον. At Πτύον idem certe quod ejus diminutivum Πτυίδιον i. e. *trulla*: vide initium adnotationis 250. Quare *Aſcia* eadem ac *Trulla* fuerit. Ego, ut reſpondeam, ultro fateor, *Trullam* aevo ſequiore dictam etiam fuiſſe *Dolabrum* & *Dolabram*, ſed quatenus *Dolabra* venit a *Dolo* i. e. *levigo*, non a *Dolo* i. e. *caedo*. Aevo medio *dolandi* verbo non alia notione, quam pro *Levigo* utebantur: hinc *Trullam* (quam antiquitus a λᾶος *Liaculum* appellabant; & Graece etiam τὰς λάας primo loco in aedificatoris inſtrumento recenſuit Jul. Pollux X. 147.) ea notione *Dolabrum* nuncupabant, quaſi ſi diceres *Levigatorium*: quod longe aliud eſt quam *Dolabra* vetus, ac multo minus, quam *Aſcia*. Ergo an Aſcia (vel qualis in Menetrierianis exhibetur) inductioni tectorii ſervierit; id vero ſic in medio relinquo, ut tamen neganti, quam ajenti propior mihi videar.

Quare ex his uſibus, quos certo tenemus, non aliud quam calcariam, & lapidariam *aſciam* huc uſque compertam habemus. At credo hanc alteram in ſtructurae opere facile ad omnia praeſto fuiſſe. Id ex eo colligi poteſt, quod tum ex Iſidori & Pal-

mus, certe eſt id, quo levigatur tectorium, quod olim Liaculum dicebatur. Deinde illa leviora, quod οἰκοδομικὸν transfert *fabrile* (nomine generis) quum ſit *ſtructorium*, & quod ψάλιν interpretatur *caementum*, quum *caementa* ſint aſſulae & rudiores lapides; ac tantum aevo ſequiore pro arenato uſurpari coeperit, ob eam credo cauſam, quod ex calce & caementis pinſitis intritum fieret: quod intritum inde *caementum* dici coepit, uti patet ex Vulgata Gen. XI. 3. Sed haec, uti dixi, leviſſima. Illud doleo, quod de ΠΑΡΑΞΥΣΤΟΝ tacet; quod fort. argumento eſt, in MSS. ſic conſtanter legi. Nihilo tamen ſecius quin Παράξυστον ob eas, quas ſupra adnotavi, cauſas legendum ſit, nemo mihi eripiet.

Palladii definitione, tum ex variis Aſciae ſchematibus in ſepulcris, conſtat plerumque id non ſimplex, ſed fuiſſe compoſitum inſtrumentum. Palladius I. 43. in inſtrumento ruſtico ponit *Aſcias in averſa parte referentes raſtros*. Vide quae ad eum locum diximus ad Murat. & paullo ſupra, ubi de *Aſcia foſſoria*. Sed & Iſidori XIX. 19. Aſcia non diſſimili compoſitione conſtat, *Ex adverſa*, inquit, *parte referens vel ſimplicem malleum, aut cavatum, vel bicorne raſtrum*. Certe Aſciae, quae in monumentis comparent, ex altera parte aliquid gerunt, quod quale ſit, heic ex Iſidoro diſcimus: quamvis ceteroqui Iſidoriana ſit lignaria, monumentorum autem ſtructoria: ſed inter utramque uſus magis, quam figura diſcrimen fecit.

At Iſidori locus, quo magis proſit, eſt heic corrigendus, & explicandus. *Eſt autem manubrio brevi, ex adverſa parte* (fort. *ex averſa*; nam & Palladius ſic eſt locutus; quamvis & τὸ *ex adverſa* poſſit eſſe ex Iſidori manu, minus proprietati ſtudentis) *referens vel ſimplicem malleum, aut cavatum* (quid ſit *malleus* ſupra diximus in Phil. a Turre pag. 39. not. 44. Verum de *cavato malleo* ex Iſidoro primum audimus; nec ſcio, cavus in malleo quo valuerit: lege omnino *aut capitatum*) *vel bicorne raſtrum*. Repone *roſtrum*. Vult ergo Aſciam lignariam (haud dubie & ſtructoriam) in averſa ſui parte geſſiſſe *malleum*, quem noſtri appellant *maglio*. Hunc autem cur *ſimplicem* nuncupat? An quia una tantum parte malleus erat? nam alterâ erat aſcia: quum ceteroqui *malleus*, ut ita dicam, *duplex* (cujus deſcriptionem vide loco cit. not. 44.) utrâque ſui parte ad tundendum habilis eſſet. Quod addit *aut capitatum*, hoc ſive ad mallei interpretationem pertinet, quia is plerumq. *capitatus* erat (vide mallei capitati ſchema in Grut. 644. tab. 1.) marculus non item: ſive quod ſimplicem malleum a capitato ſola capitis excreſcentia diſtinguebat. Vides in ſchematibus appoſitis utrumque aſciae genus, unam cum *ſimplici* h. e. minore, alteram cum *capitato* h. e. majore malleo. Poſtremo addit *vel bicorne roſtrum*.




ſtrum: illud ſcil. bicorne roſtrum, quod in hodierno, uti appellant, *martello* videmus, quod valet ad avellendum clavos aut aliud quidvis; quum nim. id quod vult avelli, aut (ut antiqui dicebant) *exaciſclari*, roſtrorum divortio inſerimus, mox manubrio, tamquam vecte, ἀναμοχλεύομεν *amolimur*. Ceterum cur qui Muratorio V.Cl. non conſenſerim, Palladii *raſtros* in *roſtrum* mutanti (vide pag. 117. not. 146.) nunc quaſi mutato conſilio eamdem ferme emendationem Iſidoro ingeſſerim; dicerem, niſi in oculos (251) incurreret.

Eſt & alterum Aſciae compoſitae & quidem ſtructoriae nomen *Aſcieſectis* (niſi ſi ſcribendum ſit *Aſcieſecuris*) apud Ugutionem Piſanum, qui (ut oſtendit ex Chronico Nonantulano Cangius in Praefat. ſui Gloſſarii ad fin. num. XLVI.) circa annum 1192. *Librum derivationum compoſuit*; qui Mss. in pluribus bibliothecis aſſervatur. Et quidem Ugutionis locum, ut in M.S. eſt, repraeſento, contentus intra parentheſes monuiſse, quomodo quaedam ſcripſerit Auctor, aut ſcribere debuerit. *Acia* (corr. Aſcia), *Dolabrum, quaſi acute ſcindens; unde Aciola* (cor. Aſciola) *dicitur: & dicitur haec Acies ectis* (cor. junctim *Aſcieſectis* aut ſiquid fort. aliud tale ſcripſit Auctor) *pro ſaecuri* (ſecuri) *qua iementarii* (corr. caementarii) *uluntur* (pro utuntur): *unde hic Aciculus* (corr. Aſciculus) *dicitur: unde Gregorius Nazarenus* (pro Nanzianzenus) *Scio inquit, antequam eſſet, vel aſtare* (corr. Altare) *ſuper quo Aſciculus non deſcendit*. Ex his vides fuiſſe apud caementarios (ſaltem poſterioris aevi) genus inſtrumenti ancipitis, ex *Aſcia* & *Securi* compoſitum (cujuſmodi eſt hodie apud noſtrates ſtructores id quod vulgo appellant *l'Aſciamarro*, quod una parte acutam habet aciem manubrio παράλληλον, ut ſecuris, ex altera foſſoriam, ut *Aſcia*, ex qua & ex *Marra* nomen invenit) idque ſive *Aſcieſectem*, ſive *Aſcieſecurim* (ſive quodcumque ſcripſit Ugutio) fuiſſe appellatum. Certe ut apud nos *l'Aſciamarro* in fabrica praeſto eſt ad omnia; ſic & olim Ugu-

(251) Nimirum quia in Palladii foſſoriae Aſciae averſa parte raſtri ad frangendas glebas, non roſtrum opportunum erat: at in Aſciae Iſidorianae averſa parte, ſicuti oculo judice in monumentis cernitur malleus ſimplex, aut capitatus: ſic veriſimile eſt nonnumquam fuiſſe *bicorne roſtrum* tale, quale eſt hodie in vulgari *martello*. Poſtremo memini me alicubi (ſed nec Scriptorem, nec locum teneo) reperiſſe, opponi in hujuſmodi inſtrumentis τὸ *Capitatum* τῷ *roſtrato*. Ex quo (ſi locus antiquus eſt) correctio noſtra, ceteroqui certiſſima, magis firmabitur.

Ugutionis ὄργανον ex aſcia & ſecuri conſtans. Locus quem ex Nanzianzeno laudat Ugutio, ſpectat ad Ex. XX 25. Deut. XXVII. 5. Joſ. VIII. 31. quibus locis Altare fieri jubetur ex lapidibus impolitis, *quos ferrum* (olim legebatur in Latino Nanzianzeni *Aſciculus*, proprium, ut ſupra monui, aſciae lapidariae nomen, Τύκῳ reſpondens) *non tetigit*. Poſtremo non temere auguror duplex illud inſtrumentum, quod ex Aringhi lib. VI. pag. 678. ſup. pag. 121. dedi, & heic quoque exhibeo, eſſe Ugutionis *Aſcieſectem* aut *Aſcieſecurim*: re enim vera *Aſciam* ſimul & *Securim* gerit, & eſt caementario ad omnes uſus opportuniſſimum ἐργαλεῖον. At ultimum ex appoſitis ſchematibus eſt illud quod ſup. pag. 115. ex Murat. dedi. Et vide annon ad eamdem aſcieſecurim Ugutionis & Fabrettiana(252) & Gruteriana referri debeant.



Ergo, uti dicebam, Aſcia non ſimplex, ſed duplex ſaltem erat inſtrumentum. Qua parte *Aſcia* erat, non tantum valebat ad lapides complanandos edolandoſq., ſed etiam ad fabricam, maxime in *antiqui* ſeu *incerti* (uti vocat Vitruvius II. 8.) *operis* ſtructura; quum nim. committuntur *incerta caementa alia ſuper alia ſedentia*, *interſeq. imbricata* h. e. quum unum duo-

(252) Cur enim Fabrettiana icon ex monumento Salſoniae non ad Aſcieſecurim referatur; quum ibi in una parte ſecuriculae ſit acies; in dorſo vero, quod ſurſum excreſcit, acies aſciae foſſoria latere videatur? An neutram ſchematis partem recte interpretor? Nam hujus dorſum quum rectum ſine inflexione procedat (confer aſciae definitionem ſup. pag. 158.) numquam erit ut ibi legitimam aſciam reperias. Rurſum quae pars ſecuricula ſine controverſia videbatur, ea quum lunata non ſit; vix eſt, ut ἡμιπέλεκκον ſive Dextralis habeatur. Quid ergo eſt? Credo erit Menetrieriana Aſcia male a ſcalptore caelata. Ad quam Menetrierianam & haec in Gruterianis inſcriptionibus ſaepe obvia per me referatur licebit. Quarum utraque niſi ſit Menetrieriana (quam ſup. pag. 205. & alibi ſaepe exhibui) quaero ecquid demum ſit. Quidquod tam Fabrettiana quam & Gruteriana, excepto quod ſunt male effigiatae, ad hanc Maffei (quam ſup. pag. 139. repraeſentavi) proxime accedunt? At Maffeiana & Menetrieriana ſunt plane germanae ſorores.







duorum caementorum angulis infinditur. Quin & in omni ſtructurae genere ſaepiſſime ſit, ut de toſo, quem ad manus habeas, ſit anguloſum aliquid aut inſigniter abnorme, aut ſi lapis ſit grandior quam pro cubili ſuo, deterendum, ut apte ſedeat. Huic & ſimilibus ſexcentis uſibus aſcia, qua parte erat aſcia, ſubſerviebat. At poſtquam toſum, interlita calce, toſo aptaveris; tum tundendus eſt, ut quam artiſſime cohaereat: ibi vero praeſto erit pars averſa, qua malleus eſt, ſive ſimplex ſive capitatus. Quid ſi lapis jam ferruminatus, ac probe tunſus, extima ſui parte extra perpendiculum, aut regulam excurreret? Illam quamcumque extuberationem opportune eadem aſcia deradebat. Taceo de bicornis roſtri uſu non tantum in lignario, ſed etiam in ſtructili aedificio, nec tantum ad avellendos clavos capitatos & ſimilia, verum etiam ad lapides, ſi non belle ſederent, amoliendos.

Quid quod ad calcem caementis infarciendam videtur eadem aſcia, qua talis erat, potius quam trulla, ad manus fuiſse? Nam trullam quidem ad inducendum tectorium, & ad trulliſsationem adhibitam ex Palladio modo didicimus; ad quod aſcia plane ineptiſſima videbatur: at contra ad calcem caementis, aſsulis, lateribuſq. interlinendam opportunior aſcia videbatur (253) quam trulla; vel, ſi non aliud, ob eam cauſam, ne ſtructor cogeretur ad majores lapides ferruminandos modo trullam, modo hac depoſita, aſciam in manus ſumere; quod erat infinitae moleſtiae. Ergo unâ eâdemque aſciâ, modo adverſa, modo averſa, & arenatum illinebatur; & lapis hinc & inde, pro modo cubilis, deterebatur; & loculo ſuo inſertus contundebatur; poſtremo ubi lapis extimus extra κάθετον aut κανόνα excurreret, deradebatur. Ut uno verbo dicam; ad omnia praeſto erat: ut non immerito, ut penicillus pro pictura, caelum pro arte ſtatuaria, ſic *aſciam* pro ſtructurae opificio uſurpari conſuevisſe, ex titulis conſtet, in quibus ſunt illae locutiones AB ASCIA, SUB ASCIA, AD ASCIAM, ad fabricam deſignandam.

Quod modo dixi, Aſciam fuiſſe fabricae ſymbolum, inde comprobatur, quod ut ſup. monui, Graecum Aſciae lapidariae nomen

Τύκος

(253) Opportunior, inquam, aſcia, quam trulla, ad interlinendam calcem; nam illa multis uno tempore officiis defungebatur. Ceteroqui non nego etiam trullâ olim, ut hodie, infartam fuiſſe calcem, teſtante id Iſidoro in etymo *Trullae*. *Trullae*, inquit, *nomen factum, eo quod trudit & detrudit, ideſt includit calce vel luto lapides.*

Τύκος venit a Τεύχω *fabricor*. Quid ita? Quod intelligerent veteres, Τύκον ſive Aciſculum in aedificiis utramque paginam facere. Et quidem, etſi largiar, Aſciam in ſtruendo, & interlinenda calce nihil valuiſſe, ac tantum deradendis lapidibus ſubſerviiſſe; tamen vel ſic Τύκος ſeu Λαξευτήριον *Aciſculus* & *Aſcia* princeps ſtructoriorum ἐργαλείων, imo & fabricae ſymbolum (haud ſecus ac artis tignariae Aſcia materiaria) fuerit neceſſe eſt. Nam quemadmodum in opere lignario, Aſciâ potiſſimum aſſeres & tigna parabantur ac poliebantur, quae tamen ad ea committenda prorſus inutilis erat; in quem uſum terebra, clavi, gomphi, ichtyocolla &c. operi ſuccedebant; & tamen nemo primas aſciae deferendas eſſe, inficiabitur: idem & in antiqua praeſertim aedificandi ratione valebit. Nam olim praegrandes inſanae craſſitudinis lapides ad praeſcriptum ab architecto modulum, ſinguli ſeorſum, deradebantur (uti conſtat ex Templi Salomonici ſtructura, & ex profanis ſcriptoribus) deinde, ubi probe deaſciati fuiſſent, facile ſuo quiſque loco (numeris ad diſtinguendum appoſitis, quod in antiquo opere Capuae animadverti) committebantur, ac ferruminabantur. *Aſciare* lapides praecipuum opus erat; cetera nullius pene negotii: quae poſſem pluribus (254) demonſtrare; niſi plane jam me dicendo, teque, TANVCCI optime, delaſſaſſem.

C A P V T III.

De Particula S V B.

Habes, Vir Ampliſſime, de *Aſcia* deque cognatis inſtrumentis, mea, ſat ſcio & aliorum, opinione longe plura. Sed tamen & obſcura ea res erat & confragoſa, & intacta adhuc; quippe nullis prius ingredientium ſignata veſtigiis. Accedit, quod erant aſpera ſenticetis omnia, ante praecidendis, quam pedem inferas: hoc eſt anticipatae plures opiniones, quae inſederant penitus animis, ac longe lateque prorepſerant, radicitus avellendae fuerunt. Poſtremo Auctores, qui in partes vocandi erant, adeo non juvabant, ut etiam

(254) Hinc fabricae lapideae Lycophroni & Euripidi *Τυκίσματα* (quaſi ſi dicas *Aſciationes* aut *Aciſclationes*) priſco vocabulo appellantur, ut mox initio cap. IV. oſtendam: quod nim. veteres intelligerent in ſtructurae negotio in Τύκῳ ſeu *Aciſculo* aut *Aſcia* poſita eſſe omnia.

etiam obſcuritate ſua principio repellerent : mox ubi vitium lectionis ſuboluit, per mille Paeoniae artis pericula, volentes aut inviti ſaneſcere ſunt coacti. Adde inſitam animo, ut in iter agentibus viſendi ſtudium, ſic in hac re nova detegendi curam, apud me quidem laude, aliis ſortaſſe riſu digniſſimam : nec enim defuturos ſperavi, quibus operam abuſus videar. Hiſce de cauſis non invitus feci, ut *Aſciam* Hippocraticam (de qua, ſi promiſſis erat ſtandum, nunc locus erat) in aliud tempus locumque differrem, poſtquam formulam totam abſolvero.

Quidquod duobus formulae verbis, quae morari horum avidos potuiſſent, ad faſtidium immoratus, monoſyllabum SVB praeterire impune potuiſſem ? ſed compendii parum in tantula praeteritione fuiſſet. Ceteroqui vel haec ſyllaba ad cauſam facere viſa fuit. Verum in hac re nihil de meo afferam. Servius rem expediet ; quem unum reperi, qui de hac particula & complura dixerit, & ea minime contemnenda.

Ac primum de caſu ſi quaeris, Honoratus noſter ad 1. Aen. 299. ſcripſit : *Hodie IN & SVB tantum communes eſſe*. Sed non pro libito caſus hi uſurpantur : nam cum accuſativo tempus ſignificari putavit. Idem ad 1. Geor. 67. *SVB praep. quando tempus ſignif. acc. gaudet, ut hoc loco SVB ARCTVRVM i. e. circa Arcturum. Item .. SVB LVCEM .. SVB NOCTEM*. Idem notat ad illud Aen. 1. 666. *Sub noctem cura recurſat. Circa noctem*. Itemq. ad 1. Aen. 754. *Quum tempus ſignificatur, SVB praep. accuſativo haeret* (255) *ſemper*.

Cum

(255) Nolim iſtud *ſemper*, eſſe e Servii manu. Nam quid fiet iis locis, quibus SVB cum auferendi caſu tempus ſignificat ? Sic *Sub exitu vitae* apud Suet. in Claudio c. 43. & Nerone c. 54. Plinius ſexcentis locis. II. 70. *Sub Divo Aug.* VII. 12. *Hauſtaq. imagines ſub ipſo conceptu.* XV. 18. *Sub hieme maturatur* (ficus) *coelidonia*. XVII. 18. *Sub eteſiarum flatu conſerunt*. 22. *Quum defloruerit* (vitis) *aliqui pampinandum putant : alii ſub ipſa maturitate*. XIX. 10. *Ocimum ſub canis ortu palleſcit*. XX. 14. *Voci ſuccus* (mentae) *ſub certamine* (i. e. ante ipſum certamen, muſicum credo) *utilis eſt*. XXX. 11. *Sub deceſſu febris*. 13. *Detrahuntur autem ſub partu* : qui tamen IX. 49. dixerat *ſub partum*; & X. 64. *ſub enixum*. Poſtremo XXXV. 18. *Cui tergendam* (tabulam) *eam mandaverat .. ſub die lucorum*.

Dicas fort. Plinium non ſatis idoneum Latinitatis auctorem eſſe prae antiquioribus. Fateor. At Virgilianum illud SVB NOCTE, ad quod Honoratus infra commentatur, an non tempus ſignificat ? Quin & SVB SOLE eidem Servio tempus notat : ut & apud Celſum (cujus loca cap. ſeq. proferam)

SVB

Cum auferendi vero caſu plerumque IN ſignificat, ut ad Aen. 1. 457. notat: *SVB TEMPLO i. e. in templo, ut ſup. EXERCET SVB SOLE LABOR i. e. in ſole*. Ad VII. Aen. 179. illud *Servans ſub imagine falcem*, interpretatur *In imagine* (256). Alibi SVB MONTE exponit *in monte*, & SVB RVPE *in rupe*. Et illud X. Aen. 497. *Una ſub nocte* exponit *pro IN NOCTE*. At vero illud Aen. IX. 330. *Aurigamque ſub ipſis Nactus equis*: exponit, *Circa ipſos equos*.

Sed de ſexto caſu, qui unice ad rem noſtram facit, reſtant adhuc duae Mauri Servii adnotationes; quarum utraq. aut alterutra in formulam noſtram poſſe convenire videtur. Ergo ad illud V. Aen. 323. *Euryalumq. Helymus ſequitur: quo deinde ſub ipſo Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores*: Maurus notavit: *Sub ipſo, ideſt poſt ipſum, juxta ipſum*. Et illud ejuſd. lib. 394. *Ille ſub haec*, interpretatur *aut ſtatim, aut poſt haec*. Quamquam enim hoc alterum eſt quarto caſu; tamen cum SVB ſaepe hi caſus alternant.

Altera earum, quas modo pollicebar, Servii interpretationum eſt ad illud 1. Aen. 435. *Exercet ſub ſole labor*, ubi illud SVB SOLE interpretatur *In Sole . . vel quamdiu Sol eſt*. Utra harum interpretationum Servii ſit clauſulae *Dedic. ſub Aſc.* convenientior; cap. ſeq. diſquiretur.

C A P V T IV.

I.

Collectio: ſive totius ſimul formulae SVB ASCIA DEDICAVIT *explanatio*.

Et hactenus quidem, TANVCCI optime, ſingulas formulae hujus voculas ſic expedivimus, ut cuique per ſe liberum ſit colligere, ecquid formula univerſa ſententiae complectatur. Nam quando Aſcia in fabricis plurimum potetat; uſu

SVB SOMNO ſaneſcere, *SVB SVDORE mori*. His adde & haec Ovidii I. met. 603. *Sub nitido mirata die*. Et XII. met. 183. *Primis ſpectata ſub annis*. Et V. Faſt. 491. *Sed tamen haec tria ſunt ſub eodem tempore ſiſta*. Quamquam non eo inficias, antiquos SVB cum ſign. temporis plerumq. accuſativo junxiſſe. Sed non erat cauſa, cur Servius pro *plerumq.* ſcriberet SEMPER. Sane vero quid ſibi in Servium librarii permiſerint, norunt, qui Servium Honoratum norunt; a quorum manu illud SEMPER profectum ſuſpicor, praeſertim in fine adnotationis poſitum, qui locus additamentorum eſſe conſuevit.

(256) Simile Virgiliano *Servans ſub imagine falcem* eſt alterum Virgilianum & Ennianum *Sub armis*, & Manilianum *ſub arcu*; de quibus vide Salmaſium ſup. pag. 17. num XII.

uſu paullatim venit, ut quemadmodum calamus pro ſcriptione, caelum pro ſtatuaria arte uſurpabatur, ſic *Aſciae* vocabulum pro ſtructura acciperetur. Et hujus quidem locutionis Graeca poetarum exempla promta ac parata habeo. Nam ut praeteream, ΤΥΚΟΣ (quod Graecum eſſe *Aſciae* lapidariae ſive *Aciſculi* nomen, ſupra docuimus) a Τεύχω h. e. *Fabricor* deduci propterea, quia penes Aſciam *fabricae* regnum eſſet: etiam a Τύκος derivatum ΤΥΚΙΣΜΑ (quaſi ſi dicas *Aſciatio* ſive *Aciſclatio*) non aliud quam *fabricam* ipſam deſignabat. Id jam ex Lycophrone prius, tum ex Euripide demonſtrabitur. Apud priorem v. 349. Alexandra ſe in ſaxeae turris carcere concluſam queritur, quod ſic effert: Ἐν παρθενῶνος λαΐνου τυκίσμασιν q.d. *in thalami lapidei aciſclátionibus*. Ubi Scholiaſtes illud τυκίσμασιν interpretatur κατασκευάσμασι h.e. *fabricis*: Euripides autem Troadibus v. 814. Trojae muros appellat Κανόνων τυκίσματα Φοίβου: quaſi dicas, *Aciſclationes regularum Phoebi* h. e. muros *ad regulam a Phoebo conſtructos*.

Ergo ut in antiqua Graecia Τύκος & Τύκισμα tantumdem erat quod *Fabrica*, ſic apud Latinos ASCIA non aliud, quam quod dixi, ſignificabat. Itaque SVB ASCIA tantumdem eſt quod *ſub fabrica* in eum modum, quo *ſub calamo*, *ſub penicillo*, *ſub caelo* dicimus. Adde quod ſicuti AB ASCIA in inſcriptione Aquilae in Veſtinis(de qua vide dicta ſup.pag.118. not. 147.) idem eſt quod *a fundamentis*, ſive *ab initio fabricae*, & ut ſemel dicam, *a primo Aſciae uſu*: & AD ASCIAM, quod alibi producam, fabricae quoque habet ſignificantiam: ſic SVB ASCIA non aliud ſignificat quam *ſub ipſa ſtructura*.

Deinde quia DEDICARE non tantum in rebus ceteris (uti copioſe in *Diatr. de dedicationib.* olim oſtenſum fuit) ſed peculiariter in ſepulcralibus non eſt aliud quam *Encaeniare*, ut ſup. primo capite demonſtravi: hinc jam efficitur, *Dedicare ſub Aſcia* idem plane futurum, quod *Encaeniare ſub exſtructione*. Quae, ſine aperta cavillandi prurigine, nemo in dubium vocaverit. Sed quando (uti ſunt hominum ingenia non aliud laborantium, quam ut funem contentionis, ut ait Tertull. in diverſa diſtendant) erit fort. aliquis, qui in rebus aliis DEDICARE pro ἐγκαινίζειν accipi, convictus rationibus, fateatur, aut etiam in ſepulcralibus id aſſentiatur; ſed eamdem tamen in hac formula, qua de agimus, ſubjectam ei verbo notionem pro ſua diſputandi libidine neget: age id demus

ope-

operam, neque vel contentioſiſſimo cuique ad elabendum rima pateat. Ajo igitur, etiam in hac formula τὸ DEDICARE idem eſſe quod *encaeniare*, ejuſque rei petitis ex hac ipſa clauſula argumentis fidem faciam.

Ac primum notavi, in hiſce monumentis ſub aſcia dedicatis τὸ DEDICARE plerumque conjungi cum dandi caſu, uti quum huic aut illi (257) ſepulcrum *dedicatum ſub aſcia*, aut certe, ſi non aliud, DIS MANIBVS ET MEMORIAE AETERNAE (258) τοῦ ὄντος *dedicatum ſub aſcia* dicitur. Eo fit, ut, ſicuti apud Grut. 178. 4. ubi THERMAS (imperatores) ROMANIS SVIS DEDICAVER. (ut & ibid. num. 7. eiſdem plane verbis) illud DEDICAVERunt eſt ἐνεκαίνισαν; idem plane dicendum ſit, ubi huic aut illi defuncto ſepulcrum *ſub aſcia dedicatur*; quod non eſt aliud, quam quod ſepulcri uſus, aut omnino ſepulcrum ipſum τῷ ὄντι *INCHOATVR*; uti locutus

(257) Plures ſunt huiuſmodi inſcriptiones, in quibus τὸ *Dedicare ſub aſcia* cum dandi caſu jungitur; ut in hac apud Menetrierium in *Praeparatione ad Hiſt. Lugd.* pag. 18. *D. M. et. memoriae. dulciſſimae. T. Titiolae. quae. vixit. an. XVIII. M. VIII. D. XXIII. Firmanus. Galliar. tabular.* (tabularius) *conjugi. piiſſimae. et. erga. ſe. bene. meritae. et. ſibi. vivus. poſteriſque. ſuis. ſub. aſcia. dedicavit.* Cui ſimilis eſt apud eumdem l. 1. hiſt. Lugd. p. 124. quam dedimus ſup. p. 28. V. Adde & Gratianopolitanam apud Gudium ex Chifletio pag. 273. 5. D. M. FRONTONIS * ACTORIS. (*ACTOR* heic idem qui *VILICVS*, vulgo *Factor*: ſervile plerumque officium: Colum. I. 7. *Ita fit, ut & Actor & familia peccent*. & c. 8. *Idemque Actori praecipiendum eſt, ne convictum cum domeſtico, multoque minus cum externo habeat*: vide & Plin. III. ep. 19.) HVIVS. LOCI. MATERNA * CONIVGI. KARISSIMO * RILVSA (corr. PHILVSA; nam P & H ſimul complicatae deſcriptori fraudem fecerunt, rato unam litteram eſſe, eamque caninam) PATRI. DVL * CISSIMO. FACIEN * DVM. CVRAVIT * ET. EVDREPILES * FILIVS. PARENTI * OPTIMO. SVB. ASCIA * D. Poſtremo & huc ſpectat inſcriptio (quam Cl. Maffeius affert in *Gall. Antiq. Sel.* ep. 12. pag. 58. 59.) Q. SECVND. QVIGONIS... QVIGONI. (dandi caſu) SECVNDVS. ET. HIBERNALIS. LIBERTI. ET. HERED. PATRONO. OPTIMO. SVB. ASCIA. DEDICAVER.)

(258) Omnes fermae inſcriptiones cum formula *dedic. ſub aſcia* ſic incipiunt D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE, ad quem dandi caſum deinde refertur ſollemne illud SVB ASCIA DEDICAVIT. Vide pag. 27. & ſeq. ubi ex Menetrierianis & Grinterianis, ſeptem aut octo exceptis, omnes ſic ordiuntur. Adde, quod illae, quibus non praefigitur MEM. AET. praeponitur tamen fere illud QVIETI AETERNAE aut ſimile.

Et illud ſane QVIETI AETERNAE reperitur apud Menetrier. ſup. pag. 22. & pag. 28. V. pag. 31. XIX. XXI. In Grut. 564. 10. Reineſ. XII. 34. At Menetrieriana ſup. pag. 29. VIII. ſic incipit. *D. M. bonae. memoriae. et. ſpei. aeternae* quod complectitur perſuaſionem de animorum immortalitate. Ibid. XI. *D. M. et. ſecuritati. aeternae.* aut ſimilia.

cutus eſt Virgilius, cujus locus *dedicandi* verbo cum dandi caſu lucem eximiam afferet. Sic ille Aen. VI. 252.

Tum Stygio regi nocturnas INCHOAT aras,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Non enim ibi *inchoare* eſt ordiri altarium exſtructionem, imo eſt ea jam perfecta *encaeniare* (victimis impoſitis) Plutoni h. e. in ejuſdem cultum & reverentiam; quae in talibus vis eſt dativi caſus. Sed tamen Servius ad eum locum turbat, ſic notans: *INCHOAT autem* (eſt) *PERFICIT. Et eſt verbum ſacrorum*. Nam primum INCHOARE & PERFICERE ſunt ἀντικείμενα. Nunc quo pacto unum per alterum exponitur? Deinde quo heic *perficiendi* ſignificatio? Verum adeo non turbat grammaticus, ut ſummopere juvet. Nam quemadmodum (uti ſup. cap. 1. pag. 156. docuimus) CONSVMMO (& hoc interdum cum dandi caſu, ut *Deo Patri ex voto conſummavit*) idem eſt quod *encaenio*; cur non eadem notio etiam τῷ PERFICIO ſuberit? Imo prorſus ſuberat, teſte Servio: cujus ſignificationis documenta in ſepulcris ipſis infra producam. Ergo in ſacris, (259) auctore Honorato, INCHOARE illi Deo, erat rei uſum in illius cultum inchoare: id quod & DEDICARE cum dandi caſu (exempla ſunt paſſim obvia) dicebatur. Atqui ex eo dativo, ſi non aliud, vides quid ſit SVB ASCIA DEDICARE illi mortuo, aut eorumdem D. M. ET MEMORIAE AETERNAE.

Sunt porro & aliae monumentorum ſub aſcia dedicatorum inſcriptiones, quae plane intento digito (volentibus quidem certe animum advertere) commonſtrant quid ſit τὸ DEDICARE in hac ipſa formula dedicationis ſub aſcia. Ut in iis titulis, in quibus mortuum *ſarcophago condere* & *ſub aſcia dedicare* κατ' ἐπεξήγησιν junguntur. Unum ex his elogiis ex Grut. 339. 4. in citata mea Diatriba (vide ſup. pag. 91.) indicaveram, quod & ab aliis compluribus (260) refertur, in quo MEM.

(259) Verba Servii, *Et eſt verbum ſacrorum*, dupliciter poſſunt intelligi; ſive ut ipſum INCHOO encaeniandi notione ſit verbum ſacrorum, & in pontificiis libris ſic uſurpatum; ſive ut potius PERFICIO pro *encaenio* ſit verbum ſacrorum, heic autem INCHOO ſit poſitum pro verbo ſacro PERFICIO; ſive poſtremo ut utrumq. ſit verbum ſacrorum.

(260) Ea Lugdunenſis epigraphe a Sponio pag. 170. refertur: a Menetrierio autem in I. hiſt. Lugd. in fine pag. 79. recitatur in hunc modum: D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE. CVLATTI. (junctim ſcripſit Menetr. qui & hunc vocat *Culattum Meleagrum*; ſed divellendum eſt C, ut rectus caſus ſit

MEMMIA. CASSIANA. CONIVNX maritum ibi nominatum SARCOFAGO. CONDIDIT. ET. (ſic ſcil.) S. A. D. h. e. *ſub aſcia dedicavit* . Nam niſi haec poſterior clauſula ſit prioris dicti ἐξηγητική ; quorſum illa moroſa περιεργία , ut diceret ſe ſarcophago condidiſſe ? Huic epigrammati & illud concinit , quod cap. I. ſup. pag. 144. in medium attuli , niſi quod ibi tantum eſt DEDICAVIT ſine aſciae mentione : EIVSQ. inquit CORPVS. IN. ARCA CONDIDIT. ET. (ἐνεργείας gratia ſupple SIC) LOCVM. SEPVLC. DEDICAVIT . Ibi ſane duas promiſi me daturum plane geminas inſcriptiones cum *Aſciae* additamento : quarum quia unam jam *Memmiae Caſſianae* modo protuli , non committam , ut altera deſideretur . Ea eſt apud Grut. pag. 488. 8. Eam infra opportunius integram adſcribam . Nunc , quod huc attinet , ibi VIREIVS. ATHENAGORAS . FILIVS . EORVM . EVNDEM . LAVRENTINVM. CVM. CONIVGE. COLLOCAVIT . ET . (ſic demum) SVB. ASCIA. DEDICAVIT . Habes jam tria numero epigrammata , quae a formula illa aenigmatis ſuſpicionem amoliuntur . Addo & quartum , tanto praecedentibus luculentius , quanto inſtar nobis gloſſarii eſt , quippe quod in ea formula verbum DEDICO cum alio ἰσοδυναμοῦντι permutat . Ea eſt Guichenoniana inſcriptio a Reineſio producta Cl. XII. n. 112. longior illa quidem , ac difficilior , & quae eruditum lectorem requirat . Eam integram infra producam . Nunc , quod huc pertinet, ea clauſula ad finem ſic concipitur : CONSVMMATVM. HOC. OPVS. SVB. ASCIA. EST . Ecce quod paſſim alibi DEDICARE ſub aſcia , id heic CONSVMMARE dicitur ; quod non eſt aliud in ſepulcris , quam *illatione* illa *encaeniare* ; uti perſpicue demonſtravimus pag. 156. ; praeſertim ex Fabrettiano marmore , in quo enumeratis omnibus , quibus jus ſepulturae erat , ad extremum poſteriore manu additur : TI. CL. ANDREAS CONSVMMAVIT . nim. quia ex illis recenſitis Andreas primus illatus , ſepulcrum ἐνεκαίνισεν . Etiam PERFICIO , uti modo ex Servio docebam , inchoandi notionem habet . Accedit quod in Guichenoniana epigraphe, quocumque te verteris , non poteſt aliud , quam quod dixi , *Conſummandi* verbo intelligi . Fac enim notari , fabricam ad exi-

tum

ſit C. VLATTIVS) MELEAGRI. IIIIII. VIR. AVG. C. C. C. AVG. LVG . PATRONO . EIVSDEM . CORPOR. ITEM. PATRONO. OMNIVM. CORPOR. LVG. LICITE . COEVNTIVM . MEMMIA . CASSIANA. CONIVNX. SARCOFAGO. CONDIDIT. ET. S. A. D.

tum eſſe perductam: quid quaeſo ſtultius, quam de eo inſtrumento monere, ſine quo nullum aedificium conſtruitur?

Haec, inquam elogia intento digito oſtendunt quid ſit illud, falſo ſuſpectum aenigmatis, *Dedicare ſub aſcia*: imo haec ſunt monumenta numero quatuor, quorum unum ſaltem erui optabat doctiſs. Montfauconius (vide ſup. ad finem Montfauc. pag. 68.) *quod tam obſcurae rei lucem afferret*. Nec illa quidem nunc primum prodeunt; ſed nunc primum ad ea intenditur animus, ut etiam ad alia nonnulla mox, uti uſus poſcet, producenda; quae, niſi mea mihi blanditur opinio, ſiquid adhuc reſtat in μορμολυκείῳ iſto terriculi, prorſus amolientur. At Galli quidam ultimi temporis ſcriptores nodum in ſcirpo quaeſierunt, qui flamines & pontifices ad primum ſepulcri lapidem jaciendum, aut ad egerendam humum arceſſiverunt, & qua ſuovetaurilibus, qua ſulco in orbem ducto, quaeque cetera in fundandis urbibus Tuſcanico ritu fiebant, ſepulcra ſic, quaſi mortuorum colonias, condiderunt. Sed age, demus hoc Auctori *Relig. Gallor.*; eaſcos illos Druidas fuiſſe advocandos (an potius a Pythoniſſa evocandos? quippe quos jamdiu Claudius exegerat?) qui omnia ad ritualium librorum (quos ne fruſtra deſideraremus, laudati Auctoris induſtria fecit) praeſcriptum facientes, ſepulcra *ſub aſcia dedicarent*: tum vero quid tribus illis elogiis fiet, quae modo recitabam, in quibus, poſt conditas reliquias, tum demum de ſepulcro dedicando cura ſubit? Anne prius mortuus *collocabatur* (credo, ne interim quatriduanus foeteret) quo compoſito, ita demum tanto apparatu ſacrorum, quanto maximo collatâ cum Etruſcis operâ Druidae potuiſſent, conſecrabantur? Apage quaeſo Βεκκοσεληνικὰ commenta.

Hinc porro facilis ac promta eſt ratio, cur interdum in his inſcriptionibus alius *monumentum poni curavit* alius *ſub aſcia dedicavit*. Ut in elogio Frontonis (quod modo integrum recitavimus not. 257.) MATERNA. CONIVGI. KARISSIMO. PHILVSA. PATRI. DVLCISSIMO. FACIENDVM. CVRAVIT. ET. EVDREPILES. FILIVS. PARENTI. OPTIMO. SVB. ASCIA. D. Adde & epigramma alterum (quod integrum in Auctore *Relig. Gallor.* ſup. pag. 85. dedimus) in quo DIVICIA. DOMITIOLA ... CONIVGI. KARISSIMO ... PONENDVM. CVRAVIT. ET. FILI. SVB. ASCIA. DEDICAVERVNT. Quid iſtud ſibi vult? nec enim de nihilo hoc eſt

quod

quod alius fabricam ponit, alius dedicat. Auctor ille *Relig. Gall.* ibid. id eo refert, quod feminis interdictum putaret in illam, quam tanto niſu conſtabilit, νεκρόπολιν, i. e. divorum Manium coloniam ritu Etruſco deducendam incumbere. Ἄνωθι. Vel vide dicta ibid. not. 105. Atqui nihil ibi latet myſterii, ubi alius monumentum *ponit*, alius *dedicare* dicitur: niſi quod in his duobus titulis (necdum enim plures deprehendi) verborum ἀκρίβεια ſervatur. Nam proprie *dedicare* is dicebatur, non qui ſepulcrum exſtrueret, ſed qui mortuum ibi collocaret. Confer tres illas inſcriptiones paullo ante productas, ibi reperies: CORPVS. IN. ARCA. CONDIDIT. ET. (ſic demum; nec aliter quam per eam collocationem) LOCVM. SEPVLC. DEDICAVIT. Atque hoc de ἁπλῶς DEDICO: nunc de SVB. ASC. DEDICO ſunt duo haec alia: CASSIANA. CONIVNX. maritum SARCOFAGO. CONDIDIT (atque in hunc modum) S. A. D. Rurſus: ATHENAGORAS. FILIVS. EORVM. EVNDEM. LAVRENTINVM. CVM. CONIVGE. COLLOCAVIT. (eoque pacto) SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Hoc jam ſtabilito, intelligitur, cur MATERNA & PHILVSA Frontoni fecerint, at EVDREPILES filius SVB. ASC. DED., cur item DOMITIOLA *ponendum curaverit, & filii ſub Aſcia dedicaverint*. Quorum facillima eſt reſponſio, quia uxor prae luctu non ſuſtinuit maritum collocare (id quod tamen ſup. MEMMIA CASSIANA ipſa per ſe fecerat, *fortiſſima Tyndaridarum*, ut ait ille) eoque filiis negotium datum fuit, uti mortuum conderent, iique adeo *ſub aſcia dedicarunt*. Sed eam verborum ἀκρίβειαν non ſemper anxie ſervatam ſuſpicor. Hinc in reliquis omnibus titulis perpetua eſt ad ultimum illa cantio FACIENDVM aut PONENDVM. CVR. ET. SVB. ASC. DED. Hinc etiam non ii tantum qui collocabant, aut inferebant defunctum, DEDICARE dicebantur, ſed & ii ipſi, qui in id ſepulcrum, quod ſibi faciebant, primi inferebantur: unde & haec cantilena altera: ille SIBI. FACIEN. aut PON. CVR. ET. SVB. ASC. DED. Ac de his tantum.

Ergo, uti toties monui, *Dedicare* non aliud notat in ſepulcris quam primorem uſum. Aut ſi evelli Gallis non poteſt *conſecrandi* notio: age, non repugnabo; modo haec *conſecratio* nullo ſacrorum apparatu fiat, ſed flaminibus valere juſſis, ſola reliquiarum illatione perficiatur: quippe ea illatio & ſepulcrum religioſum, imo & *ſacrum* efficiebat, & re-

vera *ἐγκαινισμὸς* ſeu *encaeniatio* erat. Ita eodem redibitur, ut in re ſepulcrali *Dedicare*, *conſecrare*, *encaeniare* diverſa ſint rei ejuſdem ſynonyma. Adhaec vero quandoquidem *Aſcia*, uti prolixe demonſtravimus, *fabricam* deſignat, non ſecus ac caelum ſtatuariam artem, penicillus pictoriam: eo fit, ut DEDICARE SVB ASCIA tantumdem ſonet, quod *encaeniare ſub exſtructione* monumenti. Haec quando clara ac liquida ſunt; nunc in ſola ſyllaba SVB difficultatis totius cardo vertitur. Dubium eſt enim, utrumne valeat *Poſt*, *ſtatim poſt*; an vero ſonet *In ipſo ſtructurae opere*. Priorem notionem ingerit illud SVB HAEC i. e. ſtatim poſt haec. Itaq. quod Theocritus I. 28. de poculo dixit, *ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον*, *adhuc caelum redolens* (ubi Scholiaſtes adnotat, Γλυφάνοιο, τετέςι γλυφῆς, ratus ſcil. caelum pro caelatura poni) idem videtur (ſi priorem interpretationem ſequimur) de ſepulcris SVB ASCIA uſurpari, nim. ea adhuc olere Aſciam. Ac memini, me olim, quum raptim quaedam de hac formula in Diatriba *De Dedicationib.* ante hos tredecim annos conjeciſſem, ita in utramq. partem diſputaſſe (vide ſup. pag. 90.) ut dicerem ea clauſula notari, ſive *in ſepulcrum recens exſtructum cadaver inferre*. *ſive antequam fuerit perfectum*, *dumq. adhuc fabrorum caementariorum fervet opus*. Quorum prius deinde Maffeio V. Cl. uſque adeo placuit, ut ea interpretatione una captus, de altera, quam credo ſperneret, verbum non fecerit.

Nec eo inficias, eſſe, quae priori ſententiae faveant. Nam primum parum ſit veriſimile, voluiſſe antiquos in adhuc imperfecto ſepulcro mortuos condere. Deinde inſcriptio Lugdunenſis, quam ex Paradino profert Gruterus pag. 488. 8. cujus extremam partem modo recitavimus, non niſi de perfecto jam opere nos cogitare ſinit. Ea integra ſic habet: D. M. * ET. MEMORIAE. AETERNAE. * Q. VIREI. (261) LAVRENTINI * IIIIII. VIRI. AVG. C. C. C. AVG * LVGDVNI * HOMINIS. INCOMPARA * BILIS. ET. VIREIAE. ATHE * NAIDI. CONIVGI. EIVS. MEMO * RIAM. QVAM. LAVRENTINVS * CONIVGI. KARISSIMAE. FE * CERAT. VIREIVS. ATHENA * GORAS. FILIVS. EORVM * EVNDEM.

(261) Menetrierius hanc eamdem inſcriptionem lib. 2. ſuae Hiſt. Lugd. intexuit: ſed in eo errat, dum Vireium iſtum domo Laurentinum putavit, i. e. ex urbe Laurento.

DEM. LAVRENTINVM * CVM. CONIVGE. COLLOCA * VIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICA * VIT. Ex qua vides, Vireium Laurentinum jam memoriam feciſſe ſuae conjugi Athenaidi, deinde filium Athenagoram collocaſſe in ea memoria ambos parentes mortuos, & ſic eam memoriam (jam factam ſcil.) ſub aſcia dedicaſſe. Praeterea huc etiam facere videtur illud, quod in Gudiano inſcriptionum ſyntagmate legiſſe memini AD. ASCIAM. DEDICATVM. POSVERVNT; (262) id quod recentis, ſed jam finiti monumenti notionem complecti videtur. Poſtremo confer Servii notata ad Virgilium, quae extremo cap. ſuperiore poſui, uti quum SVB HAEC interpretatur *Aut ſtatim*, *aut POST HAEC*. Aut (ſi hoc parum ad rem facere videbitur, quia cum quarto caſu *Poſt* componitur) addo & alteram Servii adnotationem ad illud V. Aen. 323. *Euryalumq. Helymus ſequitur, quo deinde SVB IPSO Ecce volat, calcemq. terit jam calce Diores*: ubi Honoratus adnotat; *SVB IPSO, ideſt poſt ipſum, juxta ipſum.* Ita *Sub Aſcia* erit *poſt Aſciam*, *juxta Aſciam* ſive poſt delitam ſtructuram. Haec eſt prior interpretatio; quam uti non prorſus reſpuo, ſic nec magnopere amplector.

Nam nunc quidem, quae de hoc ante tredecim annos Diatribae raptim illeveram, retractanti, ac ſinus receſſuſq. formulae omnes curioſius perſcrutanti, non poteſt altera poſterior non vera videri. Eo nos omnia ſcriptorum optimorum exempla ducunt, ut SVB, cum ſexto caſu & ad tempus relatum, ſignificet IN, aut *Quamdiu*. Vide cap. ſuperiore Servium; ubi illud *Exercet SVB SOLE labor* exponit *IN ſole* ...

vel

(262) In Gudianis inſcriptionibus pag. 237. n. 6. affertur haec inſcriptio eruta an. 1627. in agro Veſontienſi, lateri urnae praegrandis appicta: D. M. * ET. MEMORIAE. AETERNAE * IANVSSI. IANVARII. IVNIO * RIS. QVI. VIXIT. ANNOS. VIIII * MENS. VI. DIES. VIIII. IANVSSIVS * IANVARIVS. GEDVS. PATER. ET * LVCIOLA. LVCVSTÆ (fort. LVCVSTA) MATER * FILIO. DVLCISSIMO. AD. ASCIAM * DEDICATVM. POSVERVNT. Illud GEDVS, quod verſu 6. legitur, eſt, ſi me audis, corrupte a lapicida ſic ſcalptum pro HEDVVS; quia ſcil. H aſpere pronuntiatum ad G proxime accedebat; ut videmus in Ain Hebraico factum, quod Graeci plerumq. per G expreſſerunt, ut in *Gomorrha*, *Gaza* &c. Ceterum Veſontio, in cujus agro inſcriptio haec eruta fuit, Sequanorum erat. At *pagos Sequanorum conterminos Aeduis* dixit Tacitus in III. Annal. 45. Et *Aedui* plerumq. cum diphth. in ſcriptoribus & lapidibus ſcribuntur. At Plinianam ſcripturam cum H hic lapis firmabit, qui G in locum aſpirationis ſubſtituit.

vel quamdiu Sol eſt. Et SVB NOCTE ait eſſe *IN nocte*. Cui ſimile eſt illud Tertull. *de Anima* cap. 48. *Certiora & colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus*. Accedit quod illud unum V. Aen. SVB IPSO, quod modo produxi, quod Servius exponit *Poſt ipſum* non temporis eſt, ſed potius loci. At Corn. Celſi loca duo & cum ſexto caſu ſunt, & formulam noſtram in uſu particulae SVB proxime imitantur. Sic igitur Romanus Hippocrates III. 18. *Omnibus vero ſic affectis ſomnus & difficilis, & praecipue neceſſarius eſt: SVB HOC* (ſomno) *enim pleriq. ſaneſcunt*. Idem V. 26. *Plurimiq. SVB FRIGIDO SVDORE moriuntur*. Quibus adde & illud Ovid. V. met. 62. *Exhalantem ſub acerbo vulnere vitam*. Et hoc alterum Lucani V. 364. *Tremuit ſaeva ſub voce minantis Vulgus iners*. Et illud Hor. in I. ſerm. 9. *Ac me Sub cultro linquit*. Cui concinit Tertull. Apolog. c. 8. ubi infanticidii calumniam diluit: *Infans . . qui neſciat mortem, qui ſub cultro tuo rideat*. Ibid. *Ultro perire malint, quam ſub tali conſcientia vivere*. Ejuſd. Apol. c. 35. *Omnes illi* (Romani) *ſub ipſa uſque impietatis eruptione* (i. e. quamdiu erumpebat conjuratio) *& ſacra faciebant pro ſalute imperatoris, & genium ejus dejerabant*. Nec Graeci aliter. Hom. ὑπὸ πληγῆσιν ἐλαθέντες, *ſub plagis concitati*. ὑπὸ δυοῖ τυπεὶς &c. In quibus aliiſq. pluribus ΥΠΟ & SVB eſt QVAMDIV.

Maneat ergo, hanc ſolam alteram formulae ſignificantiam videri veram, ut SVB ASCIA idem ſit quod QVAMDIV ASCIAE uſus erat; uti quum nos vulgo dicimus, *Sotto l' Aſciamario*, aut vero *Sotto la Cucchiaja* (quae duo ſunt hodie primaria hujus artis inſtrumenta) *eſſerſi incegnato* (quod apud nos reſpondet τῷ Auguſtini *Encaeniare*) *il tale edificio*. Id enim, eo nos ducit, ut tantiſper dum ſtruitur, uſui dicatum intelligamus: niſi ſicubi id locutionis genus καθ' ὑπερβολὴν uſurpetur, ut SVB ASCIA, idem ſit ac *ferme ſub aſcia*. At ab inſcriptionibus abſunt ὑπερβολαί, omniaq. ἁπλῶς dicuntur.

Nec alia plane notio animo occurſat eorum, qui quum ſciant quid ſit *Dedicare*, quid deinde *Aſcia* notet, junctim porro audiant SVB ASCIA DEDICAVIT. Quod multo etiam magis valet in iis inſcriptionibus, in quibus paullo aliter formula illa effertur. Ut apud Grut. 564. 10. (quam dedi ſup. pag. 32. 2.) poſt totam inſcriptionis ſententiam abſolutam, ſeparatim additur; SVB. ASCIA. DEDICATVM. EST. Item

apud

apud Grut. 709. 5. & apud Graſſerum ſup. pag. 12. HOC. SAX. (263) SVB. ASC. DED. EST. Adhaec apud Reineſium XII. 112. CONSVMMATVM. (h. e. dedicatum) HOC. OPVS. SVB. ASCIA. EST. Poſtremo & illud apud Menetrierium ſup. pag. 27. HAEC. OMNIA. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Quae ita a trita conſuetudine deflectunt, ut tamen prae ſe aperte ferant, τὸ SVB idem eſſe, ac in ipſo actu, & dum fervet opus. Alioqui quo illa adnotatio ſejunctim poſita: *Hoc monumentum ſub aſcia* (h. e. poſt fabricam) *dedicatum eſt*? Quid habet hoc ſingulare, ut de eo tam ſedulo, & ſejunctim monendus ſit viator? quaſi vero non omnibus ſepulcris id uſuveniret, ut poſt deſitam fabricam tandem uſui dicentur. At reſpondet Maffeius id honorificum fuiſſe, in novo ſepulcro condi. Fateor. Sed id verum erit, quum mortuus per ſui illationem *ſub aſcia dedicare* monumentum dicitur h. e. in novum ſepulcrum inferri; vel ſuperſtes mortuo *ſub aſcia dedicat* illum inferendo. At ubi ſejunctim de monumento dicitur HOC. SVB. ASC. DED. EST, nonne vides, de ſepulcro narrari, non de mortuo? quaſi ſi dicatur: Scito, mi viator, hoc ſepulcrum encaeniatum fuiſſe poſt quam jam eſſet abſolutum. Atqui id adnotaſſe, ſtulta erat diligentia.

Poſtremo ſi iſtud SVB adhuc POST interpretari pergis; aegre aut nullo modo rationem afferes, cur Lugduni & in περιχώρῳ, ubi ita ſollemnis ea formula erat, ut minime licuiſſe ſuſpicer eam omittere in iis titulis, ubi illi locus erat; tamen non ita multa numero (264) ſint elogia, in quibus ea deprehenditur, prae illorum infinita multitudine, a quibus abeſt.

(263) Ea inſcriptio ſic habet apud Grut. 709. 5. (apud quem eſt correctior, quam in Graſſero ſup. pag. 12.) Viennae Allobrogum: D. M * TITIAE. CATIAE. DEFVNCT * ANNORVM. XIII. M. V. D. VIII * CATIA. BVBATE. FIL. PIISSIMAE * ET. SIBI. VIVAE. POSVIT * HOC. SAX. SVB. ASC. DED. EST. A Scaligero & Verderio (quorum judicii neminem poeniteat) Gruterus habuit. Quorſum haec adnotatio ſpectet, is intelliget, qui conferre haec voluerit cum initio pag. 136. ſup. Ceterum SAXum, quod heic *ſub aſcia dicatur*, aut eſt arca lapidea, aut cippus ſepulcralis in arae modum conformatus (ut ſup. apud Mabill. p. 46. ARAM. POSVIT. ET. SVB. ASCIA. D.) aut fort. monumentum e ſaxo conſtructum.

(264) Acnêus ſup. pag. 48. num. 2. hanc formulam in quinquaginta Gruterianis elogiis reperiri teſtatur. Fac, praeter Gruteriana eſſe alia totidem, Grutero incognita. Ita vix centum hujuſmodi epigrammata recenſere licebit. Fac porro ſint duplo plura. Quid haec ad inſcriptionum χιλιάδας, quarum ille Galliarum tractus eſt feraciſſimus?

abeſt. Atqui ſi SVB notat POST; nuſquam ea abeſſet; quia hoc omnibus conditoriis commune erat, ut poſtquam eſſent abſoluta, tandem aliquando uſui dicarentur. Nunc ſi SVB interpretere, *quamdiu ſepulcro adlaboratur*; quia rarius id accidit, ut inter operarum miniſteria reliquiae ibi condantur; idcirco & rariora ſunt ea elogia cum adjecta formula. Atque haec de interpretatione altera.

His porro intellectis, ea quae ad priorem firmandam intelligentiam attulimus, partim jam ſupra diluimus, partim facili negotio refelluntur. Ut monumentum *Virei Laurentini* ab ipſo quidem Laurentino factum dicitur, ſed abſolutum non dicitur. Ergo parentes ante deſitam fabricam mortuos, filius COLLOCAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Illud alterum Gudianum AD ASCIAM DEDICATVM, non video quid impediat, quominus intelligatur inter ipſa operarum miniſteria dedicatum. Poſtremo de monumento CHRISTI Servatoris olim dubitaveram, utrum dicendum fuerit SVB ASC. DEDICATVM: vide me ſup. pag. 91. & ibi antiquam adnotationem LII. novamque 115. Sed quando jam SVB ASCIA non aliud eſſe, quam *quamdiu exſtruitur*, liquido demonſtravi; hinc ejus quaeſtiunculae ſolutio prono alveo fluit; ac ſtatuendum, formulae illi in CHRISTI monumento locum non eſſe. Atque haec formulae, aenigmatis falſo ſuſpectae, explanatio eſto.

I I.

In quem finem Dedicatio ſub aſcia *ſedulo adnotata in monumentis fuerit. Difficile Ulpiani reſponſum, aliaeque plures tum leges, tum inſcriptiones illuſtrantur: nonnullae & emendantur.*

Accedo nunc, TANVCCI doctiſſime, ad id, quod re vera in hac clauſula eſt αἰνιγματῶδες; cur de eo monere Lugdunenſibus in mentem venerit, nim. illud monumentum fuiſſe *ſub aſcia ded.*, ſive dum adhuc exſtrueretur, fuiſſe illatas reliquias; CVI id BONO? Plane fateor, diu me torſiſſe Caſſianum iſtud interrogatum: ut qui viderer truci vultu ipſum Caſſium carmen ingratum illud dies noctesque mihi inſuſurrantem audire. Ergo eo tota difficultas redit, cur id notandum antiqui duxerint. Nam in ſepulcro non adhuc abſoluto

condi

condi, erat quidem minus uſitatum: at ſingulare quiddam non erat, ut ſedulo enotaretur, utque etiam inſtrumentum ſtructorium, fabricae ſymbolum, inſculperetur; aut ut in quibuſdam aliis in Gallia & extra Gallias epitaphiis titulis ſaltem ſtructoria Aſcia (tamquam formulae vicaria) caelaretur. Haec inquam de nihilo eſſe, ultro nego. Subeſt enim vero aliqua occultior cauſa, quam in aperto ponere non eſt cujuſvis ingenii.

Sed tamen quum nondum animum deſponderem; contuli me ad Romanas leges ſepulcrales attentius intuendas. Ac reperi prae ceteris unam, ut mihi quidem videbatur, μυστικωτέραν. Ea eſt l. 5. D. *de mort. inferend.* ubi Ulpianus lib. 1. opinionum ait: *Si in eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur, reliquiae hominis conditae ſunt; nihil impedit, quominus id perficiatur. Sed ſi religioſus locus jam factus ſit, pontifices explorare debent, quatenus, ſalva religione, deſiderio reficiendi operis medendum ſit.*

Atque heic, BERNARDE optime, vereor, ne in eo, quod hanc legem μυστικωτέραν appellavi, juris antiſtitibus ludibrium debeam. Quid enim in ea aut difficultatis aut myſterii ſubeſt? At equidem, Vir magne, illos non moror, qui praepoſtera ratione in abſtruſis difficultatem non ſentiunt, deinde ibi eam comminiſcuntur, ubi minima eſt omnium. Nam mihi contra, ut in ſpeciem non ardua ea lex videtur; ita in receſſu praeſefert neſcio quid retruſioris doctrinae; quam ſic quaſi per rimulas oſtentat, non etiam pandit; niſi vero iis, qui quaſdam alias praenotiones in anteceſſum animo comprehenſas habeant. Ut ecce in recitata lege quid prima verba volunt, *In eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur?* Novi prudentes juris illos moleſta uſque breviloquentia occidere: nunc iſte moroſa circuitione enecat. An non enim brevius & concinnius dixiſſet, *In monumento imperfecto?* Deinde cum particulâ adverſativâ ſubjungit: *Sed ſi religioſus locus jam factus ſit.* Atqui quid hoc diverſi a priore periocha habet? nam ſtatim ac in monumento illo imperfecto *reliquiae hominis conditae ſunt*, id certe religioſum evaſit, uti copioſe cap. 1. demonſtravimus. Poſtremo quid & illud myſterii eſt? *Quatenus deſiderio REFICIENDI operis medendum ſit.* Monumentum illud *imperfectum* appellaverat: at imperfecta *perfici* amant, non autem *refici*: quod poſterius de perfectis dicitur, ubi fa-

tiſcere incipientia, refectione opus habent. Hoc, mi Ulpiane, tute docuiſti (l. 3. D. *De itin. actuq. priv.* §. 15. ubi ais : *REFICERE ſic accipimus, ad priſtinam formam . . reducere . . . aliud eſt enim reficere, longe aliud facere*) & hoc vel ii ſciunt, qui nondum aere lavantur. Nolo heic autem quemquam doctiſſimorum anteceſſorum juveniliter laceſſere, atque in eorum (265) adnotatis referendis tempus conterere : nec gemino bellum Trojanum ab ovo ordiar, ſed *in medias res*, ut ille praecipiebat, lectorem rapio.

Ac

(265) Inſtar omnium ſit Antonius Faber, majorum gentium juriſconſultus, quo nemo, quod ſciam, copioſius in hanc legem ſcripſit. Is in *Ration. ad Pand.*, poſt *rationem dubitandi*, ſic *rationem decidendi* proponit. *Ad decus & dignitatem religionis pertinet, ut inchoata monumenta, ſive ante ſive poſt illationem mortui perſiciantur. Neque in eam rem aut pontificum, aut principis . . . auctoritate ulla opus eſt. Religionis ſiquidem intereſt, monumenta extrui, & exornari . . Non poſſunt autem . . ſi non ſint perfecta . . Nec quod in loco ſacro vel religioſo aliquid fieri prohibitum eſt, perfectionem hanc impedire poteſt. Non enim id pertinet ad hoc, quod ornamenti cauſa fit, ſed quod deformitatis vel incommodi.*

Ex quibus vides quid in priore ſpecie Faber exiſtimarit. Putavit ſcil. monumentum illud quod non abſolutum dicitur, ſtatim poſt reliquiarum illationem evaſiſſe religioſum; & tamen ſine permiſſu principis aut pontificũ perfici licuiſſe. Parum ſcite. Nam ſi religioſum evaſerat, jam inceperat ad pontificum notionem pertinere, eoque ſine eorum permiſſu perfici non licebat. Quum ergo inſciis illis perfici potuerit, argumento id eſt, ſic illatas fuiſſe reliquias, ut tamen locus religioſus non evaſerit.

Pergit autem vir acutiſſimus ad ſpeciem alteram. *At ſi locus jam religioſus factus omnino perfectus ſit, & tamen de eo reficiendo tractandum ſit, quod . . caſu collapſum fuerit, aut aliter corruptum; implorandа eſt pontificum auctoritas, ut ſalva religione, & ex eorum auctoritate reficiatur monumentum, i. e. intactis reliquiis, ut explicat* l. ſepulcri 7. D. de ſepul. viol. *Et ita poſterior pars hujus legis intelligenda eſt, quomodo bene ab Accurſio explicatur in illis verbis* Sed ſi religioſus locus jam FACTVS ſit : IDEST, *inquit*, PERFECTVS. *Non enim ait Ulpian.* Si locus jam factus ſit religioſus, *quod utique fit per ſolam illationem mortui, ſed* Si religioſus locus jam FACTVS ſit : *eod. ſenſu, ac ſi ſcriptum eſſet*, Si locus jam factus religioſus jam perfectus ſit. *Ut opponatur monumentum imperfectum perfecto, non autem monumentum non religioſum religioſo.*

Et heic vides in Accurſii expoſitione acquieviſſe virum doctiſs. ut in verbis Ulpiani, *Sed ſi religioſus locus jam factus ſit*, τὸ FACTVS idem ſit quod PERFECTVS. Verum ut Accurſiana interpretatio, ut illis temporibus, ingenioſa fuerit, ab eo tamen longe abeſt, ut vera ſit. Ac nemo non videt, *Sed ſi religioſus locus jam FACTVS ſit* idem eſſe, ac *Si religioſus evaſerit*. Ex quo recte colligitur in priore ſpecie ſupponi, monumentum, etiam poſt illatas reliquias, religioſum non evaſiſſe. Deinde *facere* non idem eſt ac *perficere*. Cuinam inchoanti opus hoc neget, quin *faciat*? quod alius demum ultimam ei manum imponens, non tam *facere* illud dicitur, quam *perficere*. Aut ſi prior non *facit*, poſterior

multo

Ac primum ex propoſitis tribus difficultatibus, ea quam ſecundo loco poſui, leviſſima eſt omnium: a qua proinde incipiendum duco. Nam profecto quum Ulpianus ait, *Sed ſi religioſus locus jam factus ſit*, prae ſe aperte oſtendit, potuiſſe ſepulcrum, etiam poſt reliquiarum illationem, non religioſum evadere. Quo id pacto? nimirum quia, quod ſupra cap. I. pag. 141. & ſeq. multa in eam ſententiam diſputavimus, ut ſola reliquiarum illatione ſepulcra religioſa, imo etiam (uti quidem paſſim appellabant) *ſacra* fieri, oſtenderemus; id cum hoc temperamento eſt capiendum, modo cadaver in monumento, tamquam in deſtinata ſibi ſede, ac *domo aeterna* (quod loquendi genus eſt in elogiis obvium) conderetur. Nam ceteroqui ſi alicubi magis temporis gratia deponebatur, quam ut in aeterna ſede collocaretur, manebat locus profanus, ut ait Paullus mox producendus; nam praeſtat a Marciano ordiri.

multo minus. *Fl. Provinciae* titulum in ſequentibus in medium afferam, quae FECIsse SIBI dicitur monumentum, quod tantum inchoaverat. Adhaec in omnibus ferme ſepulcrorum ſub aſcia dedicatorum elogiis, is qui *ſub aſcia* (h. e. dum adhuc extruitur) *dedicat*, ſimul feciſſe aut FACIENDVM curaſſe dicitur. Verum quid multis opus eſt? quum omnino *Facere* a *perſiciendo* plus, quam aera lupinis, diſter. Et, ut nihil interfuerit, putamuſne Ulpianum ſic voluiſſe lectori illudere, dum ibi FACTVS pro PERFECTVS accipit, ubi omnes docti juxta atque indocti EVADENDI notionem perſentiſcunt? Putamuſne *Perfectum non perfecto* voluiſſe opponi, ubi omnes *religioſum non religioſo* opponi intelligunt? Sed reliqua Fabri audiamus.

Quemadmodum etiam opponitur perfectio refectioni: ut ſine pontificum auctoritate perfici monumentum poſſit, refici non poſſit: quia licet etiam religionis interſit, monumentum refici, non minus fere quam perfici; ubi tamen ſemel perfectum eſt, ad pontificum curam pertinere incipit: ubi tamen incoatum dumtaxat eſt, ad curam ejus qui inchoavit &c. Quae, pace viri ſummi, ſunt mera verba; ſed nuclei nihil. Re enim vera ſepulcra ſtatim ac religioſa evaſere, ad pontificum curam pertinebant. Quare ſi in priore ſpecie per corporis illationem vis locum religioſum evaſiſſe; omnis de eo diſceptatio pontificum notionis erat. Nunc quia inconſultis pontificibus monumentum perficitur; id argumento eſt, aliquid fuiſſe cauſae, cur religioſum non evaſerit. Quae cauſa mox aperietur; ſicuti etiam quid ſit *Reficiendi deſiderium.*

Poſſem heic, ſi cavillandi libido eſſet, cum Fabro ſic agere, ut quod ille ſepulcra imperfecta perfici ſine pontificum notione dixit, idem ego de refectione oſtenderem. Ut ecce Marcianus l. 7. de *ſepul. viol.* ait: *Corruptum & lapſum monumentum corporibus non contactis licet reficere.* Sed ulciſci & par pari referre a me longe abeſſe cupio. Ut quod res eſt dicam: Marcianus LICERE dixit, at ſupple cum pontif. permiſſu eoque non denegando. At heic Ulpianus PERFICI ſine permiſſu poſſe imperfecta dixit, quippequae adhuc pura atq. profana eſſe in priore ſpecie finxerat.

. Qui l. 39. D. *de religioſ.* (ex lib. 3. Inſtit.) ait: *Divi fratres edicto admonuerunt, ne juſtae ſepulturae traditum, ideſt* (266) *terra conditum corpus, inquietetur. Videtur autem terra conditum, etſi in arcula conditum hoc animo ſit; ut non alibi transferatur. Sed arculam ipſam, ſi res* (267) *exigat in locum commodiorem licere transferre, non eſt* (268) *denegandum.* Adhaec Paullus (lib. 3. quaeſt.) l. 40. tit. eod. ſic ſcriptum reliquit. *Si quis enim eo animo corpus intulerit, quod cogitaverit inde alio poſtea transferre, magiſq. temporis gratia deponere, quam quod ibi ſepeliret mortuum, & quaſi aeterna ſede* (269) *dare deſtinaverit, manebit locus profanus.* Ulpianus

(266) *Ne juſtae ſepulturae traditum, ideſt terra conditum corpus inquietetur.* Haec ſunt verba Edicti divorum Fratrum, quae eo ſpectant, ut oſtendat, quod in XII. *Humari* aut *terra condi* dicebatur, id, poſtquam arcarum, oſſuariorum, columbarior. &c. uſus obtinuit, dici conſueviſſe *juſtae ſepulturae tradi*, quod in locum ſtrictae humationis ſucceſſit. Ergo illud IDEST Edicti, non τῆς ἑρμηνείας ταυτότητα notat, ſed in utroque paria jura. At mox Marcianus de ſuo addit: *Videtur autem terra conditum, etſi in arcula conditum hoc animo ſit, ut non alibi transferatur.* Melius dixiſſet, in arcula conditum, juſtae ſepulturae traditum dici; eamque ſepulturam tantum habere virium, quantum olim *terra condi*. Nam ceteroqui, niſi fallit Plinius, arca conditi, SEPVLTI, non HVMATI, ſive *terra conditi* dicendi erant. Plin. VII. 54. *SEPVLTVS vero intelligatur quoquo modo conditus; HVMATVS vero humo contectus.* At Gothofr. heic aliter diſtinguens, non perſuadet.

(267) *Sed arculam ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorem licere transferre.* Cauſas hujus translationis recenſet Paullus in I. ſent. XXI. §. I. *Ob incurſum*, inquit, *fluminis, vel metum* (fluminis ne incurſuri, an hoſtium ſepulcra inceſtantium?) *ſollemnibus redditis ſacrificiis, per noctem in alium locum transferri poteſt.* Confer l. 1. C. *de relig. & ſumpt.* ubi Antonin. Aug. vi fluminis alias juſtas cauſas addit. Confer etiam Plinium X. epiſt. 73. *Aut*, inquit, *propter injuriam vetuſtatis*, (en novam a Plinio cauſam) *aut propter fluminis incurſum, aliaque his ſimilia quaecumque.* Cui ſic reſpondet Trajanus, ut eas cauſas ratas habeat.

(268) *In locum commodiorem licere transferre, non eſt denegandum.* Si dixiſſet NEGANDVM, pertineret id verbum ad enuntiationum τὴν ἀπαγόρευσιν. Nunc DENEGANDVM hanc habet vim, ut exſpectandus quidem ſit permiſſus eorum, quorum de ea re notio eſt; qui tamen permiſſus non ſit DENEGANDVS. L. 1. C. de Relig. Antonin. Aug. ait: *Si vi fluminis reliquiae filii tui continguntur, vel alia juſta & neceſſaria cauſa intervenit: exiſtimatione rectoris provinciae transferre eas in alium locum poteris.* Atque hinc patet, cur ad fin. not. 265. in illo Marciani LICET REFICERE ſubaudierim *cum permiſſu pontificum*, qui tamen denegandus non eſſet.

(269) *Et quaſi aeterna ſede dare deſtinaverit.* Alii corr. *Aeternam ſedem.* Sed videtur ſcripſiſſe Paullus, *Aeterna ſede DEDICARE deſtinaverit.* Illud DEDICARE compendio ſcriptum erat, aut ſcil. per ſolam initialem D; aut vero ſic DCARE, ex quo poſtea ex notarum inſcitia factum eſt *Dare*. Sicut autem *Dedicari* ſimulacra ſede ſua dicebantur

nus quoq. (ex lib. XV. ad Edict. Praet.) l. 3. §. 4. D. *de ſepul. viol.* ſic poſuit: *Non perpetuae ſepulturae tradita corpora poſſe transferri, Edicto Divi Severi continetur* &c. Nam quae ibi deinceps ſequuntur, ea non huc ſpectant, ſed ad peculiare Edicti Severi (270) ἀποκείμενον. Atque hoc illud eſt, quod ex antiquitus ſcripto lapide affert Gutherius in II. de Vet. jur. Pont. 9. ET. PRESSVS. NECESSITATE. FICTILI. SARCOPHAGO. CORPORA. COMMENDAVERIM. Quod *commendandi* verbum ead. notione reperitur l. 14. §. 4. D. *de relig.* Id in Baſilicis dicitur παραθέσθαι i. e. *deponere*. Confer Cujac. in II. *Obſerv.* 17.

Non temere ergo in lege, quam initio exponendam ſuſcepi, Ulpianus excipit, *Sed ſi religioſus locus jam factus ſit.* Nam in priore ſpecie etiam poſt illationem reliquiarum locus non evaſerat religioſus, puta quia temporis cauſa, & non tamquam in aeternam ſedem illatae fuerant. At Accurſius & alii illud RELIGIOSVS LOCVS IAM FACTVS SIT aliorſum accipientes; vel ſic praeter opinionem vera (271) dicunt.

Hac jam difficultate expoſita, venio ad primam haud paullo abſtruſiorem. Nam ſic orditur Juriſconſultus: *Si in eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur, reliquiae hominis, conditae ſunt, nihil impedit quominus id perficiatur.* Errant (272) heic vero certe qui non violari ſepulcrorum religionem *perfectione* aut *refectione* adnotant. Nam ex ſequente altera ſpecie, *Sed ſi religioſus* &c. ſatis liquido percipitur, priorem hanc eſſe intelligendam de monumento non religioſo, ſive in quod etſi mortuus eſſet illatus, ob eas tamen quas dixi cauſas, religioſum non evaſerat. Ergo de monumento adhuc profano dixit;

tur (Quint. decl. 323. *Dedicatio eſt illa, quae Deum inducit, quae ſede deſtinata locat.*) Sic etiam mortui *ſede aeterna dedicabantur*. Praecedens QVASI oſtendit, non aliud Paullum, quam mortuorum, ad inſtar ſignorum, *dedicationem* in mente habuiſſe.

(270) Nam eo Edicto ſic ea translatio permittitur, ut tamen primarius Edicti ſcopus alio tendat, nim. ad id, quod ibid. ſequitur: *Ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri.*

(271) Accurſ. Faber, Gothofr. alii illud *Religioſus locus jam factus ſit*, duobus verbis commutant, IDEST PERFECTVS (uti ſup. not. 265. dictum fuit) veriſſime ii quidem, ſi τὸ PERFECTVS ſermone ſacrorum, uti mox dicetur, acceпiſſent, i.e. pro *incboato*, ac *religioſo*. Nunc quia id de fabrica abſoluta intelligunt, toto caelo errant.

(272) Dionyſ. Gothofr. ad priorem legis periocham ſic adnotat. *Non enim videtur ſepulcrũ violari perfectione aut refectione, ſiquis id reficiat vel etiam perficiat.* In quo neq. pes neq. caput. Et ſaltem *refici* ſine permiſſu illicitum voluit Fab.

dixit : *Nihil impedit, quominus perficiatur*. Jam vero quo illa circuitio plena moleſtiae? *In eo*, inquit, *monumento, quod imperfectum eſſe dicitur*? qui poterat uno verbo abſolvere, *In monumento imperfecto*. Aut cur *Imperfectum dicitur*? an non reipſa erat? Ego vero re melius examinata, adeo nullam circuitionem heic reperio, ut contra Juriſconſulti βραχυλογίαν ſatis mirari non poſſim. Quando haec Ulpianus ſcribebat, nemo ignorabat, quid eſſet in re ſepulcrali *Perfectum*, quidve *Imperfectum*: nunc quia penitiores Romani ſermonis receſſus ignoramus; ſummam proprietatem, ineptias & ἀκυρολογίαν nuncupamus. Sed bene eſt quod Servius a me paullo ſuperius teſtis productus (vide ſup. hujus capitis initio) ignorare me non patitur, quid ſit in rebus ſacris (quarum ambitu etiam ſepulcrales veniunt) PERFICIO. Qui ad illud VI Aen. 252. *Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras*, notat: *INCHOAT autem* (eſt) *PERFICIT*: *& eſt verbum ſacrorum*. Ergo; *Inchoare*, *Conſummare*, *Perficere*, *Dedicare* (ſicuti & FVNGI (273)) in Ovidio & legibus) ſunt omnia rei ejuſdem ſynonyma; valentque in ſacris & ſepulcralibus idem quod ἐγκαινίζειν, *encaeniare*. Verum non quemcumq. ἐγκαινισμὸν notant, ſed eum, ex quo res *ſacra* (nam ſumo mihi hoc interim, brevitati ſtudens, ut ſepulcra non tantum religioſa, ſed ex titulorum locutionibus, *ſacra* etiam appellem) evadebat. Ut ecce foculus ſive ara, in qua profanus ignis arſiſſet, aut cui viſcera non ſacrificalia eſſent impoſita, nec *dedicata*, nec *inchoata*, aut *perfecta*, ſive *conſummata*, aut *functa* dicebatur; ſicuti nec de monumento, in quo mortuus tantum temporis gratia deponeretur, ullum ex iis vocabulis uſurpari poterat. Contra vero, etſi non deſitâ fabricâ, ſi perpetuae ſepulturae ibi mortuus tradebatur; monumentum tamen omnibus his vocabulis appellabatur; non enim ſolum *dedicatum*, *inchoatum*, *functum*, verum etiam *conſummatum*, & *perfectum* (prout haec duo verba in ſacris ſonabant) dicebatur. Ac nunc demum intelli-

(273) Memini me ad finem 1. cap. pag. 157. de Paulli *FVNCTO monumento* h. e. encaeniato mentionem feciſſe l. 43. D. *de rei vind.* Vide ibi locum. Sed tum mihi quidem videbatur is locus ſingularis, & exemplo carens. Nec enim memineram Ovidiani pentametri in IV. Faſt; quem ſupra attuleram pag. 80. ad finem not. 97. *Foſſa repletur humo, plenaeque imponitur ara; Et novus accenſo FVNGITVR igne focus*. *Fungitur* idem eſt ac Virgilianum *inchoatur*, & Servii *perficitur* aut *conſummatur*, *dedicatur*, *encaeniatur*. Vides uti Naſo & juriſconſultus mutuam ſibi lucem accendant.

telligo quid illa ſibi velit, non circuitio; ſed nimius profecto λακωνισμὸς Ulpiani. Nam ordo verborum hic eſt: *Si reliquiae hominis conditae ſunt in eo monumento, quod* (etiam poſt conditas reliquias, tamen adhuc) *imperfectum dicitur*. cur? duplici intellectu, tum quia fabrica nondum abſoluta erat (id quod colligitur ex eo quod ſequitur, *nihil impedit, quominus id perficiatur*, quod aperte de fabrica intelligitur) tum quia nondum *Functum & Dedicatum*, quippe tantum temporis cauſa oſſa ibi depoſita fuerant, non ut aeterna in ſede: eâque de cauſa PERFECTVM (*verbo ſacrorum*) dici non poterat; ex quo conſequens eſt, ut ex eodem ſermone pontificio IMPERFECTVM diceretur. Eoque ſpectat illud Ulpiani DICITVR; *Si in eo monumento*, inquit, *quod imperfectum eſſe dicitur*, ſupple *ſermone ſacrorum*, qui peculiares verborum uſurpationes habebat.

Prioribus duabus defunctus difficultatibus, antequam ad tertiam tranſeo, reſpondendum mihi eſſe video cuidam argumentationi, quam contra me ſtrui poſſe, optime providit is, quocum hanc Ulpianeae legis explicationem nuper communicavi, vir conſultiſs. Nic. Capaſſus. primarius in Regio Lyceo juris Rom. interpres; cujus, BERNARDE, eruditione, elegantia, & ditiſſima hiſtoriae & philologiae penu tantopere delectaris. Vide, inquit ille, quid ei, Symmache, ſis reſponſurus, qui tecum ſic agere de priore Ulpiani ſpecie inſtituat. Monumentum Ulpianeum idcirco religioſum evaſiſſe negas, quia temporis cauſa reliquiae illatae fuerint, eoq. inſciis pontificibus perfici licuiſſe, credis. Atqui *temporis cauſa reliquias inferre*, quid aliud quaeſo notat, quam eas deinde in aliud ſepulcrum eſſe transferendas? Si porro erant in aliud transferendae; quid perficere illud temporarium intererat, in quo non erant perennaturae? ergo id ipſum, quod de perficiendo ſepulcro in priore ſpecie cura juriſconſulto ſubit, id, inquam, argumento eſt, mortuum non *temp. gratia*, ſed ut *in domum aeternam* fuiſſe illatum; proinde ſepulcrum evaſiſſe religioſum. Ego vero, inquam, illud *temporis cauſa* non tantum de eo mortuo intelligo, qui alicubi ad tempus ponitur, in aliud ſepulcrum poſtea transferendus; verum & de eo etiam, qui in ſepulcro, quod adhuc ſub aſcia eſt, ſic temere deponitur, in ſuo deinde loculo, aut columbario (quod in eod. monumento illi mortuo ſtruendum erat) tam-

quam in *ſede aeterna* collocandus. Fingamus, quaeſo, monumentum, quod erat ſub aſcia, jam fuiſſe concameratum, quin & oſtio ac ſera munitum, atque omnino tale, cui mortuum tuto committas; nihil impediebat, quin *fictili ſarcophago*, aut rudiori oſſuario, *commendatus*, cuilibet ejus monumenti angulo concrederetur, tantiſper dum arca marmorea, dum cella aut columbarium, dum cetera ad collocandum mortuum in ſede deſtinata, abſolverentur: quibus paratis tum demum ille in eodem illo ſepulcro in aeternam quietem componebatur. Horum prius illud *temporis gratiâ* dicebatur; alterum & *juſta* ſive *perpetua ſepultura* & *domus aeterna*, & *aeterna ſedes*, & *perpetua ſecuritas*, & ſaepiſſime *quies aeterna* (tot enim modis, imo & aliis, id in elogiis appellatur) a qua *quiete* ortum eſt *inquietandi* verbum de iis uſurpatum, qui quoquo modo mortuos aut ſepulcra violarent. Imo illud prius eſt id, quod in quodam epigrammate infra ad finem producendo dicitur SVB ASCIA PONERE: alterum vero eſt illud tritiſſimum SVB ASCIA DEDICARE. Atque haec Capaſſi noſtri judicio permiſſa ſunto; cui habeo gratiam, quod hanc Ulpianeae legis interpretationem pro ſua humanitate adprobarit: quam porro abſolutum eo.

Nam ex dictis jam tertiae difficultatis ſolutio ſponte fluit, cur in fine reſponſi, *Reficiendi* verbum uſurparit, qui certe *Perficiendi* dicere debuiſſet. Quid autem non mendi hic arguimus? inquis: nam tantum P addito, fiet *Perficiendi*. Equidem initio de menda ſuſpicabar; ſed ut me collegi, perſpexiq. myſterium; ipſe me reprehendi. Sane enim ſtatim ac ſepulcrum, etſi nondum abſoluta fabrica, tamen mortuum tamquam in domo aeterna recepiſſet; tum id ſermone ſacrorum *Perfectum* dicebatur. Quid tum vero poſtea? Si quando permiſſu pontificum fabrica finiebatur, tum vero id non PERFICI (quippe quod jam ſermone pontificio *Perfectum* erat) ſed κατ' εὐφημισμὸν REFICI dicebatur. Heic erunt, ſat ſcio, quibus haec enim vero & deliria, & aegri ſomnia, & quid non? videbuntur. Sed ſine modo. Inceſſant tantiſper, dum cetera perſequor. Mox ubi cauſa dicta fuerit; mirum ſi auſint hiſcere.

Totius ergo Ulpianei reſponſi ſeries ea eſt. *Si reliquiae hominis conditae ſunt in eo monumento, quod* (poſt illatas reliquias, adhuc) *imperfectum eſſe dicitur* (quia non juſta ea ſepultura fuiſſet) *nihil impedit, quominus id perficiatur* (quia

adhuc

adhuc profanum erat) . *Sed ſi* (in illa nondum abſoluta fabrica, juſtae ſepulturae traditus ſit mortuus, ideoque) *religioſus locus jam factus ſit* ; *pontifices* (ad quos de ſepulcris notionem jure Romano pertinuiſſe [274] reperio) *explorare debent*, *quatenus ſalva* (275) *religione*, *deſiderio reficiendi* (non per

(274) Notio de ſepulcris, Principis aut pontificum erat, ad quos pertinebat de ſepulcralibus diſceptationibus cognoſcere ; quidq. liceret, quid ſecus, definire ; quorum praeterea permiſſu quaedam fiebant, quae eiſdem inſciis fieri illicitum habebatur. Huc pertinet illud Ulpiani l. 8. D. *de religioſ.* *Oſſ.1*, inquit, *quae ab alio illata ſunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere vel eruere ſine decreto pontificum, ſeu juſſu principis, quaeſtionis eſt. Et ait Labeo, expectandum vel permiſſum pontificale, ſeu juſſionem principis: alioquin injuriarum fore actionem adverſus eum* &c. Confer l. 50. in fine D. *de petit. hered.* ubi Papinianus ait : *Quamvis enim ſtricto jure nulla teneantur actione heredes ad monum. faciendum, tamen principali vel pontificali auctoritate compelluntur ad obſequium ſupremae voluntatis*. Hinc in reſcripto Divi Marci (l. 3. §. 4. in fine, D. *de ſepul. viol.*) dicitur: *Quamvis talia* (h. e. mortuorum tranſvectiones per vicos aut oppidum) *fieri ſine permiſſu eorum, quibus permittendi jus eſt, non debeant.*

Et Romae quidem pontificalis aut principalis permiſſus exſpectandus erat. At in provinciis jam inde ante Trajani tempora illarum rectores id ſibi arrogarant, ut de his cognoſcerent, credo, vice principis. Conſtat id ex mutuis Plinii & Trajani epiſtolis. Plinius X. ep. 73. ſic Trajanum conſuluerat : *Petentibus quibuſdam, ut ſibi reliquias ſuorum, aut propter injuriam vetuſtatis, aut propter fluminis incurſum &c. SECVNDVM EXEMPLVM PROCONSVLVM* (vides jam ante Trajanum rectores eam notionem ſibi arrogaſſe) *transferre permitterem ; quia ſciebam in urbe noſtra* (Romae ſcil.) *ex ejuſmodi cauſis collegium pontificum adiri ſolere ; te, Domine, Max. Pontificem conſulendum putavi, quid obſervare me velis*. Cui Trajanus in hunc modum reſpondit : *Durum eſt injungere neceſſitatem provincialibus pontificum adeundarum, ſi reliquias . . . transferre velint. Sequenda ergo potius tibi exempla ſunt eorum, qui iſti provinciae praefuerunt, & ex cauſa cuiq. ita aut permittēdum aut negandum.* Obiter heic notabis, in provinciarum urbibus non fuiſſe collegium pontificum, quod de religioſis cognoſceret ; ideoque dubitaſſe Plinium, utrum urbani pontifices adeundi eſſent. At Trajanus hanc neceſſitatem provincialibus ademit, quam duram putavit (duram minime futuram, ſi in provinciis talia collegia fuiſſent, penes quae notio de ſepulcris eſſet) contentus eo ſolum, ſi rector adiretur. Id quod poſtea paſſim in mores inductum fuit. Antoninus Aug. in l. 1. C. *de relig.* ait : *Si vi fluminis* &c. (vide ſup. ad finem not. 268.) *exiſtimatione rectoris provinciae transferre . . poteris.*

De principis permiſſu exempla quaedam vide apud Gutherium in II. de vet. jure pont. 9. Sed in exemplo libelli dari imperatori pro impetranda translatione reliquiarum, in illis VT. QVANDONE. EGO. ESSE. DESIERo &c. corr. QVANDOQVE pro *quandocumque*. Multa alia ibi partim explicare, partim emendare poſſim. Sed alio nunc eſt properandum.

(275) *Salva religione*, h. e. *Sollemnibus redditis ſacrificiis* (ut ait Paullus in I. ſent. XXI. §. 1.) aliiſque fort. piaculis ; quae a ponti-

tifi-

perficiendi; quia, etſi fabrica finita non erat, tamen ſepulcrum *Perfectum* dialecto pontificia dicebatur) *operis medendum ſit*. Atque heic ne longum faciam, alteram ejuſdem Ulpiani legem praetereo (ea eſt l. 6. *de condit. inſtit.*) in qua in eadem re ſepulcrali *perficiendi* verbum uſurpatur; ſed quo ſignificatu, (276) prope eſt ut dubitem. Verum quidquid de hoc altero Ulpiani reſponſo fuerit; at poſſim tamen Plinii Jun.

tificibus praeſcribebantur. Quo ſpectat Lapis Rom. apud Guther. II. de jure Pont. 9. *Reliquiae. trajectae. III. Non. Febr. ex. permiſſu. collegii. pontificum. piaculo. facto.* Aut etiam τὸ *Salva religione* tantumdem eſt, ac *Non contactis corporibus*, uti diſerte dicitur l. 7. de ſepul. viol. ubi Marcianus ait: *Corruptum & lapſum monumentum corporibus non contactis licet reficere*. At interim Gothofr. hinc reſcripti pontificii verba conflat, quod tale fuiſſe, auguratur: *Salva religione permitto.*

(276) Ulpianus (lib. 9. ad Sabinum) l. 6. D. *de condit. inſtit.* ſic reſpondit: *Siquis ita inſtitutus ſit, SI MONVMENTVM POST MORTEM TESTATORIS IN TRIDVO PROXIMO MORTIS EIVS FECISSET: cum monumentum in triduo PERFICI non poſſit, dicendum erit, conditionem evaneſcere, quaſi impoſſibilem.* Nolo heic abſtruſas PERFICIENDI intelligentias venari. Tamen ſi τὸ *Perficere* ſenſu obvio ab Juriſc. acceptum, admittimus; ignoratam ab eo Atticam legem fateamur, neceſſe eſt. Cic. in II. *de Leg.* 26. *Sed poſt aliquanto* (i. e. poſt praeced. legem a Solone de non delendis ſepulcris &c. perſcriptam) *leve ſanctum eſt, NE QVIS SEPVLCRVM FACERET OPEROSIVS, QVAM QVOD DECEM HOMINES EFFECERINT TRIDVO. Neque id opere tectorio exornari . . . licebat* &c. Nam ſi eam legem non ignoravit; cur eam conditionem juſtiſſimam honeſtiſſimamq; qua operoſi monumentor. ſumtus recidebantur, tamquam impoſſibilem evaneſcere reſpondit? Aut cur impoſſibile dixit, quod ut fieret in ſapientis populi lege cautum fuerat? Nollem tam ſupinam inſcitiam in tam illuſtri juris antiſtite ſuſpicari. Quid ergo eſt? An *perficiendi* verbo reruſiorem notionem ſubjecit, haud diverſam ab ea, quam ex ſermone ſacrorum modo in eod. Ulpiano docuimus? Quis enim ſcit, an non aliquid in victoris gentium populi moribus fuerit, cur recens ſepulcrum in triduo *perfici* h. e. *incohari*, ſive *conſummari*, & *dedicari* & ἐγκαινίζεσθαι nequiverit; idque conditionem impoſſibilem effecerit? Nam certe teſtator non tantum monumentum in triduo fieri, ſed & ibi intra idem ſpatium ſe ſepeliri juſſerat. At hoc ultimum fort. mores vetabant aut aliqua nobis incomperta religio. Veluti eſt illud, quod alicubi Servius affert, olim ſeptem diebus mortuum in aedibus ſuis fuiſſe, octavo incendi, nono ſepeliri conſueviſſe; ne forte ſepulturae traderetur is, qui animam nondum exſpiraſſet. Scio equidem nonum diem interdum non fuiſſe exſpectatum. Sed nemo, opinor, quemquam in triduo proximo mortis ſuae ſepultum, docebit. Atque ea fortaſſe cauſa fuerit, cur triduo PERFICI monumentum nequiverit. Aut ſi cui haec conjectura minus ſe probaverit; nulla per me mora erit, quo minus heic PERFICIO proniore ſignificatu intelligatur, non ſine tamen Ulpiani dedecore, id ſciſcentis impoſſibile, cujus olim contrarium fieri Attica lex

Jun. locum producere, quo ſepulcrum *imperfectum* (277) ex ſermone ſacrorum non abſurde exponi poſſe videatur. Sed majora nunc urgent.

Nam heic vide, TANVCCI ampliſſime (quem enim niſi Te appellem, qui probe intelligis, quid vetera elogia valeant ad leges enucleandas; contra quam harum deliciarum contemtores ſentiunt) ſed vide, inquam, quam bene cum expoſita modo l. *ſi in eo* Romanus lapis a Smetio deſcriptus conſentiat. Non ovum ovo ſimilius deprehendes. Exſtat ea epigraphe apud Grut. 518.4. Cum *Aſcia* (quam formulae *dedicationis ſub aſcia* vicariam diximus) ſuperne ſcalpta in hunc modum.



Inſcriptio vero illa ſic habet. FL. PROBINCIA. FECIT. SIBI * (ſupple: *& ſub aſcia* i. e. in ipſo ſtructurae opere, *dedicavit*) T. AELIVS. SENTINIANVS. FOR * COR. (*Foro Cornelii*) 7. COH. II. VIG. (*centurio cohortis ſecundae Vigilum*) PETIT. A. PONTI * FICES. (ſic) VT. SIBI. PERMIT-

lex vetabat. Imo age, hoc poſterios admittatur, modo ne cui *μ*-*ματαιολόγος* videar.

(297) Plinius VI. ep. 10. de Virginii Rufi, viri numquam ſatis laudati, ſepulcro ſic conqueritur. *Libuit etiam monumentum ejus videre, & vidiſſe poenituit. Eſt enim adhuc IMPERFECTVM. Nec difficultas operis in cauſa, modici, ac potius exigui; ſed inertia ejus; cui cura mandata eſt. Subit indignatio cum miſeratione, poſt decimum mortis annum, reliquias, neglectumque cinerem, ſine titulo, ſine nomine jacere, cujus memoria orbem terrarum gloria pervagetur. At ille mandaverat. ut . . . inſcriberetur: HIC SITVS EST RVFVS, PVLSO QVI VINDICE QVONDAM, IMPERIVM ADSERVIT. NON SIBI, SED PATRIAE.* Monumentum illud IMPERFECTVM dixit, utraq. notione, tum quia fabrica nondum abſoluta erat, tum etiam quia illuc illatus quidem fuerat, ſed minime in aeterna ſede locatus, & juſtae ſepulturae traditus, ſed ſic temere alicubi depoſitus temporis cauſa. Atque hoc eſt, quod indignari videtur Plinius, *neglectum cinerem*; quaſi qui inſepultum diceret. At ſi vir ille ſummus juſtae ibi ſepulturae traditus fuiſſet, ſepulcrum jam fuiſſet *perfectum*, nec alio, quam refectione indiguiſſet.

Nolo heic omittere celebrem epigraphen Gruterianam 356. 1. *M. Antonii. Antii. Lupi . .. cujus. memoria. per. vim. oppreſſi.* (a Commodo; qui, teſte Lampridio, occidit *Anicium Lupum*: at in lib. Palatino *Antium* reperiri teſtatur Salmaſ.) *in. integrum. ſecundum. ampliſſimi. ordinis. conſultum. reſtituta. eſt. ſepulchrum. ab. eo.* COEPTVM. . . . . PERFECERVNT. *affines.* &c. Qui utraq. notione *perfecerunt*, tum abſolvendo opus, tum inferendo reliquias, quas ibi in aeterna ſede locarunt. Idem eſto judicium de Auguſto, qui teſte Suet. c. 17. *Ambobus* (Antonio & Cleopatrae) *communem ſepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipſis inchoatum* (*imboatum*, inquit, non ſermone ſacrorum, quod eſſet *encaeniatum*) *perfici juſſit*.

MITTERENT * REFICERE. N. (i.e. *novum*) MONVMENTVM * IVRIS. SVI. LIB. LIBERTABVSQVE * SIBI. ET. SVIS. POSTERISQVE * EORVM. Quod dixi *Flav. Provinciam* ſepulcrum illud primam *dedicaſſe*, id ex eo patet quia Sentinianus Pontifices interpellavit; quod neceſſe non fuiſſet, niſi jam *dedicato* ſepulcro, ac religioſo facto, ſive juſtae ſepulturae tradito mortuo (quia tum incipiebat ſepulcrum ad pontificum notionem pertinere) & quidem *dedicaſſe ſub aſcia*, i. e. in ipſo fabricae opere: recte: quia id *Aſcia*, formulae vicaria, arguit. Qua femina ibi in ſede aeterna recepta, quid faceret Sentinianus Flaviae Provinciae ſive filius, ſive omnino heres? Fabrica finienda erat; nec tamen id ſine pontificali permiſſu licebat. Ergo ab his petiit, ut ſibi permitterent REFICERE (non *perficere*, quia etſi non deſitâ fabrica, tamen propter illatas reliquias nefas erat illud aliter, quam PERFECTVM dicere, Vlpiano ac Servio adſtipulantibus) N. (i. e. *novum*) MONVMENTVM. Atqui hoc inauditum eſt, inquis, quae *nova* ſunt, quamdiu nova, ea eſſe reficienda. Verum in eum modum, quo PERFICERE id nefas erat dici, ſed ejus loco REFICERE; ſic etiam quia ſermone ſacrorum *Imperfectum* dici non poterat (utpote jam PERFECTVM propter juſtam ſepulturam) hoc unum ſupererat, ut *Novum* diceretur. Notum eſt enim, quae adhuc ſub ſtructura ſunt, ea *Nova*, non vetera appellari.

Jam ut arbitror, non tantum acutum cernentibus, ſed vel paullo obtuſioribus, aenigmatis hujus nodos omnes ſpiraſq. evolutas atque explicatas, confido. Nam ſi ex me quaeras, cui bono illa in titulis ſepulcri *ſub aſcia dedicati* ſedula commemoratio fuerit, aut certe ejus clauſulae loco, aſciae icon inſculpta? reſpondebo, id valuiſſe, ut intelligeretur, id ſepulcrum, etſi non finita fabrica, tamen eſſe jam *Dedicatum* ſive *PERFECTVM*, ac proinde religioſum (id quod ad multa valebat, tum ut IMPERFECTI ſepulcri dedecus, quod modo not. 277. Plinius deteſtabatur, abeſſet; tum etiam nequis imprudens ſepulcrum illud, quod in ſpeciem imperfectum & profanum videbatur, violaret) deinde, quia ſub ipſa ſtructura dedicatum erat; non licere illud ſine pontificum permiſſu ad umbilicum perducere: proinde pontifices aut principem interpellari debere. Niſi vero (ſicuti heic a Sentiniano fit diſerta mentio pontificii de *reficiendo* [h.e. abſolvendo] monumento permiſſus) univerſe & *Aſcia*, & formula (ſicubi eſt) tacite per-

te permiſſionis pontificum index fuerit. Quod ultimum veriſimillimum, imo prope verum reor: at certum non praeſto.

Sed objiciat mihi forte aliquis Guichenonianam inſcriptionem a Reineſio XII. 112. productam, in qua illa locutionum ἀκρίβεια parum obſervata videatur. Eſto. quid tum? anne pontificalis ſermo omnibus aut notus, aut in uſu erat; praeſertim in vicis, ubi ille lapis poſitus fuiſſe videtur? qui ſic habet: MEMORIAE. * AETERNAE * RVFIVS. CATVLVS * (non moror heic nominum illum tortorem Reineſium; cui ſicuti nullum uſpiam nominum cognominumve intactum relinquitur; ſic in eo multus eſt, ut hunc *Rufium* pro *Catulo* SATYRVM appellari jubeat) CVRATOR. NRVII. (Reineſius latere in NRVII putat KALENDARII: eſto) VIVVS * SIBI. ET. RVFFIANO. ET. RVF. (*Rufiae*) PVPAE * ET RVFIAE. SAGIRIATAE. FIL. DEFVNCTAE. ANNOR. XXII. * AEDICIAM (male Reineſius mutat in AEDIFICIVM; nam in lapide fuiſſe AEDICLAM pro *aediculam* [ead. forma, qua SECVRICLA pro *ſecuricula* &c.] plane ſpondeo: L ſaepe in marmoribus ferme ut I ſine ſupina lineola ſcalpitur; quae & deteri potuit) CVM. VINEA. ET. MVRIS. AD. OPVS * CONSVMMANDVM. ET. AD. TVTELAM. EIVS. ET. AD. CENAM * OMNIBVS. RICONTIS. (Reineſius hoc refingit in INCOLIS: non probo; MVNICIPIB. aut COLONIS, ſi urbs erat, dictum eſſet: nunc vicus fuiſſe videtur, & VICANIS aut potius VICANEIS in fugientibus lapidis litteris erat legendum) PONENDAM. XI. FIN. PERPET * (Reineſ. mutat KL. F. IN PERPET: propius a vero abeſt XI. K. F. i. e. *XI. Kal. Feb.* IN. PERPET.) SICVTI. ET. RVDECAM. I. O. (i. e. *ridicam in opus*) CONSVMMATVM. HOC. OPVS * SVB. ASCIA. EST * HAEC. O. S. E. H. N. S. Ultima Reineſio ſignificant: *Haec ollarum ſchola extraneum heredem non ſequitur*. Sed malo: *Haec omnia ſuis; extraneum heredem non ſequuntur*. Verſûs antep. RVDECAM non nego videri eſſe *Ridicam*, quod venit a *Rudis*; ſed *In opus vineae* (quod vult Reineſ.) uſui futuram, pernego; malo I. O. h. e. *in opus* monumenti abſolvendum. Ergo *Rudecae* ſeu *Ridicae* vocabulo non vitium, pedamenta heic intellige, ſed tigna neceſſaria ad aedificium. Atque haec de tituli haud facillimi intelligentia. Sed aliquem, puto, offendet, quod ſcribitur AD. OPVS. CONSVMMANDVM: quum, ſi ſuperiora illa vera ſint, ſcribendum fuiſ-

ſet REFICIENDVM. Verum ſicubi in pagis ea locutionum pontificalium ἀκρίβεια minus obſervata fuerit, id non me aegre habet. Sed ne hac quidem reſponſione magnopere indigeo. Nam OPVS fabricae CONSVMMANDVM, dicere ſibi licuiſſe putavit epigrammatis auctor, antequam CONSVMMATVM jam opus SVB ASCIA dixiſſet. Poſt hanc vero formulam, ſi iterum de abſolvenda fabrica ſermo fuiſſet; tum eum porro dicturum fuiſſe credo, REFICIENDVM, non CONSVMMANDVM.

Opponat fort. alius illud SVB ASC. POSVIT (vide extrema Muratorii ſup. pag. 129.) quod POSVIT aliud certe ſignificat a ſupra expoſito DEDICAVIT. Ea eſt Nemauſenſis inſcriptio apud Grut. 760. 3. quae talis eſt: D. M * (in medio ſingularium D. M. aſcia Gruteriana ſcalpitur) SEXTI. AVII * CAPELLIANI * LICINIA. FAV * STINA. MARITO * SIBI. MERENTIS * SIMO. SVB. ASC * POSVIT.



En quod alibi eſt *Dedicavit ſub aſcia*, heic dicitur POSVIT: ex quo primum colligitur DEDICAVIT non idem eſſe quod *encaeniavit*: deinde & cetera ſponte ruunt. Atqui ſi ſic ſe res habet; quid igitur ſentis? Fauſtinam ne marito interpretaris *poſuiſſe* (i. e. exſtruxiſſe) *ſub aſcia* monumentum? Singulare hoc, credo, huic ſepulcro fuit, ut aſciae miniſterio conſtrueretur; nam, opinor, cetera ſtylo ſcriptorio, aut dentiſcalpio ſtruebantur. Sed ineptiſſimum fore puto, quiſquis illud POSVIT, ad dativum D. M. SEXTI. AVII retulerit (278) quum contra poſt illud MERENTISSIMO terminanda ſit prior ſententia, atque ibi pauſandum ſit. Deinde nova periodus ſejunctim procedit in hunc modum: SVB. ASC. POSVIT. Quid poſuit? non monumentum, quod non poterat non aſciâ poni, ſed maritum mortuum *poſuit ſub aſcia* i. e. interim dum ſtrueretur monumentum. Cur autem ſcriptum eſt POSVIT pro DEDICAVIT? an ideo, quia non juſta ibi ſepultura maritum donavit, ſed temporis gratia, alicubi illum depoſuit, poſtea in ſuo loculo (adhuc ſtruendo) tamquam in ſede aeterna

(278) Siquis tamen in eo perſiſtere velit, ut τὸ POSVIT omnino ad dativum D. M. SEXTI AVII &c. referendum putet, non aliter hoc tueri poſſit, quam ſi ſic interpretetur: POSVIT SVB ASCIA i. e. ſub ſymbolo Aſciae; ad notandum ſcil. id omne, quod aſcia notabatur; nim. fuiſſe illud ſepulcrum inter ſtructurae opus dedicatum, & cetera, quae ſupra tetigi.

na illum collocatura: eoque interim abſtinuit verbo *dedicavit?* Sic prorſus exiſtimo. Nam poterat, credo, arcula intra monumenti ambitum principio ſic temere & cuivis angulo commendari, in honeſtiorem mox ejuſdem monumenti locum, tamquam ſedem aeternam, transferenda. Quorum prius erat *ponere*, alterum *dedicare*. Confer quae in hãc ſententiam diſputavi ſup. pag. 236. ad finem expoſitionis Ulpianeae L. *ſi in eo.* quae ex hoc titulo mire illuſtrantur. Omnino difficile eſt omnes ſepulcrales verborum notiones, deficientibus libris pontificalibus, ſepulcrorumque juribus, certo ſtatuere. Interim, dum alius meliora docebit, non dubitabo, τὸ POSVIT heic, ἀντίζευκται τῷ DEDICAVIT; ut illud *temporis gratia* mortuum *ſub aſcia poſitum* fuiſſe notet, non ut in *ſede aeterna*; contra vero τὸ DEDICAVIT imbibitam habeat *Domûs aeternae* ſignificantiam; quae & diſerte exprimitur in titulo (quem vide mox not. 279.) SVB. ASCIA. DEDIC. DOMVI. AETERNAE. Poſtremo utut illud POSVIT accipias (quod certe aliter, ac dixi, non eſt accipiendum) nihil inde impendebit periculi.

Ceterum non eſt dubium, quin, ubi clauſula verbis conſuetis illis exprimitur, SVB ASCIA DEDICAVIT; non liceat, niſi de juſta ſepultura, domoque aeterna intelligere; nam ſicuti Quintilianus Decl. 323. de templis ac ſimulacris dicebat, *Dedicatio eſt illa, quae deum inducit, quae ſede deſtinata locat* (ut omittam quae plura in Diatr. *de Dedic.* dixi in eam ſententiam, nim. *Simulacri Dedicationem*, non aliud eſſe quam ejuſdem *collocationem* in deſtinata ſede) ſic etiam in ſepulcris *Dedicatio* non eſt aliud, quam mortuum in ſede deſtinata, ac tamquam in ſuo delubro collocare. Nolo heic ad dedicationes templorum Chriſtianorum digredi, quae collocatione reliquiarum alicujus martyris in ſede deſtinata perficiebantur, ut palam eſt antiquos patres evolventibus. Nam antiquam, atque omnibus inſitam *Dedicationis* notionem non erat cur Chriſtiani in aliam ſignificationem mutarent. Verum his miſſis, ne ſacra profanis miſceantur: ut ſparſim dicta in pauca contraham; non eſt dubium quin SVB ASCIA DEDICAVIT tria complectatur: primum inter ipſum ſtructurae opus, mortuum ibi collocatum fuiſſe: deinde (quae vis eſt verbi DEDICO) ut in ſede aeterna, fuiſſe collocatum, id quod & in quadam inſcriptione (279) diſerte exprimitur, SVB. ASCIA. DE-

(279) Ea eſt Lugdunenſis epigraphe apud Menetrierium lib. 1. Hiſt.

DEDIC. DOMVI. AETERNAE;ac proinde & *perfectum* & religioſum,ac nulli violandum evaſiſſe: poſtremo & aſciae ſcalpturâ, & ipsâ formulâ moneri, opus eſſe pontificio aut principali permiſſu, ut monumentum illud REFICIATVR (h. e. finiatur) eumque permiſſum ſive impetrandum eſſe, ſive verius (id quod Sentiniani inſcriptio innuit) jam fuiſſe impetratum.

III.
Cur ea formula Lugdunenſium & viciniae peculiaris fuerit.

Jam, Vir Ampliſſime, ſignificatione prius, tum & cauſa formulae hujus ex ſpiſſiore vetuſtatis caligine erutis, putabam nihil reliqui fore, niſi ut receptui canerem: quum ecce meus ille Euryſtheus, Seraus noſter, & ex amicis alii, tertio me certamini opponunt. Quaeſierunt ex me illi, ecquid cauſae reperiſſem, cur Galli tantum, praecipue Lugdunenſes, eam formulam uſurparint. Quibus ego, vetus eſt, inquam, quaeſtio, cui non aliter ſe reſpondere poſſe ſperarunt ἀρχαιολόγοι, quam ſi de antiquorum in ea re ſilentio expoſtularent. Quaſi vero id umquam ſcriptores laborarint, ut quae in uſu quotidiano fierent, ac nemini obſcura eſſent, ea ſedulo pandere poſteritati ſatagerent. At equidem in Edicto provinciali, ſicubi id hodie exſiſteret, hujus formulae cauſam Gallis peculiaris quaerendam fuiſſe reor. Quod quia nuſquam eſt; fruſtra erit, ut quiſquam ſe augurando fatiget.

Verum ne prorſus detrectaſſe operam amicis videar; age quaeſtionis hujus exta inſpiciamus, & ſiquid in augurali diſciplina opis eſt, id afferre ne gravemur. Nuſquam magis, quam in Lugdunenſi provincia ſepulcra a violatoribus infeſtata fuiſſe, ea maxime, quae, quia non abſoluti operis eſſent, IMPERFECTA h. e. non *dedicata* & *vacantia* (280) *corporum* crederent. In ea variis modis violatores graſſabantur, praecipue vero mortuos inferendo, uti conſtat ex celebri Apollinaris Sidonii (281) epiſtola 12. lib. III. Eo fiebat, ut

Hiſt. Lugd. pag. 60. D. M. PRIMVS. EGLETIANVS. P. PRIMI. CVPITI. LIB. QVI. VT. HABERET. VIVVS. SIBI. POSVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDIC. DOMVI. AETERNAE.

(280) Verba ſunt Sidonii, quae vide in ſeq. not.

(281) Celebris eſt Sidonii epiſt. III. 12. a Menetrierio prius, deinde ab Auct. relig. Gallor. non opportune in partes vocata. Ea ſic habet: *Sidonius Secundo ſuo ſalutem. Avi mei, proavi tui tumu-*

ut actiones, quaecumque (282) de ea re proditae eſſent, quotidie inſtituerentur. Multum inde negotii rectori provinciae creabatur. Quid enim? hic propter monumentum juris ſui violatum, actione ſive judicio in factum experiebatur; ille ſic excipiebat, ut dolo malo id ſe feciſſe negaret; ratum ſcilicet, ſepulcrum, quippe nondum deſitâ fabricâ, eſſe IMPERFECTVM, h. e. non dedicatum nec religioſum. Itaque postremo, opinor, aliquis ejus provinciae rector repertus eſt, qui ut mali ſtirpem radicitus evelleret, in edicti ſui provin-

mulum (& vere *tumulum*, quia non in monumento ſtructili, ſed in ſubdivali campo humatus fuerat, more majorum) *heſterno* (*proh dolor*!) *die pene manus profana temeraverat. Sed Deus adfuit, ne nefas tantum perpetraretur. Campus autem ipſe dudum refertus tam buſtualibus favillis* (gentilium proavorum ſcilicet, nam Sidonii avum, utpote primum in ſua familia Chriſtianum, crematum non fuiſſe puto) *quam cadaveribus, nullam jam diu ſcrobem recipiebat: ſed tamen tellus, humatis quae ſuperducitur, redierat in priſtinam diſtenta planitiem, pondere nivali ſeu diuturno imbrium fluxu ſidentibus acervis. Quae fuit cauſa, ut locum auderent TAMQVAM VACANTEM CORPORVM, bajuli* (h. e. veſpillones) *raſtris funebribus* (quos male Menetr. & Auct. Relig. Gallor. in *aſcias* converterunt, quum ſint non aliud quam ligones, quibus ad ſcrobem effodiendum bajuli illi utebantur) *impiare. Quid plura? jam niger ceſpes ex viridi, jam ſupra antiquum ſepulcrum glebae recentes: quum forte pergens ad Arvernam urbem* (cui urbi ſepulcrum Apollinaris vicinius fuiſſe Savaro cenſuerat, ratus Sidonium Arvernum fuiſſe: at Sirmondus & Sidonium Lugdunenſem fuiſſe oſtendit, & ſepulcrum hoc Lugduno propius admovet; unde digreſſus Sidonius in Arvernam urbem tendebat) *publicum ſcelus e ſupercilio vicini collis aſpexi, meque equo effuſo tam per aequata, quam per abrupta proripiens, & morae exiguae ſic quoque impatiens, antequam pervenirem, facinus audax praevio clamore compeſcui. Dum dubitant in crimine reperti, dilaberentur an ſtarent, & ſuperveni; confiteor errorem: ſupplicia captorum differre non potui, ſed ſupra ſenis noſtri ipſum opertorium* (i. e. arcam humi defoſſam) *torſi latrones, quantum ſufficere poſſet ſuperſtitum curae, mortuorum ſecuritati*. Deinde narrat, ſe ſtatim ex itinere totam rei geſtae narrationem ad Sacerdotem ſuum (quem *Patientem* epiſc. Lugdunenſem Sirmondus intelligit) perſcripſiſſe, veniam facto poſtulantem; qui tamen Sidonii iracundiae *dedit gloriam*.. *pronuntians more majorum, reos tantae temeritatis jure caeſos videri*. Cetera hujus epiſtolae, quae huc ſpectare viſa fuerint, infra producentur.

(282) L. 1. D. *de ſepulcr. viol.* Praetor ait: *Cujus dolo malo ſepulcrum violatum eſſe, dicetur, in eum IN FACTVM judicium dabo, ut ei, ad quem res pertineat, quanti ob eam rem aequum videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, ſive agere nolet; quicumque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent; cujus juſtiſſima cauſa eſſe videbitur; ei agendi poteſtatem faciam. &c.* Et multa paſſim de hujuſmodi judiciis atque actionibus (quae & criminales & pecuniariae erant) tum hoc titulo, tum paſſim in Pandectis.

vincialis eo titulo (283) qui de ſepulcro violato aut de ſepulcrorum jure erat, propoſuerit, ut quicumque monumentum tantiſper, dum ſub ſtructoris aſcia eſt, inchoarent, ſive (ex *ſermone ſacrorum*) mortuum ibi juſtae ac perpetuae ſepulturae tradentes, PERFICERENT, ii primum inſcriptionem ne omitterent (quam non ornatus cauſa poſitam, ſed ad ſepulcrum [284] omnibus numeris abſolvendum pertinuiſſe conjicio) deinde ea in inſcriptione ut adnotarent, ſe id requietorium SVB ASCIA DEDICASSE, aut certe ut *Aſciam*, ejus rei indicem, ſcalperent. Ita ſane putarunt quotidianis violationibus occurri poſſe, aut ſiquid contra fieret, tunc certe quidem dolum malum nulla tergiverſatione defendi poſſe. Id ubi in uno edicto propoſitum ſemel fuiſſet, non fuit cauſa,

(283) De Edicto provinciali memini non pauca ſcripſiſſe Ezech. Spanhemium in *Orbe Rom.* quem cupidi harum rerum adeant. Non minus autem provinciale in titules diſtinctum fuiſſe, cenſeo, quam urbicum. De hoc autem fidem faciunt capitum inſcriptiones in Cai libris ad Edictum urbanum, ut *Ad edictum Praet. Urb. titulo de praediatoribus*: ſic *titulo de publicanis, de liberali cauſa*, & plura quae vide apud Briſſonium in de *Verb. ſign.* ubi & Ulpiani aliquot exempla depromit.

(284) Vide quae ſupra pag. 239. not. 77. de ſepulcro Virginii Rufi ex Plinio notavimus. Maxime ob eam cauſam inſcriptio neceſſaria videbatur, uti omnes ex ea dignoſcerent, dedicata ne eſſent monumenta, ac proinde religioſa nec violanda; an vacantia corporum, ſive pura ac profana. Sero ſenſit eam neceſſitatem Apollinaris Sidonius; qui proinde poſt id quod acciderat, ſtatim titulum in avi ſui ſepulcro ſcalpendum compoſuit. Sed ipſum audire praeſtat: ſic enim apud illum poſt ea, quae not. 281. adſcripſimus, ſequitur: *Sed nequid in poſterum caſibus liceat, quos ab exemplo vitare debemus; poſco ut actutum.. meo ſumptu reſurgat in molem ſparſa congeries* (h. e. ut terrae agger ſive tumulus ſupra avum meum exſiſtat; ſane MOLIS vocabulum non illibenter de opere ſtructilis monumenti intelligerem; niſi mox Gaudentio pretium lapidis, non etiam alicujus fabricae, ſe reliquiſſe diceret) *quam levigata pagina* (marmorea ſcil. nam intelligit cippum lapideum tumulo imponendum cum epigrammate a ſe compoſito) *tegat*. *Ego venerabili Gaudentio reliqui pretium lapidis, operiſque mercedem. Carmen hoc ſane nocte proxima feci, non expolitum, credo, quod viae non parum intentus: quod peto ut tabulae... celeriter indatur. Sed vide, ut vitium non faciat in marmore lapicida; quod mihi magis, quam quadratario, lividus lector adſcribet*. Deinde epitaphium ipſum ſic incipit.

Serum poſt patruum patremque carmen
Haud indignus avo nepos dicavi.
Ne fors tempore poſtumo, viator,
Ignorans reverentiam ſepulti,
Tellurem tereres inaggeratam.

h. e. complanato tumulo aequatam; quod paullo ante evenerat. Et heic vides, quo valuerit inſcriptio; ad monendum ſcil. viatorem, locum eſſe religioſum. Tum porro ſequitur;

Praefectus jacet heic Apollinaris,
Poſt praetoria recta Galliarum
Maerentis patriae ſinu receptus.
&c.

cauſa, cur id deinde in tralatitiis omitteretur. At in Italia & reliquo orbe Romano, quia minus uſitatum id malum erat; nihil de ea re in Edicto cavebatur. Nam ſiquando Aſcia ſcalpta viſitur, id magis ad privatorum, credo, quorumdam ſuis monumentis conſulentium ſedulitatem, & Gallorum imitationem eſt rejiciendum, quam ut quidquam ſuper ea re lege cautum eſſet.

Quamquam vel ſi in edicto provinciali nihil de ea formula ſepulcris ſub aſcia dedicatis inſcribenda propoſitum fuerit; non repugnabo, quin ejus clauſulae elogiis ſubtexendae conſuetudo ſaltem ad privatorum Gallor. ſedulam providentiam ſit conferenda, inde ortam, quod in Galliis, ac praeſertim in Lugdunenſi provincia alter in alterius ſepulcra, quae *imperfecta & vacantia corporum* putarent, irrumpere, variis modis violare, & mortuos alienos inferre conſueviſſent: id quod ex laudata Sidonii epiſtola perdiſcimus. Neque enim deſcriptum ab Apollinari ſepulcrorum, uti ſic appellem, latrocinium, tunc primum ſimul ortum, ſimul inoleviſſe, putandum eſt. Scimus nationum mores, quales ſemel fuere, tales poſt multa ſaecula, rerumque converſiones perennaſſe: id quod ex Taciti moribus Germanorum, & ex Caeſaris Gallorum inſtitutis, ſi cum hodiernis conferantur, ſatis conſtare arbitror. Et ex his quidem, quae, cur Galliis ea formula peculiaris fuerit, breviter diſputavimus, etiam in univerſum ei quaeſtioni, cui bono ea clauſula titulis inſcripta fuerit, (quod modo hujus capitis parte altera quaeſitum fuit) lucis multum affunditur. Eo ſcil. ea clauſula (praeter cetera ibi dicta) pertinebat, ut quiſque intelligeret, illa ſepulcra, quamvis nondum finita, tamen (ex verbo ſacrorum) PERFECTA & religioſa eſſe, ac proinde non violanda.

Mitto jam illam quaeſtiunculam, cur in hujuſmodi titulis ſit tantum D.M. (285) non autem praefigatur conſuetum illud

(285) Nondum enim epigraphen vel unam reperi (praeter Ferrarienſem, quam ex Ligorio affert Gudius 316. 1. quam etſi νοθείας manifeſtam, tamen infra ad calcem cum aliis inſcriptionib. junctim depromam) in quibus ſit conſuetum initium D.M.S., ſed ferme omnes ordiuntur *D. M. & memoriae aeternae τοῦ δεῖνος*. Quid ita? quia ad finem tituli dicitur P. C. ET S. A. D. *poni curavit & ſub aſc. dedicavit*; quod totum refertur ad *Dis Manibus τοῦ δεῖνος*. At ſi dixiſſet *Dis Manibus ſacrum*; jam perfecta ibi eſſet ſententia. Haec una eſt facillima eademque veriſſima ratio. Nam ceteras augurationes, quas afferre poſſim, libens praetereo.

illud D. M. S. aut ſiqua alia ſunt in hiſce elogiis praeter ceterorum conſuetudinem.

Atque hae ſunt, TANVCCI praeſtantiſſime, αἱ δεύτεραι φροντίδες, ſi minus σοφώτεραι, quod in illis, uti par eſt, requirebas, at certe tamen λαλίστεραι, quod minime omnium requirebas. Verum de loquacitate hanc accipe excuſationem. Exſpectabatur de Germania Franc. Carolus Conradus V. Cl. (is, de quo ſup. pag. 99. dixi) aucturus XXXviratum. Itaque moras interim nectendas putavi, quouſque adeſſet. Nunc quando ſemel atque iterum per viatores citatus, non ſtitit; tertium hoc jam & ultimum citabitur. Interea vero appendicibus te duabus excruciabo; quas dudum in ſuperioribus promiſſas, exſolvere vel repugnanti debeo: nam vel *porrecto jugulo*, ut ille ait, eas a te auſcultari hodie neceſſe eſt.

MANTISSA PRIOR.

De Aſcia Hippocratica ſeu chirurgica.

I.

Ejus Galenica definitio.

Quum de *Aſcia*, TANVCCI praeſtantiſſime, ſtatuiſſem nihil omittere eorum, quae apud antiquos reperiſſem; par erat, ut & de Aſcia Hippocratica dicerem. Itaque quum in *Curarum poſteriorum*, quas modo expedivimus, cap. II. locum ac dignitatem ſuam & haec jure ſuo conſervare debuiſſet; quid incidit cauſae, cur inde ejecta huc rejiceretur? Quia nim. nomine tenus haec cum prioribus convenit, nec aliud Aſciae habet, praeter ſimilitudinem, & hanc intellectu difficilem, nec a quoquam, quod ſciam, explicitam. Ergo Hippocrati primum, deinde Aſclepiadi, Galeno & aliis ὁ Σκέπαρνος (286) & τὸ Σκέπαρνον eſt quoddam vinculi aut deligatio-

(286) Utroque genere ac terminatione Graecum hujus faſciae vocabulum in Hippocrate reperitur; ut ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον neutrum Σκέπαρνον inter vincula refertur: vide num. 1. at in *de Artic.* (vide num. 3.) τοὺς Σκεπάρνους. Galeno comm. 3. in De fract. Σκέπαρνον & Σκέπαρνα uſurpatur: vide num. 2. At in Exegeſi vocum Hippocr. Σκέπαρνος: alibi in Galeno non agnoscitur utrius ſit generis, quippe aut quarto caſu ſing. aut ſecundo plur. Erotianus in Collect. voc. Hippocr. maſculinum poſuit, ſicuti & Aſclepiades in Erotiano. At Heſychius effert neutro gen. Σκέπαρνον, inquit, ἐπιδέσμου ἰατρικοῦ ὄνομα, *Eſt medici vinculi nomen*. Haec eo notavi, ut intelligatur aevo Hippocratis & deinceps, non tantum chirurgicum, ſed & τεκτονικὸν Σκέπαρνον utriuſq. generis fuiſſe. Nec enim quidquam eſt cauſſae, cur μεταφορικὸν utroq. genere uſurparetur, τεκτονικὸν vero neutraliter tantum.

gationis genus, quum faſciae affecto femori, aut aliis forte partibus ita ſuperdantur, ut Aſciam lignariam referant. Eam ſic definit Anutius Foëſius in Oeconomia Hippocr. pag. 571. *Ad vinculi & deligationis ſimplicis genus transfertur* (Aſcia) *quod a recta linea ortum ducit, & paulatim ad latus inflectitur; ita tamen ut obliquum* (inſigniter ſcil.) *non ſit*. Nec alio ferme modo ante hunc Gorraeus (287) & Euſtachius (288) definierant; ut poſt Foëſium Scultetus, Caſtellus, & alii (289): quas virorum eruditorum definitiones ex Galeno fuiſſe deſumtas, ſubjecta Galeni loca demonſtrabunt.

Ergo duo heic mihi praeſtanda video: conſtitutio vinculi hujus prius eſt pernoſcenda: deinde & illud inquirendum, quod eſt difficillimum omnium, in quonam Aſcia medica ſimilis lignariae fuerit. Quae duo antequam aggredior, Hippocratis, Aſclepiadis, Heliodori, Galeni de Aſcia chirurgica loca, quaecumque reperi, in medium producenda eſſe mihi ſtatui.

II.

Hippocratis, Aſclepiadis, Heliodori, Erotiani, Galeni de eadem loca. Obſcurus Quintiliani locus tentatur: quid Κλάσις *Aſclepiadi; quid* ἐγκεκλασμένως *Galeno ſit.*

1. Ac primum Hippocrates in *de Officina med.* (edit. Foeſ. pag. 742.) vinculorum genera (ut inde ordiar) ſic recenſuit (290) *Simplex, Circulare, Aſcia, Simum, Oculus, Rhom-*

(287) Jo. Gorraeus in *Definitionibus medicis* (Pariſiis 1622.) ait: Σκέπαρνον. *Aſcia. Vinculi genus eſt ſimplicis apud Hippocr. lib. de offic. Medici, de fractur. & de artic. Eſt autem brevis circuitus qui rectus incipiens ad latus attrahitur, & inflectitur, ſic tamen ut obliquus non ſit, definitque in ſimilitudinem τοῦ σκεπάρνου, id eſt aſciae qua fabri utuntur. Namque a recta linea parum recedens, curvatur; unde σκέπαρνον appellatur, ut annotat Galen.* &c.

(288) Bartholomaeus Euſtachius Sanctoſeverinas in Adnot: ad Erotiani collectionem vocum Hippocr. a ſe primum Latine editam Venet. 1566. (cujus, aliorumque talium librorum copiam mihi fecit vir pereruditus Cyrus de Alteriis; cujus domus noſtra patrumq. memoria artis Paeoniae principes noſtrae civitatis protulit) in adnot. ad Erotiani Σκέπαρνον, omnia eadem Hippocratis & Galeni loca affert, quae deinde Foeſius in *Oecon.*

(289) De Sculteto & Caſtello infra dicam. At interim Jo: Bapt. a LamzWeerde in *Appendice varior. inſtrum. chirurg.* ad Sculteti *Armament.* (Amſtel. 1671.) pag. 178. Aſciam, variis Hippocratis & aliorum locis ſimul compoſitis, ſic definit, ut tamen non omnia intellexiſſe videatur. Vide infra in adnotatis ad locum Hippocratis n. 3.

(290) Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 742. edit. Foëſ. F.) Τὸ

Rhombus, & *Dimidiatum*. Ad quem locum Galenus, ſeu quiſquis eſt auctor lib. *De faſciis*, ſic adnotat ex Vidii translatione: *Ergo vinculi illam ſpeciem, quae ſimplex eſt, orbicularem eſſe neceſſe eſt; ſed Aſcia omnino Sima eſt*. Quae verba non niſi in Auctoris contextu intelliguntur. Adeat, cui tanti eſt (291): ad alia loca me interim properante.

2. Adhaec Hippocrates lib. *de fracturis* ſic *Aſciam* deſcripſit (292) *Convenit a medio* (habenarum ſcil: quod notari volo) *orſum, ut per duo capita deligatio procedat, habenas circumducere, atque in modum Aſciae decuſſatim capita immittere*. Ad quem locum Galenus ſic commentatur comm. III. (293) *Eſt autem Aſcia ipſe faſciae circuitus, qui quum paullum a recto declinet, & ad latus feratur, nondum tamen obliquus eſt. Ad Aſciae autem lignariae ſimilitudinem deſinens, quod a recta linea paullulum recedens incurvetur: inde Aſciae nomen traxit*.

3. Idem medicorum parens in *de Articulis* (294) *Haec enim*

ἢ εἴδεα· ἁπλοῦν· ἔγκυκλον· σκέπαρνον· σιμόν· ὀφθαλμὸς· ῥόμβος· καὶ ἡμίτομον.

(291) Vult ibi Auctor oſtendere Hippocrati *varia* (h. e. compoſita) vincula minime diſplicuiſſe; quod ex eo oſtendit, quod *ſimplex* ſimul idem ſit *circulare*; & *Aſcia* non poſſit eadem non *ſima* eſſe. *Simam* alibi Galenus appellat, quae inſigniter a *circulari* ſive recta recedit, quum contra *Aſcia* paullum deflectat: ſed *plus & minus*, ut ajunt, *ſunt in eodem genere*. Ceterum vincturas *varias* Hippocrati non improbatas fuiſſe, potuiſſet ex altero Coi loco luculentius oſtendere, quem mox num. 3. ſubnectam. At τὸ σιμὸν, ut eo redeam, alia plura ſignificat: interdum enim id, ubi planities cum colle committitur; unde inferiores circa naſum partes σιμὰ ſunt, & σιμότης, quando naſus complanatur. Praeterea apud Heliodorum infra producendum *cavum* habenae, quod *gibbo* ejuſdem opponitur, SIMVM vocatur. Alias acceptiones taceo.

(292) Hippocr. in *de fracturis*. Χρὴ ἐκ μέσου ἀρχόμενον, ὡς ἐπὶ δύο ἀρχὰς ὑποδέσμους ἐπιδεῖται, περιελίσσειν, κἄπειτα σκεπαρνηδὸν παραλλάσσοντα τὰς ἀρχὰς ἀφιέναι.

(293) Gal. com. 3. in *De fracturis*. Ἔστι δὲ Σκέπαρνον αὐτὴ περιβολὴ βραχὺ ἐγκλινομένη (ſic legit Foeſ. in Oecon. pro vulgato βραχυνομένη) ἀπὸ τῆς εὐθείας, καὶ κινουμένη πρὸς τὸ πλάγιον, οὔπω δ' οὖσα λοξή, λήγουσα (ſic quoque legendum pro vulgato λέγουσα) δὲ κατὰ τὸ τῶν τεκτόνων σκέπαρνον, διότι βραχὺ τῆς εὐθείας ἐγκλίνεται πρὸς ὑποκαμπήν, οὕτως ὠνόμασαι.

(294) Hippocr. in de Artic. Ἐπιδέσιον γάρ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστους μὲν Σκεπάρνους ἔχουσα, διαῤῥωγὰς δὲ καὶ διαλήψιας ποικιλωτάτας τοῦ χρωτὸς ξυμβολάδας. Hunc Hippocratis locum non modo non intellexit, ſed & corrupit is, quem modo not. 284. nominavi, Jo: Bapt. a Lamzweerde, dum loco ibi citato in Aſciae definitione ſic poſuit: *Poniturque* (Aſcia) *inter varios, quod relinquat ſpatium nudum ſine faſcia, ubi ſpectantur Rhombi varii*. In quibus verbis neque caput neque pes; ſed ita tamen, ut appareat, ei modo productum Hippocra-

enim vinctura inter ceteras eſt maxime varia, plurimiſque locis Aſciam refert, ac relictis aliquot inanibus ſpatiis, cutem varie admodum in rhombi formam intercipit. Ibi item Galenus Comm. II. ad eum librum ſic adnotatum reliquit (295) Σκέπαρνον *quidem i. e. Aſciam deligationem vocari eam, quae a transverſo* (h. e. circulari ſive recta) *parum declinet, antea oſtenſum eſt.* Διαῤῥῶγας *vero h. e. interruptiones, intervalla linteorum intermedia appellat.* Atque haec ſunt Coi ſenis, quae reperi, loca, cum Galeni expoſitionibus collata.

4. Pergo ad alios medicorum filios; quos inter maximi nominis Aſclepiades certe fuit; cujus Erotianus pulchram Aſciae deſcriptionem refert. Sed proderit, credo, integrum Erotiani locum afferre in Collectione dictionum Hippocr. (296) *Vinculi*, inquit, *genus eſt* ὁ Σκέπαρνος *i. e. Aſcia, quum faſcia oblique deligatur. Teſtatur hoc Aſclepiades in Commentario libri de officina medica in haec verba. Eſt enim Aſcia, quando vinculum in ſeſe ductum ad inſtar Graecae litterae* X, *quodammodo frangitur & angulum facit, quum ſcil. rectoblique deligatur.*

5. Sed & Heliodori locum, quem Vidus Vidius ad finem libri Galeni *de faſciis* Latinum dedit, quando Graecum non habeo, heic ex fide Vidii repraeſentabo. Sic ergo Heliodorus apud Vidium num. CXXXI. *ASCIA. Scribunt, qui hujuſmodi juncturam* (corr. *vincturam*: quod eſt Celſi vocabulum: nam *junctura* heic & alibi in interpretatione Vidii dubito, utrum ſit a Vidio, ac non potius a Typographis, qui duarum litterarum *vi* nexum pro *ju* habuerint) *adbibuerunt,*

pocratis locum prae oculis fuiſſe. Qui Coi locus ad Mantiſſae finem illuſtrabitur.

(295) Galenus comm. 2. in de Artic. Σκέπαρνον μὲν ἐπίδεσμον ὅτι καλεῖ τὸν ἐγκεκλισμένον ὀλίγον ἐκ τῆς ἐγκαρσίας ἐπιβολῆς, ἔμπροσθεν εἴρηται· διαῤῥῶγας δὲ λέγει τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶν ὀθονίων.

(296) Erotianus in collectione vocum Hippocr. Εἶδός ἐστι δεσμοῦ ὁ Σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος πλάγιος δεθῇ. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ ἐξηγητικῷ τοῦ κατ' ἰητρεῖον λέγων· Ἐστὶ γὰρ ὁ Σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος ἐπιβάλλων αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ χιάζων (H. Stephanum recte emendaſſe αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ χιαζόμενος, monet Foeſius in Oecon.) κλάσιν τινὰ ποιῇ καὶ γωνίαν, οἷον ὅταν ὀρθολοξὸν ἐπιδεθῇ. Nolo heic praeterire, correctionem, quam H. Stephano tribuit Foeſius, fuiſſe prius a Bartholom. Euſtachio indicatam, qui in Erotiani interpretatione, quam an. 1566. evulgavit, locum hunc Aſclepiadis ſic Latinum fecit: *Eſt enim ὁ Σκέπαρνος, quando vinculum ſibi ipſi incumbens inſtar* χ, *efficit quamdam flexionem & angulum, ſcil. quum ſimul rectoblique ligatur.* At Aſclepiadis interpretatio, quam ſupra poſui, eſt apud Foeſ. ex H. Steph.

runt, ipſam utiliter injici, quibus vulnerato femore, proximae partes diducuntur. Sic autem injici debet. Volvenda ſub vulnere faſcia eſt in ſpeciem Aſciae ſic, ut pars gibba deorſum, ſima ſurſum ſpectet: deinde ſuper ulcus iterum in ſpeciem Aſciae priori adverſae circumagenda eſt, atque ad eamdem rationem attrahenda; dum quae nuda ſunt contegat, ab inferiore parte ſurſum, & a ſuperiore deorſum procedens, interdum etiam per ulcus; ut ipſum operiat. Quam vellem haec, uti Graece habent, videre contingeret.

6. Ac reſtant tamen adhuc e Galeno pauca, qui ad primum Hippocratis locum *de Offic. med.* quem ſupra exhibui, ſic ſcripſit (297) *Heic tamen eam deligationem, quae parum declinat, Aſciam; quae multum, Simam per tranſlationem vocat. Aſciam namque fabri lignarii inſtrumentum quoddam appellant; quod in ſummitate, qua ligna incidit, modice incurvum habet ſupercilium, ac veluti crepidinem.*

7. Qui etiam Hippocrateum τὸ Σκεπαρνηδὸν, h.e. ſi dicere liceat (298) *Aſciatim*, quod ſup. ex lib. *de Officina* med. attuli-

(297) Galenus εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον ſic ſcribit: Ὅμως δ' οὖν ἐνταῦθα τὴν μὲν ὀλίγον ἐγκεκλιμένην ἐπίδεσιν, Σκέπαρνον ὀνομάζει, τὴν δὲ πολὺ, σιμὴν, ἐκ μεταφορᾶς τοῖς ὀνόμασι χρώμενος. Σκέπαρνόν μὲν οἱ τέκτονες ὀνομάζουσιν ὄργανόν τι κατὰ τὸ πέρας αὐτοῦ, καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα, βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχον ὀφρυώδη, καθάπερ ἡ ἄμβη.

(298) Hippocrateum adverbium Σκεπαρνηδὸν, etiam Galeno non raro uſurpatum, poſſis reddere *Aſciatim*; quod vocabulum miror ſi Latio defuerit, maxime quum ſpleniorum plagularumque injiciendarum θεωρίαν atq. πρᾶξιν Romae inauditam non fuiſſe, ex Corn. Celſo conſtet. Eſt in Quintiliano I. 4. obſcurus ſane locus, ex quo iſtud ASCIATIM extundi poſſit. Ibi Fabius dum in eo eſt, ut oſtendat aliis partes orationis eſſe octo, quippe *vocabulum* ſive *appellationem* nomini tamquam ſpecies ſubjicientibus: aliis vero, qui aliud *nomen* aliud *vocabulum* facerent, eſſe novem; ſubjicit haec: *Nihilominus fuerunt qui ipſum adhuc VOCABVLVM ab APPELLATIONE diducerent, ut eſſet VOCABVLVM corpus viſu tactuque manifeſtum* (uti) *domus, lectus: APPELLATIO, cui vel alterum deeſt vel utrumque* (uti) *ventus, caelum, Deus, virtus: adjiciebant & adſeverationem ut HEV, & attrectationem* (al. *attractionem*) *ut FASCEATIM* (al: *FASCIATIM*) *quae mihi non approbantur*. Quis praeſtare auſit, Fabium ASCIATIM ſcripſiſſe? Sed tamen magis iſto adv. ASCIATIM ad chirurgicum Σκεπαρνηδὸν notandum, quam illo altero FASCIATIM, aut FASCEATIM, quae nihil ſunt, Latium opus habebat. Nec enim credo medicos chirurgos Romae tum, quum illud Σκεπαρνηδὸν eloqui Latine conarentur, circumlocutione uſos, ut *Aſciae ritu*, *In Aſciae modum* &c. dicerent; quando ex analogiae praeceptis potuiſſent ASCIATIM dicere.

Atque haec de Fabii loco mera conjectura eſt: quae ſi cui forte minus inſulſa videbitur; tum vero & illud porro quaerendum, quid *Attrectatio* ſive potius *Attractio*

(deci-

tulimus variis in locis exponit. Nam in Exegeſi gloſſar. Hippocr. ſic poſuit (299) Σκεπαρνηδὸν· ἐκκεκλασμένως· i. e. *Aſciatim* idem

(decima ſcil. ex nonnullis orationis pars) ſibi velit. Significabat, opinor, ea adverbia; aut omnino derivativas dictiones, quae *attractione* ſive productione primitivi vocabuli fiunt, ut ab ASCIA ASCIATIM.

Sed quando ſemel Fabio chirurgicam opem afferre coepimus; porro & perficiamus. Nam quid ſibi illud vult *ADSEVERATIONEM ut HEV*? quae unius aſſis non ſunt. Corrige meo periculo *ADSPIRATIONEM ut HEV*. Qui orationis partes plures facere ſatagebant, ii novum genus conſtituebant, eas interjectiones complectens, quae mera *adſpiratione* efferebantur, ut HEV, HVI, HOI &c. quae ſpiritu tantum (nec palato, nec labiis, nec dentibus, aliove organo opitulante) eliquabantur. Ergo Fabii locus ſic fort. eſt conſtituendus: *Adjiciebant & ADSPIRATIONEM, ut HEV, & ATTRACTIONEM ut ASCIATIM*. Atque haec de deplorato Fabii loco mea eſt conjectura.

Ceterum quis eos ferat, qui (apud Jo: Rhodium *diſſert. de Acia* pag. 198.) in Marcello Empir. *Aſcia* pro Acia reponebant? *Ea* (herba) ait Empir. *de Medicina* c. 2. *ſi in panno ruſo acia ruſa, vel lino ruſo ligata, capite vel temporibus alligetur, mirum remedium hemicraniae vel heterocraniae praeſtabit*. In Gloſſis vet. *Acia* idem eſt quod ῥάμμα: & noſtris hominibus *Accia* vulgo *filum* ſignificat.

(299) Galenus in Ἐξηγ. vocum Hippocr. ait: Σκεπαρνηδόν. ἐκκεκλασμένως· καὶ γὰρ ὁ Σκέπαρνος αὐτὸς ἐπίδεσμος ἀπὸ τῶν τεκτονικῶν ὠνομάσθαι σκεπάρνων δοκεῖ. Quae verba a nemine, quod ſciam, expoſita, particulatim heic expendenda ſunt. Ac primum Σκεπαρνηδὸν idem vult eſſe atque ἐκκεκλασμένως. Illud porro ἐκκεκλασμένως quid ſit, ex uno Aſclepiade intelligi datur, cujus ſunt illa apud Erotianum (vide ſup. not. 296.) Ἔστι γὰρ ὁ Σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος ἐπιβάλλων αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ χιαζόμενος, ΚΛΑΣΙΝ τινὰ ποιῇ καὶ γωνίαν. *Aſcia tunc eſt, quando vinculi* (duo capita ſibi occurrentia) *uno alteri ſuperdato, decuſſantur ac* (deinde) *eſſringuntur* (ſive reflectuntur) *& angulum faciunt*. Ubi vides quid vocarit *Aſciam* Aſclepiades; quum ſcil. a medio habenae orſus deligationem, capita hinc atque inde circumducis; ubi illa occurrunt, unum alteri ſuperdans, decuſſas; poſtmodum caput quod alteri ſubjicitur, reflectens, ita ut ſecum angulum faciat, in idem latus redire facis; ac pari modo caput alterum. Vide infra appoſitum ſchema quo *Aſciam* chirurgicam exhibuimus. Ergo quod Κλάσις & γωνία Aſclepiadi eſt, idem eſt & Galeno τεχνικὸν adverbium ἐκκεκλασμένως. Ex quo uno verbo quum tota Aſciae conſtitutio antiquorum penderet; dignum erat, in quo explicando viri docti ſe exercerent. Tamen nihil de hoc Foeſius in *Oecon*: nihil H: St. qui Galeni τὸ ἐκκεκλασμένως in Σκέπαρνον refert, ſed ἀνερμήνευτον: nihil alius, quod ſciam. Quaeras fortaſſe, quo valeret illa κλάσις ſive habenarum in idem latus replicatio. Praeſtabat firmitatem, neve ultro citroque ſplenia fluctuarent. Maxime in fracturis valebat ad ἀσφαλεστάτην τὴν κράτησιν τῶν συντεθριμμένων, *ad comminuta firmiſſime continenda*: verba ſunt Galeni infra num. 7.

Sequitur apud Galenum Καὶ γὰρ &c. *Etenim aſcia, ipſum vinculum, a lignariis aſciis nomen reperiſſe videtur*. Quo pertineat αἰτιολογικὸν illud Καὶ γὰρ *Etenim*, non video. Ac, ſiquid mei judicii eſt, illud γὰρ facile induxerim. Deinde ſi & unam ſillabam ὡς adjeceris; loco miram lucem accendes. Sic enim is locus legi debet. Καὶ

ὁ Σκέ-

idem eſt ac *effractae.* deinde addit. *Aſcia namque, vinculi genus, ab aſcia lignaria nomen traxiſſe videtur.* Et comm. 2. in *de Offic. Med.* idem illud *Aſciatim* ſic interpretatur (300) *Nam quum praecipit, plagulas Aſciatim membro injiciendas, a circulari circuitu eam eſſe faciendam declinationem definit, eo modo quo eſt Aſcia materiaria. Neque enim admodum obliquam vult fieri plagularum injectionem, multum a circulari recedentem, ſed paullum declinantem, quantum quidem ad firmiſſimam comminutorum colligationem ſufficiat.* Eod. com. (301) *Per duo capita deligationem efficiet, quemadmodum de iis diximus, quae Aſciatim ſuperdantur.*

8. Poſtremo & Galenus, ſeu quis alius auctor libri *de faſciis* pag. 295. B. *Illa demum vocatur Aſcia, quae lunata figura, ab una parte ſima eſt ab altera gibba.* Atque haec ſunt, quae apud antiquos de hoc vinculo reperi, obſcura ſane omnia; ſicut & pleraque eorum quae de faſciis illi ſcripſerunt: digna plane, in quibus evolvendis exſiſtat aliquis eruditus medicus, qui ſeſe exerceat.

III.

Aſciae chirurgicae conſtitutio. Deinde in quo aſciae hujus metaphoricae cum lignaria ſimilitudo ſita fuerit.

Ac de Aſciae Hippocraticae conſtitutione minus mihi laborandum videbatur, propterea quod reſtat adhuc teſte Verduco, apud Gallos Chirurgos *Aſciae* (*Doloire* illi vocant) nomen in deligationibus. Quod tamen longe eſt aliud (302); nec

ὁ Σκέπαρνος, αὐτὸς ἐπίδεσμος· ὅς ἀπὸ τῶν τεκτ. σκεπ. ὀνομ. Et Σκέπαρνος eſt ipſum vinculum; quod a lignariis aſciis nomen ſortitum videtur. Sed cur VIDETUR? nam alibi Galenus non ambigit, quin ab Aſcia materiaria nomen huic vinculo ſit quaeſitum. Verum haud raro Graeci τὸ δοκεῖ in re certa ponunt. Etiam Romanis olim judicibus in ſuis ſententiis VIDERI erat ſollemne verbum.

(300) Gal. Com. 2. εἰς τὸ ἰητ. haec poſuit: Ὅταν γὰρ κελεύῃ τοὺς σπλῆνας σκεπαρνηδὸν περιβαλεῖν τῷ κώλῳ (male in Foeſii Oecon. κύκλῳ) διορίζει τῆς ἐγκύκλου περιβολῆς τὸ ἐγκεκλιμένον ὅπως ὡς τὸ τεκτονικὸν σκέπαρνον· οὐ γὰρ βούλεται λοξὴν ἱκανῶς γίγνεσθαι τὴν περιβολὴν τῶν σπλήνων, ἀφεστηκυῖαν πολὺ τῆς ἐγκύκλου καλουμένης, ἀλλ' ἐγκεκλίσθαι μικρὸν, ὅσον ἱκανὸν ἀσφαλεστάτην ἐργάσασθαι τὴν κράτησιν τῶν συντετριμμένων.

(301) Mox eod. comm. pag. 680. 40. Τὴν ἐπίδεσιν ἀπὸ δυοῖν ἀρχῶν ποιήσει, καθάπερ ἔφαμεν ἐπὶ τῶν σκεπαρνηδὸν ἐπιβαλλομένων.

(302) Hodiernae Aſciae chirurgicae deſcriptio eſt apud Joan. Bapt. Verducum, in *des Bandages* pag. 350. (edit. Pariſ. 1703.) ubi ait: *Le premier* (bandage inegal) *eſt appellé* Aſcia *en Latin, & en François* Coignée, *& les Chirurgiens*

Pap-

nec cum Hippocratica, ſiquid judico, Aſcia quidquam commune habet.

Nam ſi Aſciam Hippocrateam & Galenicam probe intelligo; ea mihi ſic deſcribenda videtur. Eſt vinculi genus, in femore (303) maxime uſitatum; quo faſciae (304) medium inferne (305) applicatur, itaut pars (306) gibba deorſum, ſima ſurſum ſpectet; deinde capita ſic circumaguntur, ut nec circulum perficiant, nec ab eo inſigniter declinent, ſed mo-

l' appellent Doloire .... *Le bandage que l' on appelle* Doloire, *reſſemble, a ce que l' on dit, a la* Coignée des *Charpentiers. C' eſt lorſque la bande decouvre celle de deſſous, Il n' eſt gueres different du circulaire. Le* Mouſſe *la decouvre encore davantage* &c. Quis autem non videt, hodiernae Aſciae Verducianae nihil cum antiqua commune eſſe? Nam in hac unum faſciae caput circumducitur; in illa duo: in hac nullum ſpatium inane relinquitur, ſed una ſuper aliam ſpirae imbricantur; in illa plurimae [illegible], ac vacua intervalla linteis intercipiuntur; ut alia plura taceam utriuſq. diſcrimina. Et tamen Jo: Scultetus (Amſtel. an. 1672.) tab. XXVII. fig. X. Aſciam Hippocraticam ſic depingit, ac mox pag. 67. deſcribit, ut non aliud ſit, quam merum Gallicum *Doloire*. Vide etiam eumdem tab. XXVIII. fig. X. ac mox ſequentem ejus figurae deſcriptionem pag. 70. in quibus nihil ad mentem Hippocratis (cujus Aſciam ſe docere jactat) & antiquorum deprehendes.

(303) Vide ſup. Heliodori locum Vido Vidio interprete, ubi ex antiquioribus medicis refert, *ipſum utiliter injici, quibus vulnerato femore proxime partes diducuntur*. Et certe quaelibet partes peculiares quaſdam vincturas habebant; caput, oculus, naſus &c.

(304) Diſerte hoc tradidit Hippocrates ſup. num. 2. & Galenus com. 2. in *De offic. med.* ſup. ad finem num. 7.

(305) Vide Heliod. ſup. num. 5. *Volvenda*, inquit, *ſub vulnere faſcia eſt*. Id etiam patet ex ſeq. adnot.

(306) Et hoc ibid. Heliodorus docuit. *Volvenda ſub vulnere faſcia eſt ... ſic ut pars gibba deorſum, ſima ſurſum ſpectet*. Ubi (niſi ſi quod vero aliud myſterium latet) pars *Gibba* eſt faſciae convexum. *Sima* eſt cavum, imo hoc certe ſignificat; quantum ex Celſo deprehendi; qui *Gibbum*, ut heic *Simo*, ſic ille *Concavo* oppoſuit. Sic enim VIII. 1. loquitur: *Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinſecus gibba, utrinque levis*. Jam vero nihil poteſt luculentius eſſe ejuſdem Latini Hippocratis loco VIII. 7. ubi de fragmentis oſſium prominentibus reponendis: *Si id manus facere non poteſt; vulſella* (vulgo *tanaglia*) *quali fabri utuntur, injicienda eſt acutae oſſis prominentis cuſpidi, ab ea parte, qua* (ipſa vulſella ſcil.) *SIMA eſt; ut ea parte, qua* (eadem vulſella) *GIBBA eſt, eminens os in ſuam ſedem compellat*. Niſi potius ſic interpretari malis, ut SIMVM ad os, GIBBVM ad vulſellam referas in hunc modum. In oſſis prominentia *SIMVM* eſt, *ubi planities cum colle committitur* (verba ſunt Galeni alibi producta) ſive eſt demiſſior ejus oſſis pars. Hanc partem prenendi vulſella jubet, ut deinde eadem vulſellâ gibbo ſuo in oſſis prominentiam incumbens eminens os in ſuam ſedem compellat. Verum utcumque Celſus intelligatur, certe *Gibbum Simo*, ut convexum concavo opponitur.

modice a circulari, ſeu (307) tranſverſa deflectant; ab inferiore parte ſurſum (308) & a ſuperiore deorſum procedentia; itaut pluries ubi capita occurrunt (309) decuſſentur, atque in ſeſe reflexa (310) angulum faciant, ſimulque inania cutis ſpatia rhomboidea (311) intercipiant.

Atq. haec eſt *Aſciae medicae* conſtitutio (quam Franc. Serao noſtro & aliis ſummopere probatã, viſamq. veriſſimam, gaudeo) hi ejus characteres ab antiquis traditi. Venio ad *τὸ σχεπαρνοειδές*. Nam Galenus quidẽ propter *Aſciae lignariae* ſimilitudinem ſic appellatam pluries tradidit. In quo tamen ea ſimilitudo ſita ſit, ibi maxime ubi totus eſt in ea ſimilitudine explicanda, haud plane explicuit, uti infra videbitur. Nec porro alii, quod ſciam, poſt Galenum veteres medici: nec tot viri doctiſſimi, qui poſt renatas litteras in antiquam medicinam illuſtrandam incubuerunt, non Gorraeus ab H. St. in theſ. citatus, non Foëſius in Oecon. non quiſquam alius (312) quantamcumq. diligentiam ego & diſertiſsimus Seraus (cui quantum per praelectiones publicas curationeſque datur otii, id totum in veterem juxta novamque medicinam exornandam inſumitur: plane exorando, uti quae partim affecta, partim concepta habet, perficiat, ac porro emittat) in eruditor. medicorum ſcriptis perveſtigandis adhibuiſſemus. Itaque hac ſpe dejecti, coepimus in eam deligationem penitius intueri;

donec

(307) Rectus faſciae circuitus, quatenus ab obliquo differt, alibi *ἐγκυκλος circularis* Galeno appellatur, alibi *ἰθεῖα recta*, alibi *ἐγκαρσία tranſverſa*. Vide ſup. Galeni loca.

(308) Sunt verba Heliodori, quem vide ſup. num. 5.

(309) Hoc eſt *τὸ χιάζεσθαι* Aſclepiadis, quem vide ſupra in Erotiano num. 4.

(310) Vide ibid. in Aſclepiade *κλάσιν* & *γωνίαν*, & Galeni *τὸ ἐκκεκλασμένως* & ſubjectam ibi adnotationem.

(311) Vide Hippocr. ſup. num. 3.

(312) Promittebat ſane a Sculteto ſuppetias Lexicon Caſtello-Brunonianum in V. *Aſcia*: ubi ad finem legitur: *Hoc vinculi genus egregie delineavit uſuinque monſtravit Scultetus Armamentario Chirurgico par. I. tab. 54. fig. 3. & ſeq.* Quae Sculteti citatio eadem in Steph. Blancardo reperitur. At vero Scultetus edit. Venetae an. 1665. aut Amſtel. 1672. nullam habet tab. 54. Verum ad tab. 28. haec tantum de *Aſcia* habet: *Fig. X. eſt femur fractum, faſcia Aſciali, & in crucem adducta obligatum; canalique &c.* Figura ipſa non modo, quid ſit in eo vinculo *σχεπαρνοειδές*, ſed ne Aſciae quidem cujuſmodi conſtitutio fuerit, demonſtrat. Item ad tab. XXVII. fig. X. ſic Scultetus habet: *Fig. X. eſt tibiae os cum vulnere & prominentiis fractum, faſciis non in crucem, ſed in circulum adductis obligatum... Ligatura haec aſcialis, quae Hippocrati adſcribitur, infra in curatione fracturae cum vulnere clariſs. verbis explicabitur.* At in loco, quem deſignat, de Aſcia Hippocr. nihil. Ipſa vero figura X. tabulae XXVII. merum *τὸ Doloire* Gallorum repraeſentat.

donec lux affulgere tandem viſa eſt; quae utrum omnem hinc caliginem ſit diſpulſura, lector aequus judicabit.

Nam Serao quidem noſtro ſuſpicio ſubiit, (quae & mihi fateor jam initio ſubierat) dubitanti utrum, quum capita habenarum ſibi occurrentia atque in ſeſe redeuntia flexum ſive angulum faciunt (vide ſeq. iconem) unuſquilibet ex illis ductibus in itu, Aſciae manubrium, in reditu, ejuſdem ferramentum exhibeat; in eoque poſitum ſit τὸ Σχεπαρνῶδον, de quo quaerimus. Sed hanc conjecturam, quamvis non aſpernandam, quin ſequar, nonnulla me impediunt.

Verum, miſſis aliis opinationibus; haud ſane alibi illa Aſciae ſimilitudo, quam in inanibus cutis ſpatiis, quae ſpleniis pluries circumductis ac decuſſatis intercepta viſuntur, mihi quaerenda eſſe videtur. Vide in appoſito ſchemate plura triangularia intervalla inter binos faſciae ductus. Unum quodlibet ex illis certe Aſciae ferramentum refert non tantum propter utriuſque figuram triquetram, verum ex eo multo magis, quia utrumque non eſt ex genere planorum, ſed curvorum triangulorum, ac ferme quale trigonum erit, quod in cylindri ſuperficie deſcribetur, ſed ita ut trigoni baſis ſit axi cylindri parallela; tunc enim curvitas illa exſiſtet, quam in ferramento Aſciae Galenus agnoſcit (vide ſupra in Aſciae definitione) quaeque etiam in vacuis deſcriptae deligationis intervallis in femore ſe prodit. Atque hinc intelligimus, cur Heliodoro Aſcia ſit femoris vinctura (Scultetus quoque Aſciam in femore adhibuit) re enim vera in femore intervalla linteis intercepta & ſuâ triquetrâ figurâ, & curvitate, & juſta (313) dimenſione Aſciam exhibebant.



Atque haec eſt in Aſcia medica σχεπαρνοειδὴς forma; quae quum ipſa per ſe per mihi facilis & clara viſa fuit; tum vero

(313) In femore, inquam, quum cutis interceptiones & figurae triangularis, & curvitatis, & dimenſionis tantae, quanta ferme in Aſcia reperitur, ratione habita, plane σχεπαρνοειδεῖς eſſent; hinc reor τὸν Σκέπαρνον initio peculiarem femoris vincturam fuiſſe. Verum deinde ubicumque triquetra interceptio ſe prodebat, etiam ſi minor quam pro Aſciae modo; ibi etiam Aſciam agnoverunt. Vide infra locum Hippocratis, in naſi deligatione Aſcias reperientis.

ro conſentit cum aevi Hippocratei conſuetudine, quando ſollemne erat rebus ex figura, quam praeſeferrent, nomina tradere. Sic ex poematiis illis ad finem Theocriti, quod bipennis figuram oſtentabat, Πέλεκυς dicebatur; quod arae, Βωμὸς; quod ovi, Ὠόν. Nec aliud in geographicis obtinebat; quippe quum Apamea Κιβωτὸς, ex eo quod *Arcae* figuram qualemcumque oſtenderet; Sicilia *Triquetra*; antiqua Aegyptus *Delta*; & alia plura in hunc modum, dicerentur. Nec alia porro ratio fuit, qua ab antiquiſſimis uſque temporibus conſtellationibus nomina fiebant, ut hoc *Plauſtrum*, illud *Trigonum*, ac diverſis aliae nominibus dicerentur, prout qualis qualis rerum illarum ſpecies in μορφώσειν illis primorum aſtrologorum animis occurſabat. Eadem ratio fuit, qua vincturis nomina fieri coeperunt: haec Σχέπαρνον, illa *Rhombus*, ex iis cauſis, quas oſtendi, dicebatur; tum aliud *Vallum*; aliud *Cancer*, aliud *Teſtudo*, ut alias ſexcentas vinculorum appellationes omittam in Hippocrate, Heliodoro, Sorano, & in libro *de Faſciis*, qui Galeno tribuitur. Vel ſi ſunt tamen, quibus tradita interpretatio parum probetur, excogitent ipſi meliora; quibus libenter ſubſcribam.

Eſt tamen, quod mihimet ipſe, quamvis invitiſſimus, opponam; Galeni ſcil. de hac interpretandi ratione ſilentium. Quid dico ſilentium? imo in iis ipſis locis, quibus τὸ σχεπαρνοειδὲς deligationis hujus explicare aggreditur, tamen neſcio quid aliud docet, quod vereor, ut ſe probet. Vide Galeni locum ſup. num. 2. *Ad Aſciae autem lignariae ſimilitudinem deſinens, quod a recta linea paullum recedens incurvetur* &c. Vide huic parem locum num 6., deinde num. 7. *Nam quum praecipit, plagulas Aſciatim membro ſuperdandas, ab orbiculato circuitu* (qui circulus alibi *Recta*, alibi *Tranſverſa* Galeno dicitur) *eam eſſe faciendam declinationem definit eo modo, quo eſt Aſcia materiaria*: quae, ut in definitione Aſciae Galenica vidimus, in extremitate curvatur. Vides jam Galeno quid ſit vinculi hujus τὸ Σχεπαρνοειδὲς: eſt ſcil. modica illa a recto circuitu declinatio. At (viri ſummi, cui medicina & artes ceterae debent vel plurimum, pace dixerim) quid ea declinatio habet σχεπαρνοειδὲς? Si curvitatem in plagula inde repetis, quod femori, tamquam cylindro, circumducitur; non minus in circulari deligatione, ea curvitas, quam in ea quae inde declinat, deprehenditur. Si porro

ro (quod certe vult) in modico receſſu a circulari aſciae ſimilitudo ponitur ; quid ille receſſus curvi habet , praeter partis habitum , cui applicatur ? De.nde ſi circularem *Rectam* appellas ; ea quae declinat , non video , cur minus Recta dicenda ſit . Poſtremo non intelligo ecqua ſit in *deſinentia* declinantis illius curvitas : in qua ille Aſciae ſimilitudinem reperit . Quae non eo dico , quo quidquam de magni Galeni exiſtimatione decedat . Imo vero ultro fateor , aliquid in ea deligatione fuiſſe , quod Galenicas rationes juvaret . Sed quidquid illud fuit ; nos certe non cogit , ut ipſi potius (praeſertim non ſeſe explicanti) quam maximo medicinae parenti Coo credamus .

Nam equidem , vel quolibet pignore depoſito , contendo , τὸ σκεπαρνοειδὲς vincturae hujus , qua de agitur , ubi ſit quaerendum , Hippocratem clare demonſtraſſe , iis certe , qui ad ejus oracula animum intendere ſtuduerint . Sic enim ille in *de Artic.* Sect. XXX. in edit. *VanderLind.* (Graeca Hippocratis qui volet , adeat ſup. not. 289. quae tamen heic ad verbum interpretabor) *Nam deligationum haec eſt maxime varia , quae & plurimas quidem Aſcias habet , & interruptiones atque interceptiones cutis maxime varias rhombiformes .* Ut Hippocratis ſententiam aſſequaris , notandum eſt , ibi Hippocratem non de *Aſcia* primario agere , ſed de naſi vinctura ; quae ubi fiebat , multae ibi *Aſciae* , *Rhombi* multi exſiſterent , neceſſe erat . In quo igitur *Rhombus* (unum ſcil. ex vinculis Hippocraticis : vide num. 1.) erat ; in eo & *Aſcia* quaerenda eſt . Atqui τὸ ῥομβοειδὲς *Rhombi ſimilitudinem* in διαῤῥωγαῖς (h. e. in *interruptionibus* habenarum , qua illae ſpatia inania relinquebant : vide ſup. Galenum num. 3. διαῤῥωγὰς interpretantem τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶν ὀθονίων) & in διαλήψεσι τοῦ χρωτός h. e. in cutis intervallis inter plagularum ductus relictis agnovit Hippocrates . Ergo & in eiſdem διαστήμασιν *intervallis* Σκεπάρνους agnoverit , neceſſe eſt . Non eſt ergo amplius ambigendum , quid Hippocrates *Aſciam* appellaverit.

At enim , inquies , in ea , quam ſupra attulimus , Aſciae deſcriptione , inter habenarum ductus rhombi plures , non item *Aſciae* ſive trigona intercipiuntur . Reſpondeo , id quidem verum fore , ſi in deligationibus nihil aliud quam habenae eo , quo dixi , modo circumductae agnoſcantur . Verum praeter faſcias erant & panni ; & in fracturis , (in qui-

 bus

bus maxime Aſcia valebat,: ad ἀσφαλιζέσθαι κράτιστα τῶν συντετριμμένων *ad comminuta firmiter retinenda*, ut ait Gal. ſup. num. 7.) erant & ferulae. Sed mitto ferulas: at panni certe primi omnium affectae parti applicabantur, eaq; ὑπόδεσις aut ὑπόδεσμις Hippocr. erat: pannis faſciae ſuperdabantur, quae ἐπίδεσις dicebatur. At panni iſti rhombos, ſi non omnes, at eorum plures bifariam dividebant; h. e. ex ſingulis rhombis binas Aſcias efficiebant. Ita fit ut in vincturae σχεπαρνηδὸν factae διαῤῥεωγαῖς, ex Hippocrate, & Aſciae ſimul & ſpatia rhomboidea deprehenderentur. Poſtremo vel ſi ſubjecti panni nihil conferant ad aſcias repraeſentandas: fac, inquam, in διαῤῥεωγαῖς non aliud quam rhombos exſiſtere: at certe plurimi ex iis rhombis nonniſi dimidiati, itaut aſcias referant, cernentur, propterea quia eorum dimidium tantum obtutibus patet, pars vero altera in averſâ femoris parte latet. Sane enim κατὰ τὸ δοκεῖν, h.e. non ab eo, quod re ipſa eſt, ſed ab eo quod videtur, vincturis illis impoſita fuiſſe nomina certiſſimum eſt. Id quod video etiam placuiſſe viro elegantis doctrinae atq. ingenii Canonico Joſ. Boncorio; quum is ſupra appoſitum ſchema mihi pro ſua humanitate delinearet. Atque haec, quae in Aſciam Hippocraticam ſum commentando expertus, eruditiſſimorum medicorum (quos & numero plurimos, & doctrina & ſagacitate ſingulares, & haec civitas, & Italia univerſa numquam non parens foecunda protulit) judicio permitto; inprimis autem Regii Archiatri Franciſci Boncorii, qui merito ſuo in hoc Regno hodie in artium facile excellentiſſima dictaturam exercet; quique ſuo in REGIS optimi ac feliciſſimi tuenda valetudine ſtudio vigilique induſtria non tantum populares ſuos, ſed & exteros plane univerſos BORBONIAE ſtirpis ſtudioſiſſimos, ſibi devinxit, ac porro devinciet „

MANTISSA ALTERA.

De propria ſignificatione vocis ΤΕΚΤΩΝ *& inde derivatorum, ſive de S. JOSEPHI CHRISTIQUE Opificio.*

Ad Matth. XIII. 55. Marci VI. 3.

Dixeram, TANUCCI ornatiſſime, (ſup. pag. 158. & not. 206. & ſaepe alibi) vocem ΤΕΚΤΩΝ non eſſe fabrorum omnis generis communem, ſed *materiariorum* peculiarem. Ad id oſtendendum pauciſſimis ſane contentus eſſem, ſi non aliud quam τὸ Σκέπαρνον *Aſciam* mihi illuſtrandam propoſuiſ-

ſem.

ſem. Nunc id damus operam, ut dum in tenui argumento verſamur, tamen appareat, nos ſerias res agere; nec fruſtra nos de IOSEPHI, CHRISTIQVE ipſius Servatoris (314) opificio ſollicitos, id laborare, ut *Aſciam* iſtam male a quibuſdam de eorum manibus excuſſam, eiſdem tandem luculenter adſertam, conſacremus dedicemuſque. Nam Matth. XIII. 55. CHRISTVS fuiſſe legitur ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, Vulgato Interpreti, *Fabri filius*: imo & ipſe Servator Marci VI. 3. dicitur: οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων; *Nonne hic eſt faber*? Laudo ſane, quod ſanior interpretum pars S. Joſephum (uti & IESVM) materiarium fuiſſe, ſtatuunt. Sed quod id ex antiquorum traditione colligi ajunt, id non perinde probo. Nam etſi pro lignario opificio laudantur aliqui (puta S. Juſtinus, & praeterea vix unus aut alter) tamen Hilarius, Chryſologus, Beda, & alii plures, ferrariam factitaſſe, innuunt. Orientales quoque Evangeliorum translationes variant nonnihil. Ex quibus poteſt intelligi, in IOSEPHI opificio non conſenſiſſe antiquitatem. Quare longe aliam viam ingrediendam mihi ſtatui, ut in propriam paſſimque uſitatam vocabulor. TEKTΩN & FABER notionem prius inquirerem; quo fundamento praejacto, tum demum putavi me antiquorum ſententias tum numeraturum exactius, tum & de iis ſanius judicaturum. Vereor tamen, ne qui in ceteris multus fui, in hoc demum argumento plurimus ſim futurus, nec ſine ineptae diligentiae offenſione. Verum rem ſic tranſigam, ut ſumma tantum rerum capita lectoribus delicatioribus legenda proponam: cetera, quaſi παρεκβάσεις, in adnotationes conjiciam, quas incurioſi rerum harum tuto praeterire queant, cupidioribus interim uſui futuras.

I.

Vox TEKTΩN *ejuſque derivata quid apud antiquam mediamque Graeciam ſignificaverint.*

Evangeliorum interpretes (315) quoſcumque viderim, ad hunc

(314) Quum iſthaec opificia audis; noli putare ea generis nobilitati Sanctae familiae fuiſſe dedecori. Nam praeterquamquod ἔργον οὐδὲν ὄνειδος, *artificium nullum probroſum* eſſe, ajebat Heſiodus; Hebraeorum in more poſitum fuit, ut etiam quibus res lautior eſſet, tamen adverſus omnes fortunae caſus opificium aliquod addiſcerent. Vide interpretes heic & ad XVIII. Act. 3.

(315) Calmetus ad hunc Matthaei locum, *Graeca vox*, ait, *quodlibet fabri genus ſignificat*. Eadem habet Marci VI. 3. & Diſſ. de S. Joſeph,

hunc dicam exiſtimarunt, eam vocem generalem eſſe: eumq. errorem habent cum lexicographis, qui paſſim teruntur, communem, cumque omnibus ferme viris doctiſſimis, qui poſt renatas litteras Graecos Scriptores Latina civitate donarunt, qui Τέκτονα non aliter quam *Fabrum*, Τεκτονικὸν *fabrilem*, Τεκταίνομαι *fabricor*, & ſic ceteram ejus vocabuli ſobolem interpretari conſueverunt. Impoſuit viris clariſſimis etymologiae ratio; nam Τέκτων eſt a Τεύχω, quod generaliter eſt *fabricor*. At equidem planiſſimum faciam, id vocabulum (quamquam ſuo etymo generale) ex uſu tamen omnis generis ſcriptorum ſine controverſia artis lignariae peculiare eſſe: hanc adeo Joſephum, imo & CHRISTUM exercuiſſe.

Atque ut ab hoc ipſo Evangelii loco ordiar; non eſt veriſimile, Evangeliſtas generali vocabulo heic uſuros fuiſſe, praeſertim praefixo articulo. Nam, amabo, ſi τῷ TEKTONI γενικὴ ſubjicitur notio, illud ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς quid aliud valebit, quam ſi diceremus *Il figlio dell'artegiano?* (v. heic Tillem. not. 3 15). Nunc cedo, inter tot opificia, quae in una civitate exercentur, totq. artifices, quiſnam erat ille ὁ τέκτων *ille faber*, qui eo vocabulo, veluti intento digito, demonſtrabatur? At ſi *materiarius* intelligitur, id bene procedet; neque enim in illa urbecula multi materiarii erant; ac vel ſi fuiſſent, nemo perinde inepte loqui videbitur, ſi heic Neapoli diceret: *Non è queſti il figlio del falegname?* ac ſi diceret: *Non è queſti il figlio dell'artegiano?* Prius ſaepe quotidiano ſermone uſurpatur: alterum ne fando quidem auditum fuit. Haec eo pertinent, ut negem vocem τέκτων, etiamſi generalis eſſet, generaliter heic poſſe accipi; ut liberum ſit eam de lignario, aerariove, vel alio artifice intelligi.

Nunc illud demonſtrare aggrediar, τὸ Τέκτων nequaquam uni-

ſeph, ubi Τέκτονα definit, *un homme de metier, un artiſan*. Idem in aliis ante Calmetum reperies, uti in Vatablo, Brugenſi, & doctiſſimis quibuſq. interpretibus ad hunc ipſum locum. Marianus Victorius in indice poſterior. Hieronymi tomor. in V. *Joſeph* poſt relatas ſententias, ait: *Vox Graeca τέκτων anceps*. Chriſtiano Hilſchero in *Sched. de ſtudiis CHRISTI* §. 11. (apud Fabric. to. ult. Cod. Pſeud. N. T. p. 437.) *Vox* Τέκτων πολύσημος (eſt) *& quamlibet ſive opificem ſive artificem deſignat*. Tillemontio not. 2. de S. Joſepho ὁ τοῦ τέκτονος eſt *le fils de l'artiſan*: quam tamen γενικὴν loquendi rationem numquam potuiſſe venire in mentem ſive Judaeis, ut ſic ineptiſſime interrogarent, ſive Evangeliſtae ut ſic γενικῶς ſcriberet, jam initio demonſtravi. Poſtremo ceteri omnes ſive ſacrae hiſtoriae, ſive Scripturae explanatores ſic de ſententiarum diſcidio loquuntur, ut prae ſe aperte ferant, putare ſe Τέκτων generale eſſe vocabulum.

univerſis opificiis convenire, ſed dumtaxat materiario. Atque ut ab antiquis grammaticis ordiar: In Gloſſis veteribus τέκτων exponitur Latine his modis: *Faber tignarius*, *faber lignarius*, *Materiarius*: quod nullam tergiverſationem admittit. Sane obſervavi Gloſſarum auctores N. T. voces ſaepe ſibi vertendas propoſuiſſe. Adhaec proprietatis vocabulorum ſollertiſſimus obſervator Jul. Pollux non aliter id vocabulum, & quae inde proficiſcuntur, accipi debere tradit. Sic I. 12. inter eos qui in templorum fabrica occupantur λιθοξόους τε καὶ οἰκοδόμους, καὶ τέκτονας *lapicidas*, *aedificatores*, *materiarios refert*. Ut & n. 161. τέκτονας inter caſtrorum artifices ſic numerat, ut ſint certe tignarii, ſive ut caſtigatius (316) loquar, lignarii artifices. Sed prae ceteris lege hujus grammatici caput 26. (317) lib. VII. quod inſcribitur Τεκτόνων ἔργα καὶ ἐργαλεῖα *Materiariorum opera & inſtrumenta*, ut plane ſtatuas quid proprie τέκτων ſit, quid vero τεκτονική. Vel ſaltem lege eumdem X. n. 146. ubi τέκτονος σκεύη haec numerantur Σκέπαρνον, πρίων &c. *Aſcia*, *ſerra* &c. deinde fabri ferrarii, aedificatoris, &c. inſtrumenta ordine ponit.

Atque haec de optimo grammatico (cui quidem Favorinus [318] paria habet) quem unum tanti facio, ut prae eo ceteros poſteriores, numerum ac turbam, qua urgearis potius, quam juveris, exiſtimem. Simul illud bona fide fateor, grammaticos duos, qui Polluce poſteriores, Suida tamen & Euſtathio antiquiores videntur (Heſych. & Ariſtophanis Scholiaſten intelligo; etſi haec ſcholia non unius auctoris nec unius aetatis ſunt) γενικωτέραν notionem τέκτονος vocabulo ſubjeciſſe. Quid quod Suidas etiam & Euſtathius in ſpeciem idem atque Heſych. ſenſiſſe videntur? Qui tamen omnes, praeſertim poſteriores duo, adeo non

(316) Nam *tignarios* quid proprie appellarint antiqui, Cajus docuit l. 235. §. 1. *de verb. ſign. Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui aedificarent*. De quo vide plura ſup. pag. 199. & not. 242.

(317) Pollucis illud caput 26. lib. VII. longius eſt, quam ut totum hic adſcribatur. Sed praecipua ejus capitis in adnotationem 319. contuli, poſt adnotata Euſtathii.

(318) Non invitus feci, ut & Varinum Favorinum in medium producerem; quippe quem ubique reperi non de ſuo hepate ſapere, ſed ſua ſemper ex veteribus hauſiſſe grammaticis: quo ſane merito & is in veterum cenſu haberi poterit. Is haec prae ceteris in ſuo lexico poſuit, quae quadrant in noſtram ſententiam. Τεκταίνεται· ξύλα ἐργάζεται... Τεκτονική ἐςι τέχνη περὶ ξύλα καταγινομένη, θρόνων ποιητικὴ, καὶ πολλῶν ἄλλων. Quae mox adſcribam, ea ex Euſtathio deſumſit. Τέκτων δόρων· οἰκοδόμος καὶ ναυπηγός, καὶ ἁπλῶς ἅπας ὁ ὁπωσοῦν διακείμενος περὶ σκληρὰν (corr. περὶ ὀστεῶν ex Euſtathio) ξύλων. Vides ligna tantum huic vocabulo ὑπόκειται.

non oberunt, ut etiam ſummopere profuturos confidam. Ab Euſtathio incipiam, propter Homeri, in quem uberrime commentatur, dignitatem; una enim eademque opera, quis ſit Homericus τέκτων, percipietur.

Ergo eruditus principis Poetae interpres Euſtathius ferme de eo vocabulo, tamquam γενικῷ loquitur. Sed vel ſic tamen adeo non turbat, ut ſummopere juvet; maxime ſi locos Homericos, ad quos commentatur, ſimul conferas; ex quibus poſtremo intelliges, τέκτονα Homericum ſic γενικὸν fuiſſe, ut omnem duntaxat lignariae artis propaginem ac familiam (veluti aedificatores, naupegos &c.) ſuo ambitu complecteretur, non ut ad alia opificia, quae in lignis non occupantur, pertineret. Eam locorum collationem, cui tanti ea res videbitur, in ſubjecta (319) adnotatione reperiet; ubi ſimul Pollucem idem plane antea docuiſſe oſtendetur.

Supereſt

(319) *Euſtathii loca de* Τέκτων, *tum & Pollucis caput 26. lib. VII. explicatur. Qua notione* Ἀρχιτέκτων *uſurpetur. Quis* Τεκτόναρχος Μοῦσα *Sophocli. Galeni locus expoſitus.*

Ac primum Euſtathius ad Hom. Il. Z. 315. ad illud Τέκτονες ἄνδρες, Οἵ οἱ ἐποίησαν θάλαμον, καὶ δῶμα, καὶ αὐλήν. *Materiarii, Qui ei fecerunt thalamum & domum & atrium:* ſic adnotavit: Τέκτονας δὲ κατὰ ὄνομα γενικὸν καὶ τοὺς οἰκοδόμους λέγει. i. e. Τέκτονας *autem generaliter eo ſumto vocabulo* (quod tamen cum dicit, vel eo innuit, alias id nomen *materiarii* eſſe peculiare) *aedificatores intelligit.* (Pollux quoque VII. 117. aedificatores Homero τέκτονας appellatos obſervaverat) Verum ſi animadvertiſſet Euſtathius, Homericum illum θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν, omnia ex lignis conſtitiſſe, ex uſu heroicorum temporum, mirari deſiiſſet, cur eorum fabricator τέκτων appellaretur.

Adhaec ad illud Il. O. 410. Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος: *Ac veluti amuſſis lignum navale dirigit in manibus periti materiarii:* ſic idem ſcriptum reliquit pag. 1023. 9. Τέκτονα δὲ, τὸν ναυπηγὸν γενικῷ λέγει ὀνόματι. h. e. Τέκτονα vero *naupegum generali nomine appellat.* Cujus ſimile eſt & quod ad illud Od. E. 250. εὖ εἰδὼς τεκτοσυνάων, *artis materiariae peritus*, adnotavit pag. 1533. 16. Ὅρα δὲ καὶ ὅτι τὴν ναυπηγικὴν, γενικώτερον τεκτοσύνην ἔφη· ἐπεὶ καὶ τέκτων ὁ ναυπηγὸς ὀνόματι γενικῷ. *Obſerva, artem fabricandarum navium generalius* τεκτοσύνην *dixiſſe: nam* τέκτων *etiam naupegum generali nomine ſignificat.*

Poſtremo ad illud Od. P. Μάντιν, ἢ ἰητῆρα κακῶν, ἢ τέκτονα δούρων, *Vatem, aut curatorem morborum, aut fabrum lignarium:* ſic pag. 1821. 15. ſcriptum reliquit: Τὸ δὲ ἰητῆρα κακῶν ἐντελῶς ἐφράσθη· καθὰ καὶ τὸ τέκτονα δούρων. Τὸ μέντοι ἰητὴρ καὶ τὸ τέκτων, ἐλλειπτικῶς λέγονται. Τέκτων δὲ δούρων, οἰκοδόμος τε καὶ ναυπηγός· καὶ ἁπλῶς ἅπας ὁπωσοῦν διακείμενος περὶ ἐπισκευὴν ξύλου. *Illud* ἰητῆρα κακῶν *integre dictum; ſicuti & illud* τέκτονα δούρων: nam *ceteroqui quum* Ἰητὴρ, *aut* τέκτων (ſine illo additamento dicitur) *ellipſis eſt.* *Et quidem* Τέκτων δούρων *eſt tum aedificator, tum & naupegus; & uno verbo quivis circa lignarium opus occupatur.* Vere hoc ultimum dixit; nam, uti poſtea oſtendemus, Pin-

daro

ἁρματοπήγων eſt, qui currus facit; Platoni is qui tibias & lyras, qui lectos, qui naves domoſque fabricat; Dionyſ. Halic. *κλίμακας τεκταίνεσθαι* dixit: Juſtino & Chryſoſtomo *τεκτονικὴ* circa aratra, juga, plauſtra verſatur: mitto jam alios. Itaq. univerſa, quam latiſſime patens artium *ξυλουργικῶν* familia, *τεκτονικῆς* ambitu merito comprehenditur.

Atque heic praeteriri non debet, quod Jul. Pollux VII. integro cap. 26. totus in eo eſt, ut oſtendat, artes omnes, quae circa ligna occupantur, vocabuli *τέκτονος* & *τεκτονικῆς* complexu contineri. Itaq. & *ναυπηγὸς* *naupegos*, & *κλινοποιοὺς*, & *θυροποιοὺς* *lectorum* & *januarum* artifices eo refert; adhaec autem & eorum fabros quae ad convivalem ſupellectilem pertinent, uti *menſarum*, *ſellarum* &c. inſuper & *ſcalarum*, & *aſcenſionum*. *Τεκτονικὸν* δὲ, inquit, *καὶ τὸ πακτῶσαι θύρας*, *ἐν Ἀριστοφάνους Λυσιστράτῃ*: *Materiarii etiam eſt & fores compingere, in Ariſtophanis Lyſiſtrata*. Mox ejus artis inſtrumenta recenſet, & ei opificio uſitata verba, more ſuo. Qua recenſione defunctus, ad ſuperius illud argumentum redit; nam ait: *ἐργάζοιτο δ᾽ ἂν ὁ τέκτων καὶ μυάγρας* &c. *muſcipularum quoque confectio ad fabrum lignarium pertinet* &c. Mox: *καὶ ἁρματοπηγὸς δὲ καθ᾽ Ὅμηρον προσήκοι ἂν τεκτονικῇ* &c. *Sed & Carpentarius ſecundum Homerum in artis lignariae cenſu eſt*. Deinde de curribus locutus, de aedificatoribus ſic orditur: *Καὶ τοὺς οἰκοδόμους Ὅμηρος τέκτονας καλεῖ*. *Aedificatores Homerus τέκτονας appellat*. Homeri loca partim cum Euſtathii adnotatis modo depromſimus, partim alibi producemus: duo heic ex Odyſſea loca indicabimus, unum P. 340. *ὅν ποτε τέκτων ξέσσεν* &c. *Quem* (poſtem) *τέκτων polivit*: alterum Φ. 43. iiſdem verbis, de limine loquens. Cauſam Homericae *ῥήσεως* initio hujus adnotationis aſſignavimus, quia ea opera ex ligno erant: & re vera his locis poſtem *cupreſſinum* limen *quernum* Poeta eſſe dixit.

Poſtremo ne vocem quidem Ἀρχιτέκτων (quam Graeci juxta Latinique pluries de ſtructorum principe ac *προστάτῃ* uſurpant) a re lignaria alienam putavit. Haec enim ſubjicit: *καὶ Ἀρχιτέκτων εἴρηται παρὰ Πλάτωνι*. Subſiſtamus paullisper heic, antequam cetera adſcribam. Vocem Ἀρχιτέκτων uſurpatam Platoni dicit, ſed in re materiaria; nam ecce Platonis locum Ἐρασταῖς (pag. 135. C. ed. Serrani) *Καὶ γὰρ ἐκεῖ* (h. e. in *τεκτονικῇ*) *τέκτονα μὲν ἂν πρίαιο πέντε ἢ ἓξ μνῶν ἄκρον, ἀρχιτέκτονα δὲ οὐδ᾽ ἂν μυρίων δραχμῶν· ὀλίγοι μὲν καὶ ἐν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι γίγνονται*. *Nam materiarium quidem quinque, ſummum ſex minis emas licet, at architectona ne decies mille quidem drachmis comparaveris; quia pauci admodum in univerſa Graecia architectones exſiſtunt*. Vides jam quid ſint Platoni *architectones*, quod & docuit me Joſephus in III. *ἀρχαιολ.* 6. ubi de Tabernaculi Moſaici opere lignario conſtruendo narrat. Ibi prope initium ſic poſuit: *Ἀρχιτέκτονας τοῖς ἔργοις ἐφίστησι*, *Architectonas operibus praeficit* Beſalelum & Eliabum; qui certe operis lignarii, non ſtructorii principes opifices erant. Quamquam Philo aliter: apud quem in *de ſomniis* (pag. 596. C.) Beſeleelo, tamquam operis adminiſtro, *παραδείγματα ἀρχιτέκτων Μωσῆς* *exemplaria Architectus Moſes* ſufficiebat. Poſtremo Siracidae XXXVIII. 30. Ἀρχιτέκτων ex ligno ſtatuas facit. Etſi in LXX. & *ἀρχιτεκτονεῖν* & *ἀρχιτεκτονία* & *ἀρχιτεκτονία* de cujuſvis generis opere uſurpata reperiuntur: ut & Paulus ep. ad Cor. & Plato in Gorgia pag. 455. B. *ἀρχιτέκτονα* vulgari notione acceperunt.

Pergit vero idem Onomaſtici auctor: *Βιαία γὰρ ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ τεκτόναρχος Μοῦσα*. Quod H. Steph. in Theſauro non aſſequitur. Non ipſam, opinor, metaphoram ab architectura petitam putavit eſſe *βιαίαν*, ſed omnino vocem dumtaxat *τεκτόναρχος* appellat *βιαίαν* h. e. *coactam*: nam ut ego interpretor, ut verſus neceſſitati ſerviret, ideo voce nova uſum poetam putavit. Hanc interpretatio-

neua

Supereſt, ut de Heſychio, Ariſtophanis interprete, & Suida videam: quorum duo priores artificum totum genus intra ejus vocabuli ſeptum concluſerunt. Nam Heſychio ΤΕΚΤΩΝ eſt πᾶς τεχνίτης *omnis artifex*. Eadem eſt Scholiaſtae

ſen

nem veram eſſe oſtendit *αἰτιολογικὸν* illud γάρ. Ἀρχιτέκτων dixerat vocem uſitatam eſſe: nam alteram τεκτόναρχος non imitandam, quippe vi ac neceſſitate expreſſam. Verte ego ſic: *Coactum vero eſt* (ac vi proſodiae expreſſum) *quod Sophocli in Daedalo Muſa* Τεκτόναρχος *dicitur*. Atq. haec ad Pollucem explanandum ſatis. Reſtat quid Poetae illi fuerit τεκτόναρχος Μοῦσα. Nam Minervam quidem artibus praeeſſe novi (unde μηχανῖτις Pauſaniae, & in lapidibus ERGANA appellatur) at de Muſarum quapiam, id juxta cum ignariſſimis ſcio. Dicam tamen quid ſentiam. Ariſtophanes Equitibus 527. affert celebris ac paſſim triti carminis (quod ibi Scholiaſtes ad Cratini Eumenidas refert) tale initium: Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων *Pulchrorum hymnorum artifices*. Eâdem metaphora bis uſum Pindarum animadverti; nam Pyth. III. 200. Ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν τέκτονες οἷα σοφοὶ ἅρμοσαν. *Ex carminibus ſonoris, qualia artifices ſapientes* (carminum) *concinnarunt*. Et Nem. III. 7. Μελιγαρύων τέκτονες Κώμων νεανίαι. *Melliſonorum auctores hymnorum juvenes*. Quo pertinet etiam Τεκτοσύνη ἐπέων *verſuum compoſitio* in quodam epigr. Ex his locis, aliiſq. fort. plurimis, quae mihi nunc latent, facile eſt intelligere, fuiſſe hanc metaphoram celeberrimam, qua ſacri vates τέκτονες ὕμνων, μελέων &c. aut ſine alio additamento, abſolute τέκτονες vocarentur. Ex quo licere ſibi Sophocles exiſtimavit, Muſam poetarum praeſidem, τεκτόναρχον nuncupare, pulcherrima ſane, quamvis non intellecta, translatione.

Ad extremum Pollux τὸ Ἀρχιτεκτονεῖν Ariſtophani Daedalo uſurpatum notavit. Ea fabula non exſtat. Sed quia Daedalus fabricae materiariae inventor fuiſſe Plinio aliiſque dicitur; in ea fabulâ τὸ ἀρχιτεκτονεῖν de re lignaria fuiſſe poſitum, fit veriſimile. Sed nunc apud eum Comicum in Pace 304. idem verbum legitur.

Haec ex Pollucis cap. 26. delibaſſe, eademque illuſtraſſe ſufficiat. Verum heic diſſimulare non queo, quod a Polluce & Euſtathio diverſus abit Galenus. Nam illi duo lignaria omnia opificia, quaecumq. demum illa ſint, Τεκτονικῆς ambitu complectuntur, ac nominatim *naupegos & aedificatores*: contra iſte Τέκτονα diſtinguit a *naupego*, *aedificatore*, & pluribus aliis ligna tractantibus. Locus is extat lib. *ad Thraſybulum* cap. 28. ubi in eo eſt, ut oſtendat, materiam eamdem pluribus artibus ὑποκεῖσθαι *ſubjici*: Ξύλα μὲν γὰρ ὕλη κοινὴ καὶ ναυπηγῷ, καὶ τέκτονι, καὶ μηχανοποιῷ, καὶ οἰκοδόμῳ, καὶ ἄλλοις μυρίοις. *Quandoquidem lignum & fabricatori navium, & materiario, & machinarum ſtructori, & aedificatori, & ſexcentis aliis communis eſt*. Quod deinde & in creta &c. oſtendit. Heic ego nolo ea reſponſione uti, in vocum ſignificatu malle me grammaticis accuratioribus (imo & Homero, & Platoni, quibus *naupegus & aedificator* eſt intra ſeptum Τεκτονικῆς: de Homero vide Euſtathium ſup. not. 319: at Platonis locum in Philebo vide infra not. 331.) quam medico quantovis credere. Malo rem ſic tranſigere: Homeri & grammaticorum illorum Τέκτονα, ex antiquo vocabuli uſu, γενικώτατον eſſe, ut ſit πᾶς ξυλουργός: at Galeno & poſteriori aetati Τέκτονα anguſtiora habuiſſe ſpatia, & a *naupego*, *aedificatore* & pluribus aliis fuiſſe diſtinctum: ſicuti apud nos hodie naupegus & quidā alii lignorum artifices diverſa nomina atque officinas habent ab eo, qui communi vocabulo *il Falegname* appellatur.

ſententia ; qui ad Equitum verſ. 527. ſic adnotat : Τέκτονες Πάντες οἱ τεχνῖται· h. e. τέκτονες *ſunt omnes artifices*. At Suidas paullo aliter definit : ΤΕΚΤΩΝ. Κοινὸς (320) τεχνίτης· ὁ λαοξόος καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων. Τέκτων *eſt communis artifex : lapicida, & lignorum peritus*. Vides quantum ſit inter hoſce grammaticos diſcriminis ; quum duo priores omne genus artifices, hic tantum lapicidam & materiarium ejus vocis finibus complectantur. Sed hoc poſterius verum eſt ; nec enim eſt dubitandum, quin τέκτονος vocabulum non tantum lignarium opificem ; verum etiam nonnumquam lapicidam & ſtructorem deſignet. Neque ea notio tantum ex Homeri auctoritate liquet, cui ea vox etiam aedificatorem notat (nam fort. poterat οἰκοδόμος Homero τέκτων ideo dici, quia id genus fabricae totum ex lignis erat, ut initio adnotationis 319. dixi) verum etiam ex Joſepho ; apud quem lapicidae inſtrumenta (321) τεκτονικὰ appel-

(320) Suſpicabar antea, ſcripſiſſe Suidam κοινῶς τεχνίτης, hac ſententia, ut τέκτων ſit *communiter & univerſe artifex*, ſive, uti loquitur Heſychius, *omnis artifex*: cujus univerſi generis duas tantum eximias ſpecies mox ſubjungi, lapicidam & materiarium. Si ſic legatur; nullum erit inter Heſychium ac Suidam diſcidium. Sed quia nullum Kuſterus affert veterem librum, qui κοινῶς habeat ; recepta lectio non eſt ſollicitanda ; praeſertim quae veriſſimam vocabuli notionem complectitur.

Atqui, ſi recte judico, ΚΟΙΝΟΣ apud hunc grammaticum Τεχνικὸν eſt vocabulum, & grammatica notione accipiendum. Apud grammaticos κοινὸν γένος eſt quod duobus commune eſt, maſculino & feminino : & κοινὴ συλλαβὴ eſt tam brevis quam longa : & Latinis *communia verba* tam activae quam paſſivae ſignificationis. Et omnino acceptione grammatica *commune* eſt duum dumtaxat ; nam quod pluribus convenit, *Omne* dicitur. Iſidorus I. orig. 6. *COMMUNE dictum, quod duobus generibus nomen unum communicat . . . OMNE genus dictum, quod cunctis generibus ſervit, maſc. & faem. neut. & comm.* Ergo Suidas quum dicit κοινὸς τεχνίτης, vult eam vocem *duobus* opificis, quae mox ſubjicit, eſſe communem. At Heſychius quum ait Πᾶς τεχνίτης, etiam τεχνικὸν eſt illud πᾶς, i. e. ad univerſa pertinens genera.

(321) Joſephus in VIII. ἀρχαιολ. 3. num. 2. *Tota vero templi* (Salomonici) *fabrica multa cum arte exſtructa eſt ex lapidibus politis, apta admodum levique commiſſura junctis* (ὡς μήτε σφύραν, μήτε ἄλλου τινὸς ἐργαλείου ΤΕΚΤΟΝΙΚΟΥ τοῖς κατανοοῦσιν ἐργασίαν δηλοῦσθαι) *ut intuentibus nullum uſquam mallei* (ſive potius *aciſculi*, qui Graecis τύκος, interdum & σφύρα dicebatur, quod noſtris lapicidis hodiedum *il martello* dicitur) *aut cujuslibet inſtrumenti LAPIDARII* (ſic enim heic vertendum eſſe illud τεκτονικοῦ, Suidae auctoritas cogit) *appareret indicium ; ſed illis non adhibitis, materiam omnem congrue coagmentatam fuiſſe : itaque ſua ſponte potius cohaeſiſſe, quam vi ferramentorum, videretur*. Quae quum ita ſint ; erravi (quid enim diſſimulem?) ſup. pag. 200. not. 244. col. 2. lin. 8. ubi Tzetzem reprehendi, quod τύκον h. e. *Aciſculum* appellaverit ἐργαλεῖον τεκτονικόν. In hoc enim ille Joſephum auctorem habet locupletiſſimum. Huc refer-

pellata reperio. Quin etiam & ex voce ἀρχιτέκτων idipſum confirmatur, quae arti ſtructoriae (322) cum lignaria communis eſt; ac poſtremo ex diſerta Pollucis auctoritate VII. cap. 26. (323) extremo; & ex Iſidoro, qui *ſtructores* Graece Τέκτονας appellari ait: de quo inf. not. 328. Ex quo intelligis, id eſſe veriſſimum, quod ſup. (c. 2. ubi de *Aſcia ſtructoria* pag. 199.) tetigi, ſtructoriam ac lignariam artes ſorores eſſe, eadem utriuſque inſtrumenta numerari; poſtremo utramque artem Homero, imo & Joſepho, Polluci (fort. & aliis) τεκτονικὴν nuncupari.

Venio nunc ad Heſychium. Cujus gravis inprimis grammatici auctoritati quid reſpondebimus? Verum primum omnium quantumcumque auctoritatis Heſychio tribueris, nihil ad Pollucem; nihil ad uſum ſcriptorum omnium, de quo infra. Ut omittam, quam ſiniſtre de Alexandrino iſto ſenſerint Caeſar Scaliger, Rich. Bentlejus, Reineſius apud Fabric. Bibl. Graec. lib. IV. c. 35. ad finem num. VI. Sed ſit ſane eximius. At negari non poteſt, quin multa ex aevi ſui loquendi conſuetudine petiverit. Quid ſi enim ſuſpicer, poſteriori (324) Graeciae τὸν τέκτονα fuiſſe πάντως τεχνίτην? Quae loquendi conſuetudo ſuorum temporum fort. Heſychium (quem ex pluribus indi-

ciis

referri poteſt, quod verbum τεκταίνομαι (quod ceteroqui de operibus lignariis paſſim uſurpatum reperio) Procopius in de Aedificiis I. 1. de ſtructoribus uſurpavit. *Anthemius*, inquit, *Trallianus* ... τοῖς ΤΕΚΤΑΙΝΟΜΕΝΟΙΣ τὰ ἔργα ξυθμίζων ἤδη τε γενησομένων ἀποδιασκευάζων ἰνδάλματα h. e. *digerendo fabris operi intentus, agendorumque imaginibus praeformandis*. Et quod alter ille Judaeus Philo idem verbum de mundi fabrica poſuit: τὸν κόσμον ἄνοσον ἐτεκτήνατο: *mundum morbi exſortem eſt fabricatus*. Nam mundi fabrica ad ſtructoriam potius artem μεταφορικῶς refertur, quam ad lignariam.

(322) Vocem Ἀρχιτέκτων de οἰκοδομίᾳ pluries accipi, non eſt dubium. Adeat qui volet H. St. alioſque lexicographos. Etiam Latini eo ſignificatu id vocabulum uſurparunt. At de arte lignaria nondum quiſquam exemplum protulerat. At equidem paullo ſuperius not. 319. ex Platone & Joſepho & aliis exempla depromſi. Vide ſi lubet.

(323) Jul. Pollux ad finem cap. 26. lib. VII. inter aedificatoris nomina poſuit, καὶ λιθουργὸν καὶ λιθολόγον, deinde ſubjecit haec: εἰ μὴ τοῦτο φῂς ὑπηρετικήν τινα εἶναι τῇ τεκτονικῇ τέχνῃ. *Niſi hoc*, inquit, (h. e. artem lapidariam) *ſubſervire arti τεκτονικῇ dixeris*. Ex quo vides, putaſſe hunc grammaticum eam artem, cujus lapidaria eſt adminiſtra (ſtructoriam ſcil.) nihilo eſſe minus τεκτονικήν.

(324) Apud Nicephorum Gregoram lib. IX. initio cap. 6. Camaris & Caſtellanus, ΤΕΚΤΟΝΙΚΗΝ τινὰ μετιόντες τὴν τέχνην h. e. *fabrilem quamdam artem exercentes* urbem Conſtantinop. prodiderunt. Videtur heic enim τεκτονικὴν eſſe vox univerſi generis. Verum, ut bona fide agam, illud τινὰ *aliquam* non neceſſario arguit, putaſſe Gregoram univerſa prorſus opificia appellari τεκτονικά; ſed eo pertinere poteſt, ut Camaris & Caſtellanus

ex

ciis minus aliquanto, quam volunt, antiquum reor) impulerit, ut ſcriberet, omnes opifices τέκτον☉ comprehenſione contineri. Accedebat eodem etymologiae ratio. Quid enim ea vox non generalis Heſychio videretur, quae ſit a τεύχω *fabricor*, quod verbum de cujuslibet generis opificiis uſurpatur? Qui tamē animadvertere debuiſſet, in compluribus nomen univerſi generis evaſiſſe unius rei peculiare: ut in hac ipſa arte lignaria Graecum Ὕλη & Latinum *Materia*, quae ſunt certe rebus omnibus ad fabricandum idoneis communia, tamen peculiariter lignum ſignificant: credo ex eo, quod antiquitus ſabricae omnes, etiam domorum, ex ligno fierent. Sed & illud fieri poteſt, ut Heſychius, quippe Alexandrinus, Alexandrinorum (325) loquendi conſuetudinem expreſſerit, quando τὸν τέκτονα ſcripſit eſſe πάντα τεχνίτην. Poſtremo, quidquid de Alexandrinorum dialecto ſit (nec dum enim Alexandrinos ſcriptores [326] probos γενικωτέραν notionem ei vocabulo ſubjeciſſe deprehendi) at LXX Seniores certe (ſic Graecos Bibliorum interpretes trito vocabulo nuncupamus: quos domo Alexandrinos fuiſſe, vulgo contenditur) generali ſignificatu ſaepenumero vocem τέκτων (327) uſur-

ex tot illis artibus lignariis (quas ſup. not. 319. ex Euſtathio & Polluce enumeravi) aliquam exercuerit, aut certe lapicida aut ſtructor fuerit, quos etiam ſup. ex Suida & Polluce & aliis τέκτονας interdum fuiſſe nuncupatos oſtendi. Adde quod Gregorae huic ſuppar Jo: Cantacuzenus III. 88. meminit τῶν τὸ δεσμωτήριον οἰκοδομούντων τεκτόνων h. e. τεκτόνων carcerem aedificantium: nisi vero id aedificium totum ligneum erat: quod tamen intutum fuiſſet.

(325) Alexandrinis peculiarem quaindam διάλεκτον fuiſſe, docent libri de ea re ſcripti ab Irenaeo quodam apud Suidam, & a Demetrio Ixione apud Athenaeum.

(326) Imo contrarium in Alexandrinis aliquot reperio. Philoni in I. Allegoriar. Legis, quaedam artes in contemplatione non item actione verſantur, ut geometria, aſtronomia: ἔνιαι δὲ πρακτικαὶ μὲν, οὐ θεωρηματικαὶ δὲ, τεκτονικὴ, χαλκευτικὴ, καὶ ὅσαι βάναυσοι λέγονται, quaedam rurſus activae, at non *contemplatrices, veluti materiaria, aeraria, & illiberales cetera*. Clementis Alex. locum, necnon & Origenis in VI. contra Celſum infra not. 339. producam, ubi Τέκτων eſt *lignarius* artifex. Ac plura, qui rimari velit, inveniet.

(327) *Τέκτονα LXXviralem ſaepe γενικὸν eſſe vocabulum; idque ex Hebraei ſcil. ſermonis ingenio.*

Negari quidem non poteſt, quin plurimum Seniores id vocabulum proprie pro materiario acceperint: quem in cenſum referri poſſunt ea loca omnia, ubi τέκτων cum aliis artificibus conjungitur: veluti 4. Reg. XXII. 6. & 2. Par. XXIV. 12. ubi cum οἰκοδόμοις componitur; & 4. Reg. XXIV. 14. 16. cum συγκλείουσιν; & 2. Par. XXIV. 12. ut & Eſdr. III. 7. nectitur cum λατόμοις: Iſa. vero XL. 18 & in epiſt. Jer. ver. 39 cum χρυσοχόῳ, & Iſ. XLI. 7. cum χαλκεῖ. His enim locis τέκτων peculiare nomen materiarii eſt, haud certe minus quam *aedificator, incluſor, lapicida, aurifex, ferrarius*, quibuſcum jungitur,

uſurparunt. Atque ea certe cauſa Heſychio fuit, ut ſcriberet: ΤΕΚΤΩΝ. Πᾶς τεχνίτης. Ad Seniorum, inquam, loquendi conſuetudinem prorſus ſpectavit ille, quando ſic ſcripſit; quippe quem ſcimus plurimas paſſim LXXvirales λέξεις in ſuum Gloſſarium congeſſiſſe. Atque haec de Heſychio.

Nunc de Ariſtophaneo Scholiaſte facilis eſt reſponſio, illum bona fide hanc ſuam adnotationem ex Heſychio deſcripſiſſe; ac totidem quidem verbis; niſi quod tantum Heſychii ſingulare in plurativum πάντες οἱ τεχνῖται commutavit, non alia certe de cauſa, niſi ut adnotationem ſuo Auctori accommodaret; qui comicus τέκτονες num. multitudinis dixerat. Atq. haec de duobus grammaticis, quibus dubitabam utrum deberem & Iſidorum adjungere, cui tantumdem videtur eſſe Graece Τέκτων, quantum Latine *Artifex*: ſed tamen *artificem parietum* ibi (328) Iſidorus intelligit.

Acce-

tur, opus certum notant. Sunt & alia loca, quibus non dubites eamdem prorſus notionem ei voci tribuere; veluti Ex. XXXI. 5. τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων ἐργάζεσθαι; & Iſa. XL. 20. ξύλον.. ἐκλέγεται τέκτων. & XLIV. 13. eadem locutio. Jer. X. 3. ξύλον ἐςὶν ἔργον τέκτονος. In epiſt. Jer. verſu 6. *lingua eorum* κατεξυσμένη ὑπὸ τεκτόνων. Sap. XIII. 11. ὑλοτόμος τέκτων. Sirachidae XXXVIII. 30. Τέκτων & ἀρχιτέκτων eſt qui e ligno ſtatuas facit.

Tamen ne illud quidem negari poteſt, quin aliis quibuſdam locis ei vocabulo Graeci interpretes ſubjecerint γενικωτέραν notionem; ut 1. Reg. XIII. 19. τέκτων σιδήρου, & 3. Reg. VII. 14. τέκτων χαλκοῦ. Iſ. XLIV. 12. *acuit* τέκτων *ferrum*. Baruc. III. 11. *argentum* τεκταίνοντες. Oſ. VIII. 6. & XIII. 2. de conflatili id vocabulum uſurpatur.

Huc etiam referri poſſit τέκτων ξύλων, quod reperitur 2. Reg. V. 11. & 4. Reg. XII. 11. & 1. Par. XIV. 1. & XXII. 15. Nam ex eo ipſo addito ξύλων conſtare arbitror τέκτονα LXXviralem eſſe γενικώτερον, & ad alia quaecumque opificia recte transferri. Niſi vero volumus Seniores illos ad Homericum τέκτονα δούρων *fabrum lignorum* ſpectaſſe (de quo vide Euſtathii adnotata ſup. not. 319.) quod non puto. Re enim vera illud Seniorum τέκτων ξύλων reſpondet Hebraico חרשי עץ *charaſcei ets* (i. e. *artifices ligni*) quod iis locis in fonte legitur. Et ceteroqui certum eſt Graecos Bibliorum interpretes fixum hoc ac deſtinatum habuiſſe, ut Hebraicum חרש *charaſh* (i. e. *artifex*) non alio vocabulo, quam τέκτονος commutarent (certe enim ubicumque Hebraeum illud nomen occurrit, pro eo Graece τέκτων ponitur, pauciſſimis locis exceptis: Τέκτων vero viciſſim numquam alteri Hebraeo nomini, quam quod ſupra poſui, reſpondet) quare ex eo factum eſt, ut LXXviralis τέκτων non peculiaris materiarii, ut apud ceteros Graecorum, fuerit, ſed γενικὴν Hebraici vocabuli *Charaſh* i. e. *artifex*, cui reſpondet, notionem ingeniumque induerit. Id quod in ſexcentis aliis vocibus τῶν ό uſuvenit, ut eae interpretandae ſint non ex uſu Graecorum, ſed ex vocabulis Hebraeis, quibus reſpondent: ut διαθήκη apud Seniores non eſt, quod Graece ea dictio valet, ſed quod Hebraicum *Berith*, pro quo ponitur, i. e. *foedus*.

(328) Iſidor. in XIX. orig. 8.

Fabros

Accedo jam ad recentis aevi viros Graece doctiſſimos, & quantum exſtat lexicorum, nec non Latinarum e Graeco interpretationum. Horum ego inveni neminem, qui de ΤΕΚΤΩΝ aliter ſtatuerit, quam ut ſit univerſi artificum generis vocabulum. Niſi quod H. Stephanum vidiſſe hanc, de qua tamdiu diſputo, Graecae dictionis proprietatem, non eſt ambigendum. Nam quaecumque in ſuum Theſaurum ejus nominis & inde derivatorum (329) exempla contulit, ea non poſſunt aliter quam de lignario ſive artifice, ſive opere, ſive arte intelligi. Quod quum & ipſe vir ſummus ibi animadvertat: tamen ad ultimum contrariis, quas affert, Heſychii & Suidae auctoritatibus, quas modo expendimus, pene (330) fractus vide-

Fabros autem (inquit) *ſive artifices Graeci* Τέκτονας *vocant* , *ideſt inſtructores* . Ubi non univerſum *fabrorum* ſive *artificum* genus Graeco Τέκτων reſpondere vult, ſed eos, quos ibi in titulo propoſuit, *De fabricis parietum* . Id quoque ex adjuncta interpretatione altera *ideſt inſtructores* aſſequor: pro quo tamen non dubito quin *ſtructores* ſit legendum. Peccatur hoc ſaepe in MSS. ut incipientibus ab ſt, ſp &c. addant initio I, ut apud eumdem Iſid. infra cap. 10. pro *ſtrictura* legebatur in veterib. cod. *inſtructura*.

Pergit deinde Iſid. *Architecti autem caementarii ſunt* , *qui* &c. Adjecta vox *caementarii* oſtendit, *Architecti* nomen γενικώτερον eſſe, & etiam rei materiariae commune, ut ſup. oſtendimus not. 319.

(329) Ac primum affert Plutarchi in Pericle locum, ex quo luculentiſſime τοῦ τέκτονος proprietas deprehenditur, ubi ὕλῃ h. e. *ligno* ſic τέκτων reſpondet, ſicuti λίθῳ λιθουργός, χαλκῷ χαλκότυπος &c. Xenophon in παιδείας tertio dixit τέκτονές τε καὶ λιθοδόμοι; & in V. Χαλκέας τε καὶ τέκτονας καὶ σκυτοτόμους. Et Hellenicor. IV. μετὰ λιθολόγων καὶ τεκτόνων. Thucyd. in VI. λιθολόγους καὶ τέκτονας. Quae loca eo pertinent, ut τέκτων non ſit generis nomen, ſed peculiare opificium complectatur, non minus, quam ea vocabula quibuſcum componitur.

Deinde addit & illud Homericum Od. Τ. ubi Icmalius τέκτων lectum ex ebore feciſſe dicitur. Idem Steph. in Ἀμείβοντες affert illud Poetae Il. Ψ. ubi τέκτων in contignatione τοὺς ἀμείβοντας h. e. *arrectaria tigna* ſive *tibicines* ſimul componere dicitur. Sed alia plura Homeri loca vide ſup. not. 319. ubi de Euſtathio. Idem Stephanus in Στάθμη produxit illud Sophocleum ex Athenaeo, ὡς τέκτονος παρὰ Στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών. Et illud Ammonii in Praedicam. Ariſt. ὡς γὰρ ὁ τέκτων τῇ στάθμῃ κέχρηται πρὸς διάκρισιν τῶν τε ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων.

Adhaec in Τεκτονικὸς profert ex Dioſcoride V. 112. Τεκτονικὴ μίλτος. Et abſolute Τεκτονικὴ Ariſtoteli in Probl. *artem lignariam* notat, ubi neſcio cur Gaza *artem aedificatoriam* tranſponere maluit. Aeſchines in Cteſiph. ἐν τῇ τεκτονικῇ ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μή, τὸν κανόνα προσφέρομεν. In Τεκτονία, ponit illud Theophraſti V. 8. ubi juniperum utilem εἰς τὰς τεκτονίας dicit. Atque haec ſunt apud Stephanum exempla, quae vix poſſunt alio quam ad artem materiariam pertinere. Quorum locorum bona pars in antiquioribus lexicis reperitur; ſed antiquiores illi τέκτονα *fabrum* γενικῶς interpretantur.

(330) Dixi pene fractum videri, quippe qui in illa Euripidis locutio-

videtur . Adeat , qui volet eum optimae frugis theſaurum : ſimul ſciat plura me alia ex probis (331) auctoribus poſſe notionis

cutione Τέκτονας κακῶν putavit ſe γενικὴν Heſychii & Suidae notionem reperiſſe : quae tamen eſt metaphorica acceptio , qualis in hoc vocabulo ſaepiſſime occurrit in Pindaro , Ariſtophane , & aliis . Mitto quod idem vir doctiſſimus ceteras voces a τέκτων derivatas , ut Τεκτονικὸς , τεκτονία , τεκτοσύνη , τεκτονεῖον , τεκταίνω &c. γενικῶς interpretetur , non ſecus atque in aliis lexicis traducuntur . Tanti nim. apud eum Heſychii auctoritas fuit.

(331) *Locorum συναγωγὴ ex omnis generis Scriptoribus de uſu vocis* Τέκτων *, & inde derivatorum .*

Pollucis , Gloſſarum , Suidae , Euſtathii auctoritates ſatis mihi futuras exiſtimaſſem ad definiendam veram vocis Τέκτων ſignificationem; niſi contra hos ex adverſo ſtarent Heſychius , & Ariſtophanis Scholiaſtes , etſi minoris hi quidem prae illis dignationis . Nunc ut hos indiligentiae atque erroris arguerem (etſi ſatis id quoque ſupra pag.268.269. praeſtitum fuit, quando Heſychio LXX , quibus τὸ חרש *charash* per vocem Τέκτων ubique reddere fixum eſſet , prae oculis fuiſſe demonſtravi : Scholiaſten vero bona fide id ex Heſychio deſcripſiſſe) tutiſſima illa , etſi plena moleſtiae , via viſa fuit , ut per omnes aut pleroſque Graecos ſcriptores , qua poſſem , circumirem , viderem que an vel unum deprehenderem locum , ubi pro univerſo artificum genere , aut aliter quam pro materiario , Τέκτων acciperetur . Sane reperi nullum , exceptis duobus tribuſve locis , ubi pro lapicida aut ſtructore uſurpatur , quos ſup. not. 321. adſcripſi . Itaque vera eſt Suidae finitio (imo & Pollucis : vide ſup. not. 319.) id nomen materiario cum aedificatore commune facientis . Etſi quia de ſtructore aut marmorario rariſſima ſunt exempla ; licebit univerſe τέκτονα *materiarium* reddere , niſi ſi quando peculiaris in ſcriptoribus ratio pro aedificatore militet . Quum autem mei docendi cauſa eum laborem in aucupandis Scriptorum locis exhauſiſſem; cur eadem loca cum aliis non communicarem ? Itaque contuli ea in hanc adnotationem , cupidis aliquando fort. uſui futura , faſtidientibus autem tuto praetereunda . Simul monitos lectores volo , ut ſiquem unum locum antiquorum nanciſcantur de alia , quam materiaria aut vero ſtructoria fabrica (quod non auguror fore) monere id non graventur .

Homeri loca quando jam ſupra not. 319. depromſimus ; ab ejus aequali aut ſuppare Heſiodo ordiar, cujus noti ſunt illi verſiculi initio ἔργων. v. 25. Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει , καὶ τέκτονι τέκτων , Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει , καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ . Ubi τέκτων non minus , quam κεραμεὺς , non eſt univerſi generis , ſed certi opificii nomen . Sic etiam Plutarchus in Numa (p. 71. D. ed. Francof.) cum τέκτοσιν & κεραμέας & plures alios junxit . *Diviſit autem civitatem per artes , nim. tibicinum , aurificum , materiariorum,* (ſic enim vertendum fuit illud τεκτόνων ; non vero *fabrûm* , quod eſt vocabulum univerſi generis , quod vulgatam interpretationem obſidet: quid enim inter tot certa opificia *Fabri* faciunt ? ſed hoc , uti ſemel dicam , malum per omnes late Graecorum ſcriptorum Latinas interpretationes graſſatur: nec eſt, quod deinceps de eo leviculo peccato moneam) *tinctorum , ſutorum , coriariorum, ferrariorum, figulorum* &c. Et quando ſemel Plutarchi memini, is in συμποσ. lib. III. extremo ſic ſcriptum reliquit : Τῶν τε γὰρ ξύλων τὰ τεμνόμενα ταῖς πανσελήνοις ἀποβάλλουσιν οἱ τέκτονες &c. *Ligna enim in plenilunio caeſa fabri lignarii reſpuunt , utpote tenera & propter humorem facile flacceſcentia .*

Pindarus ſemel proprie id vocabu-

cabulum uſurpavit (nam alias ſaepe *μεταφορικῶς*) de currûs artifice. Pyth. V. 47. Χειραρᾶν Τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων &c. *manibus compingentium materiariorum opera artificioſa afferens*. Vide locum.

Euripides: Τέκτων γὰρ ὤν, ἔπρατ-τες ὀ ξυλουργικά. *Quum ſis materiarius &c.* Aut ſi verſum verſu reddere amas; licebit more Plinii (de quo infra) *Fabri* vocem peculiariter accipere: *Quum ſis faber, tamen haud facis lignaria.*

Venio ad Ariſtophanem, qui (praeter locum pulcherr. de pelecanis τέκτοσι ſup. pag. 204. col. 1. v. 20.) Pluto 163. τὸ τεκταίνεσθαι non γενικῶς pro *Fabricor*, ſed peculiariter pro opificio lignario poſuit; ſic enim ibi Chremylus feſtive ſatis Plutum alloquitur.

Artes itē omnes atq. praeſtigiae & doli,
Excogitata, Plute, tua ſunt gratia.
Sutoris alius artem ſellulariam
Gerit, alius ferrariam, hic Lignariam.

(Graece: Ἕτερος δὲ χαλκεύει τις, ὁ δὲ τεκταίνεται). Etiam Plato in VIII. de Leg. [pag. 846. ed. Serr.] duas eas artes inter ſe oppoſuit in ea lege, nequis duo opificia exerceret: Μηδεὶς χαλκεύων ἅμα τεκταινέσθω· μηδ' αὖ τεκταινόμενος χαλκευόντων ἄλλων ἐπιμελείσθω. Pergit Comicus)

Alius flat aurum, nempe quod ei tute das
Alius ſpoliator, alius parietes fodit:
Eſt ille fullo, at ille lotor pellium,
Hic coriarius, ille caepas venditat.

Apud eumdem Lyſiſtratâ 675. Ἀλλὰ καὶ ναῦς τεκτανοῦνται. *Sed & naves fabricabunt*; jam enim ſup. not. 319. vidimus, eſſe etiam naupego (quatenus ſcilicet materiarius eſt) commune τὸ τεκτονικόν.

Sed ejuſdem Comici locum pulcherrimum Equitibus 460. non poſſum non adſcribere, in quo uſus verbi τεκταίνω ita μεταφορικὸς eſt, ut tamen inde aperte intelligatur, ex officina materiarii eam ductam eſſe translationem, ac tantumdem eſſe Graecis τὸ μεταφορικὸν τεκταίνω, ubi de fallaciis agitur, quod Plauto eſt *Exaſcio*.

Ταυτὶ μὰ τὴν Δήμητρά μ' οὐκ ἐλάνθανε
Τεκταινόμενα τὰ πράγματ', ἀλλ' ἠπιστάμην
Γομφούμενα γε πάντα καὶ κολλώμενα.

Non mi latebat, per Cererem, negotia haec
Exaſciata: nam ſciebam jam omnia
Gomphisq. glutinoq. commiſſa affabre.

Eadem metaphora occurrit Acharnenſibus 660. Πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω h. e. *Nullum non adverſum me dolum exaſciet*. Confer haec cum Plautino loco, quem ſup. pag. 123. not. 155. illuſtravi. Aſin. II. 2. 93. *Jam hoc opus eſt exaſciatum*. Non enim aliud, quam producta Ariſtophanis loca exprimere satagebat Latinus noſter Ariſtophanes, quando haec ſcripſit. Uterque comicus de ſtruendo dolo agebat, uterque ab arte lignaria translationem petivit; quod ille τεκταίνειν, id hic *exaſciare* dixit. Ac fruſtra eſt Gutherius (ſup. pag. 16.) qui ab opere tectorio id translatum putavit, fruſtra Muratorius neſcio unde arceſſivit. Non aliunde enim quam ab Ariſtophanis Equitibus, & ab opificio tignario ſua lux Plautino loco affunditur. Niſi quod tamen Ariſtophanes perfectum opus praeſefert, alter ruditer informatum. Illud etiam ex Ariſtophaneo Τεκταίνομαι, credo, tranſtulit Plautus, quod ex ejus Aſinaria citat Nonius in *Fabricantur*, quod tale eſt: *Fabricare, quidvis comminiſcere.*

Adhaec Xenophon in VI. Paediae pag. 151. eos qui munitiones turresque aedificant, Τέκτονας appellat. Τέκτονας δὲ εἰς τὸ ἡμῖν ὀχυρὰ πυργοῦσθαι.

Jam vero Platonis illuſtria aliquot loca afferam, quorum unum jam depromere occupavi modo in Ariſtophanei Pluti verſibus. Deinde in X. de Rep. (ed. Serr. p. 597. B.) tres κλίνας ſive *tria cubilia* exempli cauſa ponit, unum a natura, ſive ab auctore naturae Deo factum, alterum a κλινουργῷ h. e. *lectorum artifice* (& hunc ΤΕΚΤΟΝΑ appellat; nam & ex Polluce ſup. not. 319. κλινουργία ad τέκτονα pertinet) tertium a pictore. Quae videſis in magno Philoſopho. Alter inſignis locus eſt in Philebo (ed. Serr. to. 2. p. 56. B.) Τεκτονικὴν δέ γε, οἶμαι, πλείστοις μέτροις τε καὶ ὀργάνοις χρωμένην . . . κατά τε ναυπηγίαν, καὶ κατ' οἰκοδομίαν,

ρίαν, καὶ ἐν πολλαῖς ἄλλοις τῆς ξυλουργικῆς· κανόνι γὰρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται, καὶ διαβήτῃ, καὶ στάθμῃ &c. Ibi Serranus τεκτονικὴν vertit *architecturam*: quod & mox in loco, quem ex Stobaeo producam, factum fuit, ut & infra in Luciano: ſane peſſime. *Artem materiariam* (ait Plato) *reor, pluribus & menſuris & inſtrumentis utentem &c. tum in navibus fabricandis, tum in aedificatione, multiſque in aliis artis lignariae partibus: regula enim, opinor, & torno utitur, & circino, & amuſſi* &c. Idem philoſophus apud Stobaeum ſerm. 59. αἱ δὲ περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν. Poſtremo idem vir ſummus apud Laërtium in ejus vita num. 100. artes tres in claſſes partiebatur, prima earum, quae materiam (veluti metalla aut ligna) praeparant; altera earum, quae ex ea aliquid conficiunt, tertia earum quae his fabrefactis utuntur. In earum trium claſſium altera exempli cauſa haec verba ponit: ἐκ μὲν γὰρ τοῦ σιδήρου ἡ χαλκευτικὴ ὅπλα ποιεῖ· ἡ δὲ τεκτονικὴ ἐκ τῶν ξύλων αὐλοὺς καὶ λύρας. *Nam ex ferro ars ferraria arma fabricat, ex lignis materiaria tibias & lyras facit*: quae, uti dixi, exempli gratia ponuntur. Huic ſimile eſt quod Bion poeta bucol. fiſtulae paſtoritiae fabricam τέκτονι tribuit; ſic enim ſcripſit: Οὐ καλὸν, ὦ φίλε, πάντα λόγον ποτὶ τέκτονα φοιτῆν... ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τεχνᾶσθαι σύριγγα· &c. *Haud commodum eſt, amice, quacumque de cauſa ad materiarium ſtare.. ſed & ipſe tibi fabrica fiſtulam*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Apud Dionyſium Halic. in V. Antiq. Rom. (ed. Wechel. p. 309.) Sabini lignatum egreſſi, interrogati a Valerio, quid eorum imperator paret, *reſpondent, eum ſcalas & pontes fabricare*, λέγουσιν, ὅτι κλίμακας τεκταίνεται καὶ διαβάθρας. Ejuſdem duo alia maximi momenti loca infra producemus not. 335.

Diodorus Siculus lib. 3. ubi de hieroglyphicis litteris: Συμβέβηκε τοίνυν τοὺς μὲν τύπους ὑπάρχειν αὐτῶν ὁμοίους ζώοις παντοδαποῖς καὶ ἀκρωτηρίοις ἀνθρώπων, ἔτι δ' ὀργάνοις, καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς. *Earum formas cujuſvis generis animalibus, & hominum membris, adhaec autem & inſtrumentis, maxime lignariis, ſimiles eſſe videas*. Rhodomanum, qui vim vocis Τεκτονικὸς ignoraret, in hujus loci, qui noſtro argumento favet, interpretatione ratio fugit. Interim quam vellem hieroglyphicorum e τεκτονικῇ petitorum explicationes exitarent! ex iis nullo negotio diſceremus, quid *Aſcia* in hieroglyphica ſcribendi ratione valeret; magis certe quam ex Pierii Valeriani iis, quae ſup. pag. 7. recitavimus.

Galeni loca aliquot vide ſup. pag. 250. & ſeq., ibi not. 293. κατὰ τὰ τεκτόνων σκέπαρνα: *ad modum aſciarum lignariarum*. Et pag. 252. not. 297. *Aſciam enim* (οἱ τέκτονες) *materiarii appellant inſtrumentum quoddam, quod ſua extremitate*, (καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα) *qua ligna dolat, modice flectitur*. Et pag. 253. not. 299. ἀπὸ τῶν τεκτονικῶν ὀνομάζεσθαι σκεπάρνων δοκεῖ· *a lignariis aſciis ita appellatum videtur* vinculum ejuſdem nominis. Et pag. 254. not. 300. ὡς τὸ τεκτονικὸν σκέπαρνον. Idem in II. *de ſanit. tuenda* ſcripſit: *Et ut ſemel dicam, omnes homines* (τεχνῖται τε καὶ ἄτεχνοι) *ſive artifices, ſive idiotae, qui corpore ſeſe exercent, motuum ſuorum vires ignorant, uti* (ὀρχησταὶ, ναῦται, τέκτονες, ἁλιεῖς, γεωργοὶ, χαλκεῖς, οἰκοδόμοι, σκυτοτόμοι &c.) *ſaltatores, nautae, materiarii, piſcatores, agricolae, aerarii, aedificatores, ſutores* &c. Vides ſub γενικῇ voce Τεχνίτης contineri peculiarem Τέκτων, h. e. *materiarius*. Et in I. θεραπευτ. μεθ. c. 2. *Atque hinc adeo fit, ut &* (σκυτοτόμοι, καὶ τέκτονες, καὶ βαφεῖς, καὶ χαλκεῖς ἐπιπηδῶσιν ἤδη τοῖς ἔργοις τῆς ἰατρικῆς) *ſutores & materiarii & infectores & aerarii in medicinae opera inſiliant, ſuae antiquae artis magiſteriis vale dicto*. Etiam ſup. extrema adnotatione 319. illuſtrem Galeni locum protuli.

Arrianus in Epicteto IV. 8. Τέκτονος ſignum διακριτικὸν ponit τὸ σκέπαρνον *aſciam*. Mox ibid. *Quum quis male dolantem ligna viderit, non dicit*, Τί ὄφελος τεκτονικῆς; ἰδοὺ οἱ τέκτονες οἷα ποιοῦσι κακά,

nis arti lignariae peculiaris exempla huc comportare, partim antea mihi obſervata, quam Stephani theſaurum in conſilium adhiberem, partim dum in his eſſem: quae omnia eo pertinent, ut TEKTΩN ejuſque familia nonniſi ad materiariam artem referatur. Etſi non eo inficias, pauca quaedam loca exſtare, ubi de arte lapidaria uſurpetur: vide ſup. not. 321. & Suidae locum. Re enim vera permagna inter utrumque opificium affinitas intercellit: eadem utrobique inſtrumenta, idem agendi modus (de quo vide ſup. pag. 199.) ut non ſit mirandum, ſi TEKTΩN indeq. derivata vocabula ſint utriuſq. artis peculiaria.

Ex hucuſque dictis facile colligitur, non eſſe amplius dubitandum, quid apud Matthaeum atque Marcum τέκτων ſignificet, quodve Joſephi CHRISTIQ. ipſius opificium fuerit. At, inquies, Graecum Matthaei interpretem veriſimile eſt, Seniorum dialecto uſum fuiſſe, eamque vocem non pro lignario artificio, ſed communiter uſurpaſſe. Huic argumento ut reſpondeam, poſſem oſtendere, alium Judaeorum Alexandrinorum (unde domo Interpretes Graeci fuerunt) alium Palaeſtinorum ἑλληνισμὸν fuiſſe. Sed ne rem longius protraham; jam ſupra notavi in Graecis ipſis interpretibus multo eſſe plura loca, quibus τέκτων de opere tignario uſurpetur, quam ubi ad alia fabrefacta producatur. Et omnino χαλκεύς hujus cauſſae interpretibus illis non alia fuit, quam quod origine magis, quam uſu, vocis τέκτων adducti (quae vox eſt a τεύχω *fabricor*) ſtatuiſ-

κακά, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον λέγει, οὗτος οὐκ ἐστι τέκτων, πελεκᾷ γὰρ κακῶς· i. e. *Cui bono ars materiaria? ecce quam inſcite ſe gerunt materiarii! verum contra dicit, hunc oportet non eſſe materiarium, qui tam imperite dolat.* Idem deinde de muſico ponit exemplum. Paria de Τεκτονικῇ & muſica reperies in II. 14.

Lucianus in dial. *de paraſito*, ſive *quod ars ſit paraſitica* ait: *Sed has fort. artes* (puta muſicam, geometriam, rhetoricam) *propter difficultatem non didiciſti: at ex* (δημοτικῶν) *popularibus* (ſive *vulgaribus*) *illis quamnam tenes?* (Τεκτονικὴν, ἢ σκυτοτομικὴν) *lignariamne an ſutrinam?* At ibi interpres, quo utor, Τεκτονικὴν inſcite *architectonicam* reddidit. Apud Polyaenum VII. 21. 2. Datames Sinopenſib. claſſem habentib. (αὐτὸς ναυπηγῶν καὶ τεκτόνων ἀπορούμενος *ipſe naupegis aliiſq. materiariis caren*: at interpreti ναυπηγῶν eſt particip.) inſidiatur.

Poſſem & SS. Patrum, veluti Juſtini, Origenis, Baſilii, Chryſoſtomi, Theodoreti, alior. loca recitare; verum ea opportunius infra (vide not. 339.) producentur. Ad haec & alia plura paſſim, prout uſus poſtulavit, ſcriptorum loca tota hac mantiſſa deprompſi, ac porro infra depromam, ex quibus idem oſtenditur.

Viſo quid probi ſcriptores TEKTONA appellaverint, illud etiam eſt animadvertendum, artificum univerſum genus numquam Τέκτονας (non enim dubitem cauſa cadere, ſi vel unum ex probis auctoribus generalis notionis exemplum producatur) ſed plurimum Τεχνίτας, alias & δημιουργούς, & χειροτέχνας, aliquando etiam, ſed raro, χειρουργούς vocari.

ſtatuiſſent Hebraicum חרש charaſh non alio, quam τέκτονος, vocabulo commutare. Ac ne plura: utebantur Evangeliſtae φράσεσι LXXviralibus tum, quum res eſſet e Scripturis petenda (ac ne hoc quidem perpetuo) aut ſaltem ubi ad Scripturas aliquid alluſionis eſſet: at in Chriſti rebus domeſticis quid quaeſo intererat Seniorum dictionibus uti? Quam multa ac pene innumerabilia ſunt in Evangeliis bene Graeca, quae ἑβραϊκώτερον LXX. elocuti fuerant? Poſtremo vel ſi heic LXXvirali modo loqui Divini Scriptores voluiſſent; at voci τέκτων addidiſſent more Seniorum τεκτοσύνης τὸ ὑποκείμενον, dixiſſentque τέκτων ξύλων, aut χαλκοῦ, aut σιδήρου, quomodo illi locuti reperiuntur. Vide ſup. not. 326. Nam profecto quis ſibi perſuadeat, duos Evangeliſtas in notando Sanctae familiae artificio, generali vocabulo uſuros fuiſſe, imo Judaeos ſic ineptiſſime locuturos: *Nonne hic eſt* τοῦ τέκτονος (*dell' artegiano*) *filius*? quaſi aut unus in illo oppido opifex fuiſſet, aut vero Joſephus κατ' ἐξοχὴν *artifex*.

Poſſit & illud mihi objici; ſi ΤΕΚΤΩΝ non aliud, quam *materiarium* ſignificabat; quid ergo Latinus Matthaei interpres uſus eſt generali *fabri* vocabulo, ac non potius peculiari *materiarii*? deinde cur antiquitas in Joſephi opificio non conſenſit, dum alii lignariam, alii ferrariam illi officinam tribuerunt? Duabus hiſce difficultatibus non obiter, ſed diligenter & accurate reſpondendum eſſe mihi video. Quare ubi prius Latini interpretis cauſam egero, deque vocis FABER indole atque ingenio dixero; tum de antiquorum circa Joſephi artem ſive conſenſione, ſive diſcidio diſputabitur.

II.

Cur vetus Latinus interpres pro voce peculiari Τέκτων *generalem FABER appenderit; ſimulque de notione & uſu ejuſdem vocabuli.*

Vocem FABER generalem eſſe, vel illud argumento eſt, quod nonniſi ope adjunctorum peculiaria opificia deſignat, uti *Faber tignarius, aerarius, ferrarius, aurarius, argentarius, vaſcularius, lapidarius* in legibus & auctoribus. Quid ergo venit in mentem Veteri (332) interpreti Τέκτονα *Fabrum* interpreta-

(332) Vocem *Fabri* in laudatis Matthaei & Marci locis eſſe ab antiquo Interprete, vel inde patet, quod Tertullianus ad finem lib. *de Idol.* poſuit: *Hic eſt ille (dicam) Fabri filius*. Idem in *De Carne Chriſti* c. 7. *Et creditum patrem ejus Joſeph fabrum*. Juvencus Presb. hoc eum Matthaei locum carmine tranſtulit: *Nonne hic eſt ſoboles fabri, cui nomen Joſeph?* &c. In Hiſt. Trip. ubi de Hormiſdae martyrio: *Tyrannus ait, nega filium fabri*.

pretari, & pro certo opificio vagum & incertum nobis obtrudere? Sane non aliter hanc quaeſtionem ſolvi poſſe ipſe apud me antea ſtatuebam, quam ſi Latino huic interpreti Latinam linguam nativam non fuiſſe putarem, imo ne Graecam quidem (probam Graecam intelligo) ſed Judaeum fuiſſe Helleniſtam Chriſtianis ſacris initiatum: id quod veriſimillimum puto, quippe quum in illis exordiis Eccleſia magnam partem ex Judaeis credentibus conſtaret. Ergo Helleniſta is, qui LXXviralibus locutionibus aures tritas haberet, quum videret in LXX vocem Τέκτων numquam non Hebraico חרש *charash* reſpondere; hac autem Hebraea voce non unum aliquod certum opificium notari, ſed pro adjunctis, aut pro ὑποκειμένων diverſitate, modo aerarium, modo aurificem, aut aedificatorem, aut materiarium deſignari; hinc ut Evangelicum Τέκτονα ex ingenio ſermonis Helleniſtici interpretaretur, putavit ſibi ex Latinis vocibus eam deligendam eſſe, quae generaliter quemvis artificem nata eſſet ſignificare. FABRUM elegit. Sic rebar equidem.

Verum re melius perpenſa magno cum judicio in hac voce vertenda illum interpretem eſſe verſatum, deprehendi. Sic enim reperio, *Fabri* vocabulum, imitatione Graeci Τέκτονος, conſueviſſe olim Latinos peculiariter de materiario accipere, idq; ſexcentis antiquorum aevi Apoſtolici (333) locis poſſum

(333) *De FABRI voce peculiariter accepta pro materiario apud Plinium, Appulejum, & alios: quid faber ocularìarius: pluribus ſcriptorum locis lux affunditur.*

Ac primum Varro in VIII. de L. L. Analogiae voluntariae exemplum proponens, ait: *Ut in Fabrica, quum vident ſcaenam, ut dexteriore parte ſint oſtia, ſic eſſe in ſiniſteriore.* Ubi *fabrica* eſt Τεκτονική, cujus opus eſt *ſcaena*. Ac neſcio quid praeceptorib. Quintiliani VIII. 3. ubi de verbis novis, venerit in mentem de *Fabricae* voce dubitare. *PIRATICAM* (inquit) *quoque ut MUSICAM & FABRICAM dici adhuc dubitabant praeceptores mei.* Nam & Plautus *Fabricam* ſaepe, etſi μεταφορικῶς, uſurpavit, & *Piraticam* Cicero, & nemo non *Muſicam*. Sed redeo ad Varronem; cujus ſup. pag. 196. locum de Scobina attulimus correximuſque in hunc modum; *Lima enim materiae fabrilis eſt*, h. e. Scobina *eſt lima fabrilis* (i. e τεκτονικῆ) *materiae*. Et p. 193. locum Plinii illuſtravimus, ubi de teſtudinis gulâ ait: *Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri*. Et quando Plinii meminimus, ſaepe in hoc Scriptore *Faber* Τῷ τέκτονι reſpondet. VI. 39. ait abietis medullam (h. e. partem internam) ſectilem optimam eſſe *ad FABRORUM inteſtina opera*. XIII. 12. ubi de chartae confectione: *Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aſperſu: nam FABRILE* (Τεκτονικὸν) *gummiſque fragilia ſunt*. De eod. XXVIII. 11. *Medetur dentibus & fabrile glutinum in aqua decoctum*. XVI. 10. ubi de picea. *Lignum maribus durum, & in FABRILI* (h. e. Τεκτονικῷ) *opere contortum*. Et cap. 42. (in Hard. ſect. 82.) *Eadem* (abies) *valvarum repagulis, & ad quaecumque libeat inteſtina opera*

pera aptiſſima, ſive Graeco, ſive Campano, ſive Siculo FABRICAE ARTIS (i. e. Τεκτονικῆς) *genere*. Eadem notione Ovid. VIII. Met. 159. *Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis;* qui certe Τεκτονικὴν invenerat. An ea etiam eſt, *Ars fabrica* apud Paullum l. 19. §. ult. D. *de inſtr. vel inſtr. leg.*, & adhaec *ars fabrica & fabrilis* apud Chariſium in voce *Cubicularius*? Sed redeo ad Plin. qui eod. lib. XVI. 43. quum in eo eſſet, ut quid ex quo ligno fiat, oſtenderet, ſcripſit: *Sunt vero & parvi uſus FABRILIVM miniſteriorum* (h. e. τεκτονικῶν ἐργαλείων) ex quo ligno terebris vaginae, ex quo mallei &c. fieri ament. XXXII. 9. (in Hard. ſect. 34.) *Haec* (ſquatina) *eſt, qua diximus lignum poliri* (dixerat IX. ſect. 14.) *quia & e mari Fabriles* (Τεκτονικοὶ: niſi vero heic γενικωτέρα notio placeat) *uſus exeunt*.

Ac ne ex uno Plinio (cui certe ea locutio mire placuit) hauriam: Suetonius Claudio cap. 34. *Praeterq. deſtinatos* (beſtiarios) *etiam.. quoſdam committeret de fabrorum ... numero, ſi αὐτόματον, vel pegma, vel quid male anud parum ceſſiſſet*. Ubi fabri non aliud ſunt, quam machinarii, qui αὐτόματα illa & pegmata, & tabulata conſtruebant. *Fabri automatarij* mentionem reperio apud Grut. 642. 5. SATVRNINO. FABRO. AVTOMATARIO. Hinc facile credo, Suetonium ſcripſiſſe *Automaton* Latinis litteris, quomodo in antiquo libro legitur. Eſt apud eundem Grut. 645. 1. FABER OCVLARIARIVS; quod magnopere exercuit Reineſium XI. 66. ſed nullo cum operae pretio. *Medicus ocularіarius* quidem ſaepe legitur: at medici *artifices* rite dicuntur, non item *fabri*. Suſpicabar primam vocis illius litteram in lapide evanuiſſe, eamque reſtituendam, ut ſit *faber pocularіarius*, aut *focularіarius*? aut *loculariarius*, i. e. qui pocula, qui foculos, aut qui loculos faceret: aut veriſimilius IOCVLARIARIVS, i. e. ἀθυρματοποιός. Et ſane quae in ARIVS finiunt, ea interdum ſyllaba una creſcunt, quoties de artifice ſermo eſt: ſic *ocularius*, & *calcarius* de re dicuntur; ſed *medicus ocularіarius*, & artifex *calcariarius*, & alia in eum modum. Quo modo a *jocularius* fiet *joculariarius* is, qui jocularia fabricatur. Et I littera omnium faciliime potuit oblitterata latere. Sed tamen poſtquam reſipui, nihil mutandum cenſeo; nam illud FABER OCVLARIARIVS de eo intelligi debet, qui oculos pro ſtatuis faciebat. Quo nihil verius. In re ſtatuaria erant, credo olim, ſicuti & hodie ſunt, qui oculos vitreos facerent: at vitriarios Petronius infra not. 342. inter fabros recenſuit. Sed redeo in viam.

Porro autem *Fabricae* in Plauti Ciſt. ſunt quae Plinio *machinae murales* appellantur. Sic enim in Ciſtel. II. 2. 5. *Quot admoenivi illi fabricas? quot fallacias?* Ubi *admoenire fabricas* eſt ligneas machinas, veluti turres, vineas, & talia moenibus admovere: atq. hinc Plautus *fabricae* vocem ad fallacias notandas tranſtulit, tum heic, tum ſaepe alibi (veluti Bac. II. 2. 132. Epid. V. 2. 25. Mil. III. 1. 177. & 3. 2. Poen. V. 2. 139. in quo ineſt quoque imitatio Ariſtophanei Τεκταίνομαι; de quo vide ſup. not. 331.) non ſecus ac *machinae* haud raro ſunt callida conſilia. Et omnino Plauti *fabricae* (in adſcripto Ciſtell. loco) & *machinae* ſunt ſynonyma: poſterius enim plerumque artefactum aliquid ligneum ſignificat. Notum eſt quid ſit in theatro *E machina deus*. Alibi *machina* eſt cataſta, in qua ſervi venales exponuntur. Tabulatum, in quo pictores depingebant, *machina* dicebatur. Plin. XXXV. ad finem cap. 10. de Amulio: *Paucis horis pingebat idque cum gravitate, quod ſemper togatus, quamquam in machinis*. Ibid. ſuperius eâdem notione, ubi de Protogene & Apelle, uſurparat. Idem *machinis aedificationum*, ligneis certe, ſpartum uſui eſſe IX. 2. fatetur. Alibi: *Machinis luxatis* &c. Sed redeo ad *Fabri* lignariam notionem.

Hinc etiam Daedalus, materiariorum princeps, FABER κατ' ἐξοχὴν Juvenali I. 54. dicitur. *Et mare percuſſum puero* (Icaro) *fabrumque volantem*: quem, credo,

Grae-

ſum oſtendere. Quorum plures quum in vertendis Graecor. locis pro Τέκτων *Fabri* (334) vocem uſurparint; cur idem noſtro Interpreti non licuit? At ſcitiſſime ille ſuo eſt defunctus officio fidi interpretis, quando FABRI vocem uſurpavit, pro more ſaltem Pliniani aevi locutus, ex quo tot jam exempla depromſi.

Ceterum cave putes, perpetuum hoc Latio fuiſſe, ut *Faber* peculiariter materiarium notaret. Erat quum pro arte ferraria aut ſtructoria poneretur; cujus ſignificatûs exempla infra dabimus. Sed plerumq. univerſum artificum genus notabat, haud plane tamen omnes artifices, ſed ferme eos, quibus materia durior ſubjiciebatur; nam quibus mollior, ea plaſtice erat. Verum de hujus indole vocabuli conſulat, cui tanti eſt, ſubjectam (335)

Graeci poetae Τέκτονα appellaverant ἀντονομαστικῶς. Quo refer illud Hygini tab. 39. *Daedalus . . qui FABRICAM* (credo quod Graece reperiſſet τεκτονικὴν) *a Minerva dicitur accepiſſe*. Illudque Solini cap. XI. *Daedalus fabrae* (aut, ut in M. S., *fabricae*: utrumque recte) *artis magiſter*.

Adhaec vero Appulejus non videtur aliter, quam peculiari notione materiaria, Fabri vocabulum accepiſſe: qui ſic ſcripſit in Apologiâ. *Scil. ergo Phrygionibus aut fabris negotium iſtud dandum fuiſſe* (quaerendi piſcis) *atque ita opera cujuſq. artis permutandi . . . ut FABER mihi piſcem everreret* (h. e. everriculo caperet) *ut piſcator mutuo lignum dedolaret*? Ex quo loco non tantum diſcimus, fabrum peculiariter accipi, aeque ac Phrygionem & piſcatorem, verum etiam *fabrum* eum eſſe qui ligna dedolat. Et Metamor. X. *Erat mons ligneus . . . ſublimi inſtructus fabrica* (i. e. machina lignea) *de manibus fabri* (h. e. artificio materiarii) *fonte manante*. Poſtremo Metamor. IX. in fabula de fabri uxore (caſtis auribus non committenda) ex *dedolandi* verbo apparet & *fabrum* illum non alium quam lignarium fuiſſe, & *fabriles operas*, quas ille praebebat, Τεκτονικὰς intelligi.

Poſtremo Minucius Octavio c. 23. ubi de ſimulacris: *Niſi forte nondum deus ſaxum eſt, vel lignum, vel argentum. Quando igitur hic naſcitur? ecce funditur, fabricatur, ſcalpitur: nondum deus eſt . . .* Ubi τὸ *Fabricatur* (i. e. τεκταίνεται) ligno reſpondet; ſicuti *Funditur* argento, *Scalpitur* ſaxo. Quantivis pretii locus. Quo etiam pertinet illud Aelii Donati ad Ter. Eunucho (quod ſup. pag. 172. retulimus) ubi τὸ DOLARE FABRI interpretatur, *lignum eſt aſcia caedere*: & illud Nonii (vide ſup. ad finem pag. 175.) *EDOLARE fabrorum eſt verum verbum, quum materiarum complanatur aſperitas*. Quibus locis FABER eſt peculiariter *materiarius*.

(334) Quod Dioſcorides V. 112. ſcripſerat: ἡ δὲ τεκτονικὴ μίλτος &c. ἀρίστη δὲ ἡ Αἰγυπτιακὴ καὶ Καρχηδονική: id Plinius XXXV. 6. Latine ſic interpretatur: *Ex reliquis rubricae generibus FABRIS utiliſſima Aegyptia & Africana*. Nec minus alia loca, quibus *Fabri* nomini Plinius (& alii) peculiarem lignariam notionem ſubjecit, de Graeco transtuliſſe putandus eſt (ut qui ex Graecis ſcriptoribus pleraque hauſit) ac pro Τέκτονι *fabrum* poſuiſſe: quod & alii fecerunt. Hinc in Gloſſis Cyrilli Τεκτονεῖον (quae eſt τέκτονος officina) exponitur abſolute FABRICA. Ubi viciſſim quas Latini hiſtorici *Fabrum centurias* dixerunt, eae ſunt τεκτόνων Dionyſio Halic. de quo vide not. ſeq.

(335) adnotationem. Interim hoc jam certo demonſtravimus,

Fabri

(335) *De vocabuli FABER notione atque ingenio. Deinde de collegiis FABRUM. Vegetius corrigitur. Dionyſius, Plinius, aliique illuſtrantur.*

Vox FABER (quam a *faciendo* derivatam volunt) generalis eſt quidem, non ſic tamen ut omnia prorſus artificia complectatur. Nam ecce Cic. in Planciana textores a Fabris diſtinxit. *Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.* Adde illud Appulei Apologiâ: *Scil. ergo Phrygionibus aut fabris negotium iſtud dandum fuiſſe?* Idem Cic. in III. de Nat. D. a pictura ſejunxit: *Ut pictura, & fabrica, ceteraeque artes.* Et in I. off. *Pictores & ii qui fabricant.* Eadem diſtinctio eſt apud Julianum l. 23. D. *de operis libert. Hae operae .. multum diſtant a fabrilibus, vel pictoriis operis.* Mox: *Si libertus faber aut pictor fuerit.* Idem l. 24. *Veluti* (operae) *fabriles, pictoriae.* ad finem: *Quod in fabro vel pictore dici non convenit.* Quae omnia eo huc produxi, ut appareat, mendoſum eſſe Ulpiani locum l. 26. §. 12. *Sed ſi operas patrono exhibuit, non officiales, ſed fabriles, veluti pictorias* (corr. *vel pictorias,* uti liquet ex laudatis Juliani & Tullii locis) *vel alias.*

Cave vero putes *Fabros* eos omnes eſſe, qui Graecis *βάναυσοι τεχνῖται*, dicuntur; maxime propter Ciceron. auctoritatem, qui *textores* a *Fabris* diſpeſcuit. Sed ſi non iidem *βάναυσοι* ac *fabri*; relinquitur, ut ex Iſidoro & Servio Fabri ii ſint, quibus ὑπόκειται materia durior, veluti ferrum, lignum, lapides: ſicuti *plaſtice* materiam molliorem exercet, uti ceram, cretam, gypſum, de quo infra not. 343. dicam. Nam quod in Excerptis Gloſſar. Steph. *Faber ſigularius*, legitur, eſt aevi *βαρβαριζόντως*.

Atq. ut hujus vocis indolem in apertum proferam; ea quidem Graecorum Τέκτονι e regione reſpondebat; uti patet ex iis, quae de Graeco Latini interpretabantur [v. not. 334.] ſed ita tamen, ut aliquanto latius, quam Graeca vox, pateret. Nam Graeco quidem Τέκτονι ligna tantum ac lapides (quo ambitu continentur artes ſane quam plurimae) ſubjiciebantur: at Latinorum *Fabro* praeterea etiam metalla: unde ſunt illa *Faber aerarius, ferrarius, aurarius, argentarius.*

Sed tamen ut Graeci, ſic & Latini vocabuli diverſus pro diverſis Latii aetatibus videtur fuiſſe uſus. Τέκτων quidem antiquitus non tantum pro materiario, ſed & interdum pro lapicida, & pro eo cui lapicida ſubſervit, ſtructore accipiebatur (exempla protuli not. 319. & 321.) at poſterior deinde haec notio paullatim rarior evaſit. *Faber* autem Latinorum etſi numquam non circa tria illa ὑποκείμενα (ligna dico, lapides, ac metalla) verſabatur: at diverſimode pro diverſis aetatibus. Nam aureo illo linguae Latinae aevo, ſi hoc a Plauto ad Auguſtum porrigas, ita id nomen commune omnibus iis opificiis erat, ut tamen aliquanto facilius de metallorum ac ſtructurae fabrica uſurparetur. Atque ad ſtructuram quod attinet, palam ſunt exempla Plauti (apud quem Moſt. I. 2. *Faber* pluries eſt aedificator) Horatii (cujus eſt illud, *Cras ferramenta Teanum Tolletis fabri*) Varronis (in cujus I. R. R. 14. *fabrile ſepimentum* eſt maceria) Ciceronis pluries, & aliorum complurium. De metallis vero ſunt etiam multo plura Plauti, Virg. Ovid. &c. loca; quibus *Faber* ſine additamento aerarium ſignificat: quae plena manu not. 342. dabimus. At deinde ab aevo Plinii *Faber* coepit intra *lignarios* cancellos ſe continere (vide ſup. not. 332.) credo imitatione Graecanici Τέκτονος, cujus jam tum veſtigiis *Faber* religioſiſſime inſiſtebat, propterea quod Plinius, Appulejus, aliique totos ſe Graecorum diſciplinae dedidiſſent, eorumq. ſcripta nonnumquam αὐτολεξεὶ interpretarentur. Itaque pro Τέκτων *Faber*, pro Τεκτονικὸς *Fabrilis* illi tranſponere non dubitabant. Poſtremo quarto CHRISTI ſaeculo ac deinceps, *Faber* ita du-

rioris

rioris materiae finibus ſe continuit, ut ſpreto ligno, ſpretis lapidibus (tamquam mollioribus ſcilicet) unice ferme ferro ac metallis tractandis ſe mancipaverit. Vide infra not. 343. Etſi etiam iſtius ἐκβαρβαρωθείσης Latinitatis aevo, non deerant tamen, qui, quod ad antiquiorum illud caſtius loquendi genus conformaſſent ſtylum, non committendum putarent, ut *Fabri* vocabulum tantum Vulcani officina, tamquam in ergaſtulo, concluderetur; illudque datis habenis ſpatiari liberius ſinerent. Horum in numero fuit Hieronymus, credo & alii. Vide infra not. 344.

Quae hucuſque de *Fabri* pro diverſis aetatibus ingenio dixi, de *Fabro* carente adjunctis intelligo: nam certe non tantum ſub libera rep; ſed vel ſub ipſo Gothico imperio (quando *Faber* Vulcani camino perdite erat affixus) tamen erat, quum inde egreſſus liberiore interdum aura frueretur; modo quum adjuncto ſibi comite id faceret, vel *lignarii* ſcilicet vel *lapidarii* vocabulo ſibi copulato: de quo vide Iſidorum infra not. 343. leges ſeveriores, quam pro Romana libertate, promulgantem.

Sed quando de vocis FABER indole ac notione dicere inſtitui; non alienum erit heic rimari, quid proprie fuerint in Romana militia *Fabri*. Velnti quum Livium audimus I. 43. (ubi de claſſib. & centuriis a Servio rege inſtitutis) dicentem: *Additae huic claſſi* (primae: at ad ſecundam refert Halic.) *duae fabrum centuriae, quae ſine armis ſtipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent* (dum ait, *ferrent*, intellige etiam, quod addit Vegetius II. 11., *vel nova facerent, vel quaſſata repararent*) ac rurſus quum ex ſexcentis paſſim inſcriptionibus diſcimus *fabrum collegia* in legionibus fuiſſe; quum de *praefectis fabrum* Caeſar, Cicero, & alii mentionem injiciunt: ſcire libet quid ii fabri fuerint, materiarii ne, an aerarii, an ſtructores (nam praeter hos fabri alii non erant) an omnes hi pariter eo nomine veniunt?

Poſterius hoc verum eſt. Nam quos *Fabros* uno vocabulo in ea re Latini dicebant, eos Dionyſius Halic. duobus reddidit, Τέκτονας & χαλκοτύπους, ſive ὁπλοποιούς. Atqui τεκτόνων ambitu non tantum *materiarios*, ſed & ſtructores fort. comprehendit (v. ſup. Suid. & not. 319. nec non in not. 321. Joſephi aliorumq. loca cum notione ſtructoria) χαλκοτύποι vero ſive ὁπλοποιοὶ ſunt fabri ferrarii. Sed cur non verba ipſa Dionyſii adſcribo? Qui lib. IV. (pag. 222. 19. ed. Lipſ.) haec poſuit: Τούτων (λόχων) δύο μὲν ὁπλοποιῶν τε καὶ τεκτόνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατασκευαζόντων τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀναγκαῖα. *Harum duae centuriae erant tum eorum, qui arma fabricantur, tum etiam* τεκτόνων (i. e. *fabrum lignariorum, ſtructorumque*) *aliorumque qui bellicis uſibus ſervientia conſtruerent*. Quos omnes mox (pag. 223. 3.) uno vocabulo χειροτέχνας *opifices* appellat. Rurſus lib. VII. (pag. 464. 25.) Προσέκειντο δὲ αὐτοῖς (εἴκοσι λόχοις) δύο φυλαὶ τεκτόνων καὶ χαλκοτύπων καὶ ὅσοι ἄλλοι πολεμικῶν ἔργων ἦσαν χειροτέχναι. *Quibus* (viginti) *attribuebantur duae aliae* τεκτόνων (i. e. tum *materiariorum* tum *ſtructorum*, quos eodem vocabulo vetus Graecia τέκτονας appellabat) *& fabrum ferrariorum, aliorumque bello utilium artificum, centuriae*. Accuratius ea opificia Vegetius enumerat II. 11. *Habet praeterea legio fabros lignarios* (al. *fabros, tignarios*: ſaepe in inſcriptionibus *Collegia fabr. tignarior.* aut *tignuarior.* occurrunt) *inſtructores* (cor *ſtructores*; ſup. quoq. p. 271. not. 328. idem mendum ab Iſid. ſuſtulimus) *carpentarios, ferrarios, pictores* (alii legunt *piſtores*: malo *fictores*: de quo mox) *reliquosq. artifices ad hybernorum aedificia fabricanda; ad machinas, turres ligneas, ceteraq. quibus vel expugnantur adverſarior. civitates, vel defenduntur propriae, praeparatos: qui arma, qui vehicula, ceteraque genera tormentor. vel nova facerent, vel quaſſata repararent. Habebant etiam fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias &c. Horum judex proprius erat praefectus*

fabro-

fabrorum. Quod pro *pictores* repoſui non(uti vulgo)*piſtores* (quid enim hi inter tot *fabros* h. e. materiae durioris artifices faciunt?) ſed *fictores*; id ex Gloſſis, quae Cyrilli appellantur, didici, in quibus Καθηλωτὴς (h. e. is qui clavis aliquid figere penſi habet) redditur Latine FICTOR, a *figo* ſcil. non a *fingo*: nam *fictor*, qui a fingo, eſt πλάςης. Ergo materiarii ligna ſingula ad modulum deradebant, parabantq; at *fictor* deinde ea clavis compingebat: ſicuti in re marmoraria, lapides a lapicida ad traditam ab architecto formulam ſcalptos politoſque alius deinde adplumbabat, iiq. ſunt *plumbarii* l. ult. D. *de jure imm.* Ac videndum an non *legum atq. jurium fictor* apud Plaut. Epid. III. 4. 86. indidem ſit. Virg. VI. Aen. 622. *Leges fixit pretio atque refixit*. Leges enim in aes inciſae clavis publice adfigebantur. Dices a *figo* eſſe *fixum* non *fictum*. Reſp. antiquos inde etiam *fictum* videri flexiſſe. Argumento eſt illud, *Crimen alicui affictum*, &c. quod vel eſt ab *Affigo* (Arnob. initio l. 6. *Conſueſtis crimen nobis . . . affigere*) vel ab *Affingo* cum pleonaſmo τȣ̃ N, itaut *Affingo* pro *attribuo* non diverſum ſit verbum ab *Affigo*. Haec obiter.

Nunc ad fabrum collegia redeo; quae non tantum in legionibus, ſed & in urbibus imperii, ex urbis principis imitatione (in qua nullorum non artificum collegia erant) nec niſi ex indulgentia principis, inſtituebantur. Nicomediae collegium tale ut coaleſceret, ad compeſcenda incendia uſui futurum (quippe fabri, iidem μηχανοποιοὶ erant) petiit a Trajano Plinius X, ep. 42. Nicomedienſis incendii malo doctus. *Tu, Domine*, inquit, *diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, dumtaxat hominum CL. Ego attendam, ne quis, niſi faber* (h. e. niſi is, cui durior materia ὑποβέβληται) *recipiatur, neve jure conceſſo* (coeundi ſcil: nota ſunt in marmorib. *Collegia, quibus ex S. C.* aut ex principis indulgentia *coire licet.*) *in aliud utatur. Nec erit difficile cuſtodire tam paucos.* Cui Trajanus a factionibus timens, inter cetera reſpondit: *Quodcumq. nomen ex quacumque cauſa dederimus iis qui in idem contracti fuerint; hetaeriae, quamvis breves, fient. Satius itaque eſt comparari ea, quae ad coercendos ignes auxilio eſſe poſſint* (ſiphones, hamas &c. intelligit, quae defuiſſe in eo incendio, Plinius expoſtulaverat) . . *ac, ſi res popoſcerit, accurſu populi ad hoc uti*. Vides, quid ad inhibendos ignes fabri valuerint; quidve mali in urbibus factioſis (quales illae, de quibus ibi Trajanus) a collegiis impenderet.

Dixi modo, Romae nullarum non artium collegia fuiſſe: id quod inſcriptiones marmorum eloquuntur. Id vero ex Numae inſtituto manavit (auctore Plutarcho in ejus vita pag.71.ed. Francof.) qui, quum civitas ex gentibus duabus compoſita, partium ſtudiis ac certaminibus conflictaretur, minutim eā ac fruſtillatim concidit, ut ſic demum facilius permiſtae inter ſe partes coaleſcerent. *Diviſit autem* (pergit Plutarchus) *per artes tibicinum, aurificum* (τεκτόνων i.e.)*materiariorum, infectorum, ſutorum, coriariorum, aerariorum, figulorum. Reliquas artes in unum coegit, fecitque ex omnibus corpus unum; collegiaque & concilia, atque ſacra cuique corpori convenientia attribuens, ita primum hoc ſuſtulit, ut hi Sabini, illi Romani, tum hi Tatii, illi Romuli cives dicerentur.* Haec notaſſe non piguit, tum ut collegiorum origo prima detegatur; tum etiam ut intelligatur, quid ſibi velit prior Plinius, quando initio lib. 34. aes Romae antiquum fuiſſe inde oſtendit, *A rege Numa collegio tertio aerariorum fabrum inſtituto*. Hinc enim diſcimus, fuiſſe inter ea opificum collegia talem ordinem, ut aliud primum, aliud ſecundum diceretur, aerariorum autem fuiſſe tertium. At ibi Harduinus, ut alia taceam, vel in eo ſuavis eſt, quod *tertium* fuiſſe aerariorum collegium voluerit, reſpectu ſacerdotum augurumque. Imo id miror, cur non priores aerariis detulerit; quando huc ſcil. ventum eſt, ut ſacerdotia inter βαναύσους artes referantur.

Fabri nomine Latinum interpretem idem plane ſignificare voluiſſe, quod illo aevo id nomen Latine ſignificabat, & quod Graece Τέκτων valebat, *materiarium* (336) ſcilicet.

III.

Quid antiquitas de Joſephi ac Divini SERVATORIS artificio ſenſerit.

Quod hujus mantiſſae initio dictum mihi fuit, circa artem ſanctae familiae non conſenſiſſe antiquitatem, aliis lignatiam, aliis ferrariam (addo & nonnullis ſtructoriam) ei tribuentibus; id vero non perinde accipi volo, quaſi promiſcue hinc atq. illinc variatum fuerit, ſed ita ut cum Graecis Latinorum aliqui divortium fecerint. Nam certe Graecos omnes, nemine excepto, adhaec & orientales ceteros, Joſepho & SERVATORI materiariam fabricam tribuiſſe, ajo & certiſſime affirmo: contra Latinorum quoſdam eis ferrariam, ſed ex variante *fabri* notione, vindicaſſe.

At quo ore, inquis, Graecam omnem eccleſiam auctorem laudas, quum tantum Juſtinus (337) & Chriſtianus quidam Antiochenus apud Sozomenum (338) & Theodoretum id cen-

(336) Atqui ſi ita ſe res habet, ſi recte, inquam, Graecum Τέκτων Latine *Faber* redditur; cur ergo, inquiet heic aliquis, lexicographos & Graecorum ſcriptorum Latinos interpretes reprehendiſti, qui Graecum Τέκτονα Latine *fabrum* tranſtulerunt? Quia, inquam, non id judicio fecerunt, & Plinii aliorumque quos ſupra not. 333. laudavi, exemplo, quos palam eſt, *fabrum* pro materiario accepiſſe; ſed ex errore potius, ut qui cenſerent, & Graecorum Τέκτονα, & *Fabrum* Latinorum generalia omnium opificum eſſe nomina. Atqui id de Τέκτων eſt falſiſſimum, tum etiam de FABER falſum eſt (vide praecedentem adnot.) praeſertim quoties FABER ab aliquibus ſcriptoribus peculiariter pro Τέκτων & pro *materiario* ponitur.

(337) S. Juſtinus M. & eruditionis Graecanicae ſcientiſſimus, & aevo Apoſtolico proximus, & natione Palaeſtinus, in dial cum Tryphone pag. 316. ait: **Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπ-** άρχειν . . . καὶ τέκτονος νομιζομένου (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὢν, ἄροτρα καὶ ζυγά· διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἐνεργῆ βίον) τὸ Πνεῦμα.. ἐπέπτη αὐτῷ. *Et quum ad Jordanem veniſſet Jeſus, & Joſephi fabri lignarii filius cenſeretur.. tignarius adeo & ipſe baberetur (ut qui, quamdiu inter homines verſatus eſt, tignaria opera talia faceret, puta aratra & juga; quo & juſtitiae ſymbola praeſetulit, & actuoſam vitam) Spiritus Sanctus... in eum advolavit*. Vides heic S. Martyrem non ignoraſſe quid Τέκτων Evangelicus eſſet, cujus opera haec recenſet, *aratra & juga*. Et quidem quod ruſtica inſtrumenta potius, quam ſellas aut arcas JESVS faceret, id ex traditione ſcivit; at quod materiarius omnino fuerit, id dumtaxat in vocis Τέκτων ſignificatu vidit; uti patet ex verbis parentheſi concluſis, quibus declarat quid ſit Τέκτων, & Τεκτονικά.

(338) Sozomenus VI. 2. praedictionem, quam **ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ** ***vir eccleſiaſticus*** de Juliani exitio pro-

cenſuiſſe videantur ? Atqui nunc demum intelligitur, cur in Τέκτονος notione exemplis undecumque corraſis firmanda tam multus fuerim. Nam profecto ſi in Τέκτονος nomine nemo Graecorum aliud, quam fabrum lignarium, percepit; non potuerunt aliud certe de ſacrae familiae opificio Graeci ſtatuere, quam quod id vocabulum praeſeferebat. Veluti ſi in Evangelio pro Τέκτων legeretur ξυλουργὸς h. e. *lignarius artifex*; an putámus futurum fuiſſe opus, ut anxie ſuper ea re antiquorum Graeco ore loquentium rimaremur ſententias, quidque ſinguli cenſuiſſent, exſpectaremus? Stultus plane is labor futurus eſſet. Atqui ita ſe res habet. Non quæro quid Origenes, quid Baſilius, quid Chryſoſtomus de Divinae familiae artificio ſenſerint; modo conſtet eos omnes Graece, ut ceteros, fuiſſe locutos, nec umquam diverſam ab aliis ei vocabulo notionem ſubjeciſſe: quod certe (339) conſtat. Ac vel ſi ex diſertis eorum locis

prodidit, ſic refert. *Quum Julianus adverſus Perſas expeditionem pararet, eoque bello confecto Chriſtianos ſe male mulctaturum minaretur, ac per ludibrium diceret* (ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπαμύνειν δυνήσεται ὁ τοῦ τέκτονος ὑὸς) *fabri filium nullam ipſis opem afferre valiturum; reſpondens ille ita praedixit* (οὗτος δὲ ὁ τοῦ τέκτονος ὑὸς θήκην αὐτῷ ξυλίνην πρὸς θάνατον κατασκευάζει) *at hic fabri filius arcam illi ligneam ad mortem parat*. At Theodoretus III. 23. Paedagogum Chriſtianum quemdam eadem illa non Juliano, ſed Libanio Sophiſtae reſpondentem facit. *Hic* (Libanius) *quum eſſet impius, & victoriam propediem exſpectaret, minaſque Juliani animo revolveret, religionem noſtram deridens, quaeſivit ex paedagogo* (τί ποιεῖ τοῦ τέκτονος ὁ ὑός) *quidnam ageret fabri filius? Ille Divina repletus gratia, id quod brevi futurum erat, praedixit* (γλωσσόκομον γάρ, ἔφη, σοφιστά, ὁ τοῦ παντὸς κατασκευάζει δημιουργὸς, ὃν σὺ κωμῳδῶν, τέκτονος ὑὸν προσηγόρευσας) *loculum enim, inquit, fabricatur univerſi conditor, quem tu ſcil. per ludibrium fabri filium appellas*. Vides heic ſandapilarum confectionem Τέκτονος ambitu contineri; quemadmodum & Juvenalis VIII. 175. dixerat: *Inter carnifices & fabros ſandapilarum.*

Ex his etiam vides, non tantum Chriſtianos Evangelicum τέκτονα pro materiario accepiſſe, ſed & gentiles. Id quod & ex Celſi calumniis apud Origenem (cujus locum in ſeq. adnotatione illuſtrabimus) planius intelligetur.

(339) *Quid Graeci Patres* TEKTONA *appellaverint. Origenis locus fuſius expoſitus, Celſiq. ac gentilium de CHRISTI lignario opificio teſtimonium.*

Clemens Alexandrinus in Προτρεπτ. (edit. Porteri in fine pag. 51.) *Tot ſane pernicioſorum* (ἀθυρμάτων) *ludicrorum opifices ſunt, lapicidae, & ſtatuarii, adhaec pictores &* (τέκτονες) *fabri lignarii, atq. poetae*; a quibus infinitam deorum colluviem inductam queritur. Notandus hic locus, quia Τέκτονας a λιθοξόοις *lapicidis* diſtinguit, contra Suidae definitionem. Τέκτονας autem cum ſtatuariis ideo poſuit, quia paullo ante Daedali meminerat. Ergo hic philoſophus non alium potuit in Evangelio Τέκτονα intelligere, quam quem heic intellexit. Origenis luculentiſs. locum ad finem adnotationis hujus, quippe eidem pluſculum immoraturus, reſervo.

Baſilius hom. 2. in Hexaem. Καὶ ἐπειδὴ παρ' ἡμῖν ἑκάστη τέχνη περὶ

περὶ τινα ὕλην ἀφωρισμένως ἠσχόληται, οἷον χαλκευτικὴ μὲν περὶ τὸν σίδηρον, τεκτονικὴ δὲ περὶ τὰ ξύλα &c. *Quoniam autem artium unaquaeque apud nos circa quamdam certam peculiaremque ſibi materiam ſejunctim occupatur, veluti aeraria circa ferrum, τεκτονικὴ ſive materiaria circa lignum* &c. An exſpectamus igitur Baſilii de Joſephi opificio ſuffragium, qui τέκτονα in ligna paranda incumbere ſine ambagibus ſignificaſſet? Niſi vero τέκτονα Evangelicum alterius naturae eſſe, ſuſpicaretur Baſilius, aut idem Magnus Evangelicas voces exutum iret Graecanicis notionibus.

Idem de Chryſoſtomo judicium; qui hom. I. in illud *Salut. Priſcill. & Aquilam* (Montf. to.3. p. 174. & ſeq.) quum in laudandis opificiis, otio vero inſectando multus eſſet, numquam opifices τέκτονας, ſed χειροτέχνας appellat, nec opificia τεκτονίαν, ſed τέχνας, ἐργασίας, ut & hom. 61. in Mat. (Montf.to.7. p.613. D.) δημιουργῶν γένος καὶ χειροτεχνῶν dixit: τέκτονας autem de univerſo genere non magis, quam Graecorum ullus, uſurpavit. At contra idem vir diſertiſſimus, quid proprie τέκτων eſſet non diſſimulavit; qui hom: 52. in Matt. (Montf. to. 7. p. 534.) quum in eo eſſet, ut ſingulas artes aliis viciſſim artibus indigere oſtenderet; ab agricultura incipit, cui oſtendit ſubſervire artem ferrariam, quae ligonem, quae vomerem, falcem, bipennem ei ſuppeditet; deinde artem ſtructoriam, coriariam, piſtoriam, poſtremo καὶ τὴν τεκτονικὴν, ὥστε καὶ ἄροτρον πῆξαι, καὶ ζεύγλην κατασκευάσαι καὶ ἅμαξαν, h. e. *itemque materiariam, quae aratrum, jugum, plauſtrum conſtruat.* Non poterat opportunius de Joſephi CHRISTIQ. arte loqui. Nam hunc aratra & juga feciſſe Juſtinus ex traditione narrat. At Chryſoſtomus eum, qui aratra & juga facit, τέκτονα dicendum vult. An clarius de Evangelico τέκτονι loqui poterat? Quando ergo idem Hom. XVI in Jo: (to. VIII. Montf. p. 90. D.) objectam CHRISTO fuiſſe generis vilitatem, dixit, illis verbis, *Nonne hic eſt* τέκτονος *filius*: & quando eadem Evangelii verba uſurpat Hom. 48. in Matt. (to. VII. p. 493.) an aliter potuit τέκτονα definire, quam loco ſup. laudato definierat?

Ac ne unus quidem Graecorum Patrum locus eſt, in quo τέκτων aliter, quam pro materiario accipiatur. Quod quum ita ſit; jam non unus & alter pro lignario opificio ſtat; ſed totae Graecorum Eccleſiae, quum ibi Evangelium perſonaret, materiarium Nazarethicae familiae artificium eloquebantur. Ac ſolebant Orientales S. Joſephum donare adjuncto τοῦ τέκτονος (exemplo ſit Thebanus Hippolytus, in cujus fragmentis to. 3. theſ. Caniſ. p. 28. & 37. S. Jacobus Hieroſ. Epiſc. dicitur [τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ] *fabri lignarii Joſepho filius ex carnali uxore ejus*. id quod deinde & Nicephorus de eod. S. Jacobo tamquam ex Portuenſi Hippolyto, ſuae hiſtoriae intexuit; ac praeterea Heſychius presb. to. XII. Bibl. PP. p. 193. H; quod tamen alii exſibilarunt) an putamus eorum quemquam uſque adeo ἀήθη fuiſſe, ut διακριτικὸν illud τέκτων ad univerſum genus referret? At plurimi eodem tempore Joſephi erant, iique omnes opificii alicujus gnari; nec enim Judaeo fas erat artem aliquam non addiſcere. Sed ceteros omnes patres omitto (quorum immenſos, ut ita dicam, ſcriptorum voluminum ſaltus ut cingam indagine, nequa me uſpiam veſtigia voculae illius fallant, nae is ſtultus ſit labor, nec dieculae unius opus) atque in unius Origenis, quem initio pollicebar, teſtimonio, quod omnium inſtar erit, conquieſcam.

Ergo Adamantius in VI. contra Celſum (nuperae edit. Benedictinae p. 659. D.) ſic in ſuum hoſtem inſurgit: *Deinde cavillis in lignum ludens, ex duplici capite illud inceſſit, dum ait lignum a nobis idcirco celebrari, aut quia Magiſter noſter affixus patibulo eſt* (ἢ ἐπεὶ τέκτων ἦν τὴν τέχνην) *aut quia artificio materiarius erat.* Sic haec ultima vertenda fuerunt, non ut interpres poſuit, *Quia is faber erat*: nam τὸ τέκτων peculiaris artificii

nomen eſſe ipſe Celſus (cujus haec verba fuiſſe videntur) agnovit, ubi ait Τέκτων τὴν τέχνην; qui ineptiſſime ſic loqueretur, ſi τέκτων idem ac τεχνίτης eſſet, veluti ſi dixiſſet τεχνίτης τὴν τέχνην, *arte artifex erat*. Quamquam ceteroqui Latinum FABER recte pro *materiario* poni ſupra oſtendimus not. 333.

Cui reſpondet Origenes: *Non animadvertens de LIGNO VITAE mentionem in litteris Moſaicis fieri; ac ne illud quidem videns* (ὅτι οὐδαμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων εὐαγγελίων ΤΕΚΤΩΝ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀναγέγραπται) *nuſquam in Evangeliis ab eccleſia receptis Jeſum dici fabrum materiarium*. Calmetus ad Matt. XIII. 55. ad hunc Origenis locum ſic adnotat: *Origenes... ſoûtient, qu' on ne lit.. que IESVS CHRIST ait été charpentier. Il a raiſon: mais on ne peut nier, qu' il n' ait exercé un metier... puiſque S. Marc le dit ſi poſitivement, Nonne hic eſt Faber?* Verum quid inter Origenis Marcique Graeca intereſt? uterque τέκτονα CHRISTVM (hic ajens ſcil; ille negans) appellant. Verum doctiſs. Calmetus non Graeca Origenis prae oculis habuit, quum haec ſcripſit, ſed aliquem, qui Origenis ſententiam Latine aut Gallice expreſſerat; qui in ultimis Origenis verbis illud τέκτων, *charpentier* aut *materiarium* verterat. Hinc putavit Calmetus aliud nomen Origeni, aliud Marco in hac narratione fuiſſe uſurpatum. Magis illud ad rem faciebat, quod heic ad Matt. appoſite adnotat Grotius. *Aut memoria* (ait) *fefellit Origenem, aut Marci exemplaria eo tempore aliam habuerunt ſcripturam; diſerte enim dicit*, οὐδαμοῦ &c. quae modo recitavi. Horum utrum admittemus? Equidem in re tam gravi memoria lapſum hunc, qui totos annos ſuos in Scripturis fecerat, aegre crediderim. Satius eſt dicere, quum hodiedum nonnulla Graecor. cod. ſit variantia (vide Millium ad Mar. VI. 3.) fuiſſe ante Origenem tum eos libros, in quibus legeretur ὁ τέκτων (ex his autem Latina interpretatio manavit) tum eos longe plures, quibus utebatur Origenes, in quibus ὁ τοῦ τέκτονος ſcriberetur. Ac movet me maxime, ut ſic cenſeam, quod non dixit Adamantius οὐδαμοῦ tantum, ſed addidit τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων εὐαγγελίων. In quatuor Evangeliis id legi negavit, in aliis apocryphis (puta in *Evang. Infantiae* & aliis) id non negavit. Et vero non tantum Celſi objectiones, ſed & νοθευομένων Evangeliorum teſtimonia, graves Origeni extitere cauſae, cur, dum haec ſcriberet, exemplaria Matthaei & Marci, quotquot poſſet, adiret; nec illum credo aliter, quam poſt ſedulam inquiſitionem, pronuntiaſſe illud οὐδαμοῦ ſuum. At vero poſtea, ut in deſcribendis Graecis exemplaribus critici illorum temporum hodiernam lectionem ΤΕΚΤΩΝ alteri Origenianae praeponerent, fecit credo Juſtini auctoritas, qui IESVM non tantum τέκτονος filium, ſed & ipſum τέκτονα fuiſſe, & aratra ac juga factitaſſe affirmaverat. Hinc Auguſt. in II. de *Conſ. Evang.* 2. non mirandum eſſe ait, *quod id* (nempe *Nonne hic eſt faber?*) *Judaei dicerent; eo enim & fabrum credebant, quo & fabri filium*. At Baſilius, ſi quid judico, ὁ τοῦ τέκτονος in Marco cum Origene legit. Cur? quia IESVM χειροτέχνην fuiſſe ex Luc. II. 51. probavit, ex Marco haud dubie id luculentius probaturus, ſi τέκτων ibi repeririſſet. Baſilii locus eſt in Ἀσκητ. διατάξ. (to. 2. ed. Bened. p. 549. A.) ubi ait, IESVM *in prima aetate ſubditum parentibus, omnem laborem corporalem cum ipſis ſuſtinuiſſe*. Ac mox: *Ut ait Scriptura* (Luc. II. 51. ὑποτασσόμενος αὐτοῖς) *ſubditus iis, laboreſque una cum iis perferendo* (τῷ συνδιαφέρειν τοὺς πόνους) *obedientiam ſuam prorſus declaravit*.

Mox pergit apud Origenem cavillator Celſus in hunc modum: ὥσπερ διὰ τὸ ΤΕΚΤΟΝΑ αὐτὸν (Ἰησοῦν) γεγονέναι, ἀναπέπλασται τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· ἠκολούθησεν ἄν, εἰ μὲν σκυτοτόμος ἦν, λέγεσθαί τινα περὶ σκύτους ἁγίου· εἰ δὲ λιθοξόος, περὶ λίθου μακαρίου· εἰ δὲ σιδηρεύς, περὶ σιδήρου ἀγάπης. Hoc eſt. *Si propterea confictum eſt lignum vitae, quia* τέκτων *i. e. faber lignarius ille*

(IE-

locis id non conſtaret ; ſatis eſſet, ſi eos ſciremus eamdem Graecam linguam uſurpaſſe, quam profani (quorum confertam teſtium nubem de ea notione vocis ſup. not. 331. produximus) uſurpabant. Atq. equidem mirabar antea, cur ex Graecis unus Juſtinus obiter de Chriſti, ejuſq. patris νομιζομένυ opificio mentionem fecerit. Nam ſi Τέκτων Evangelicus γενικόν τι, vagumque & incertum opus complecteretur; ſatis hoc illos impuliſſet, ut ſiquid de ea re ex antiqua traditione ad eos uſque perveniſſet, id ad ſequentem aetatem transmitterent: ſin minus, hoc ipſum ſaltem faterentur, ſe de artis genere nihil comperiſſe, remq. in incerto relinquerent. Nunc illi eam controverſiam ſecuri praetervehuntur. At vero mirari deſii, poſtquam Τέκτονος veram ſignificationem deprehendi. Nam quantae id ineptiae fuiſſet id adnotare, quod non modo docti, verum & ἰδιῶται in Evangelii recitatione ita percipiebant, ut omnino aliud percipere nullo modo poſſent?

Dixi Graecos de Joſephi opificio non dubitaſſe. Relinquitur cur Latini aliquot dubitaverint, imo iidem aperte illum *fabrum ferrarium* fecerint. Sunt autem in eo cenſu hi qui ſequuntur (340) Hilarius, Ambroſius, Chryſologus, Beda, ac praeterea

(IESVS) *erat: ergo ſi ſutor fuiſſet, nobis obtruderent neſcio quod CORIVM SANCTVM; ſi faber marmorarius, aliquem BEATVM LAPIDEM; ſi ferrarius, FERRVM CARITATIS*. Quae ſane verba palmarium auferunt. Nam Evangelicum τέκτονα ita *materiarium* eſſe Celſus intelligebat, ut etiam negaret eumdem aut *coriarium*, aut *lapicidam*, aut *ferrarium* poſſe intelligi: id vero tota Eccleſia conſentiente cenſebat; id quod ex Origenis ratihabitione conſtat: ut omittam parem Juliani imp. & Libanii ſophiſtae de Divinae domus opificio cum Chriſtianis illius aevi conſenſionem, quam ſup. not. 338. obſervavimus. Et tamen adhuc vocem ΤΕΚΤΩΝ, tamquam πολύσημον, vulgo accipiunt; & ſunt qui ferrarium, ſunt qui ſtructorem Joſephum & CHRISTVM, in tanta litterarum luce, & adverſus tam incluctabile gentilium & Chriſtianorum apud Origenem teſtimonium, tuto haberi poſſe dicant. Nam cedo, quid horum vidit heic Origenis adnotator Spencerus? Aut vero eſtne aliquis ex iis, qui hanc quaeſtionem copioſe tractarunt, qui hoc Celſi apud Origenem teſtimonium quidquam ad hanc cauſam facere intelligeret? imo qui non potius Origenem heic, ut vulgatae ſententiae adverſum, in partes vocaret? (id quod & Calmetus & alii fecerunt) qui certe quod de Chriſto (falſus exemplaribus ſuis) negavit, id de S. Joſepho nec ivit inficias, nec potuit: idemque, in quo caput eſt, hoc hoſti ſuo dat, τέκτονα Evangelicum non eſſe πάντως τεχνίτην (quod vult Heſychius) nec pro fabro *ferrario* (quod Latini dixerunt) aut *lapicida*, aut *ſutore* accipi poſſe; ſed eſſe eum artificem, qui circa ligna occupatur. Annon hic tantum locus, ſi animus conſtitiſſet, controverſiam finiebat?

(340) *Latini Patres opificii ferrarii patroni.*

S. Hilarius in Matth. c. XIV. n. 2. *Quin etiam* (*CHRISTVM*) *paternae artis quodam opprobrio laceſſunt.*

ſunt. Sed plane hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſaeculi virtutem judicio (ignem judicii, de quo alibi Hilarius, intelligit) *decoquentis, maſſamque formantis in omne opus utilitatis humanae.*

Idem Ambroſius dixit; ſed ita, ut pluſculum etiam in lignario artificio luſerit. Ejus locus ſeparatim mox in ſeq. adnotatione dabitur.

Chryſologus hom. 48. ad illum, de quo ſcribimus, Matthaei locum ſic ſcriptum reliquit: *CHRISTVS erat fabri filius, ſed illius, qui mundi fabricam fecit, non malleo,* (quod aerarii fabri fuiſſet) *ſed praecepto: qui elementorum membra non ingenio* (i. e. *machina* aliqua: vox eſt aevi poſterioris, unde Italis *Ingegno*, & *Ingegniero*) *ſed juſſione compegit: qui maſſam ſaeculi auctoritate, non carbone conflavit: qui ſolem non terreno igne, ſed ſuperno calore ſuccendit.* Tamen idem Hom. 49. FABRI nomen generalius uſurpavit. *Bene*, inquit, *perſonam tacuit, ut proderet ex arte genitorem, dicendo non Joſeph, ſed Fabri filius. Et quis talis faber, qualis eſt iſte, qui ex nihilo tantum* (&) *talem fabricatus eſt mundum? & quis faber talis, qui totius bonae artis ſolus auctor, ſolus largitor exſiſtit? Dic ergo Judaee, Fabri filium, ut Dei filium fatearis invitus.*

Nec minus Beda eidem fabri aerarii ſignificatui haeſit, & ita ut plura ex Ambroſio (quem vide not. ſeq.) deſcripſerit. Sic enim lib. 2. in Lucam (p. 265.) ad eam quaeſtionem, quare CHRISTVS *Fabri filius, imo faber appellari voluerit* reſpondet: *Se ejus ante ſaecula filium eſſe* docuit, *qui fabricator omnium in principio creavit Deus caelum & terram. Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis, typus tamen integer eſt; quia Pater CHRISTI igni operatur & ſpiritu, unde & de ipſo, tamquam de fabri filio, praecurſor ejus ait:* Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni. *Qui in domo magna hujus mundi diverſi generis vaſa fabricat. Imo vaſa irae ſpiritus igne molliendo, in miſericordiae vaſa commutat. Unde bene Malachias, quum ex perſona Patris diceret:* Ecce mittam Angelum meum &c. *Poſt pauca ait:* Et ſedebit conflans &c. Quae omnia eiſdem verbis in Hom. Quadrag. repetuntur.

Et hi quidem ſunt, qui ab explanatoribus Scripturae, aut Eccleſiaſticae hiſtoriae, pro ferrario Joſephi opificio laudantur. At & Leandrum & Iſidorum Hiſpalenſes id diſerte & ſine allegoriarum ambagibus dixiſſe reperio. Quorum prior (quem Greg. Papa ſecum amicitia junctum teſtatur) lib. de inſtitutione Virginum cap. 14. (to. XII. Bibl. PP. pag. 1005. B.) ſic poſuit: *Sed & Joſepo cui fuerat deſponſata* (MARIA) *quum eſſet juſtus, erat tamen & pauper, ita ut victum & veſtitum artificio quaereret. Certe FABER FERRARIVS fuiſſe legitur.*

Alter vero Hiſpalenſis Iſidorus in Regula Monachorum cap. 5. Patriarcharum, & philoſophorum exemplis, qui aliqua ſe arte exercuerant, etiam S. Joſephum adnectit his verbis: *Et IOSEPH juſtus, cui virgo MARIA deſponſata exſtitit, faber ferrarius fuit.*

Sed & Zachariam Chryſopolitanum (Latinum ſaec. XII. ſcriptorem) reperio ſic antiquiorum (Auguſt. Hieronymi ac Bedae) dicta contexuiſſe, ut tamen in FABRI notione ferraria potiſſimum conquieverit. Sic ergo (to. XIX. Bibl. PP. pag. 816. B.) *Marcus ait, Dominum dictum fabrum, Matthaeus fabri filium. Utrumque dici potuit. Credebant enim eo eſſe fabrum, quo fabri filium. At vero in illorum errore veritas latet. Vere enim erat filius fabri, qui per ipſum in principio omnia fecit; qui operatur Spiritu Sancto & igni; qui fabricatus eſt auroram & ſolem, Eccleſiam primitivam & ſequentem. Pater CHRISTI & CHRISTVS in magna domo hujus mundi diverſi generis vaſa fabricant: & vaſa irae Spiritus igne molliendo, in miſericordiae vaſa commutant. Unde Malachias ex perſona Patris ait de Filio: Et ſedebit conflans.* Et quae ſequuntur Malachiae verba.

Idem Malachiae dictum vice commentarii affert ad Marci VI. 3. Hugo de S. Caro Card. *Sedebit*, inquit,

rea Hiſpalenſes duo Leander & Iſidorus , Zacharias Chryſopolitanus , & alii . Quamquam ceteroqui Ambroſium γενικῆς *Fabri* notioni (341) adhaeſiſſe puto : ita plures ſimul artes confudit

quit , *conflans & emundans argentum*. Ex quo factum ut hunc Hilſcherus in *de ſtudiis CHRISTI* laudaverit, quaſi qui CHRISTVM aurificem fecerit. Sed qui conflat aurum & argentum , nae is & aeris flandi gnarus eſt, uti conſtat ex illis ſingularibus , quae in nummis viſuntur , A. A. A. F. F. *auro argento aere flando feriundo* . At idem Hugo, quia ad Matt. XIII. 55. producit Hieronymi verba (*qui in principio omnia fecit* . . *qui fabricatus eſt auroram & ſolem* . . . quae nos infra depromemus) hinc credo, ab eodem Hilſchero quaſi & ſtructorii artificii patronus Hugo ponitur.

(341) *Ambroſii de FABRO Evangelico locus exponitur , cumque Pſeudo-Theophili παραλλήλῳ confertur ; quem ementitum Theophilum Latini, non Graeci, oris fuiſſe conficitur.*

Ambroſius ad Lucam lib. 3. num. 2. artes tres una contexuit : ſtructoriam , quum CHRISTI Patrem mundi fabricatorem nuncupat : lignariam , ubi *circumdolandi* , *ſecurim admovendi* , *ſecandi* verba uſurpavit : ferrariam in illis verbis, *igne operatur & ſpiritu* . *Non alienum* (inquit) *etiam videtur, ut qua ratione fabrum patrem habuerit , declaremus* . *Hoc enim typo eum patrem ſibi eſſe demonſtrat , qui fabricator omnium condidit mundum ; juxta quod ſcriptum eſt : In principio fecit Deus caelum & terram* . Et huc uſque Pater CHRISTI aedificator eſt . Pergit autem : *Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis ; typus tamen integer eſt , quod Pater Chriſti igne operatur & Spiritu* (Haec vero ferrariam officinam olent . At quae mox poſtremo addit, ſunt plane τεκτονικὰ) *& tamquam bonus animae faber vitia noſtra circumdolat* (i. e. *circum amputat* : vide ſupra pag. 272. & ſeq. ubi de verbo DOLO) *cito ſecurim admovens arboribus infoecundis , ſecare doctus exigua , culminibus ſervare ſublimia , rigida mentium ſpiritus igne mollire , & in varios uſus omne humanum genus diverſa miniſteriorum qualitate formare* . Dixi haec ultima ἐκ τῆς τεκτονικῆς eſſe petita . Niſi quod illud *Rigida mentium ſpiritus igne mollire* videtur quoque artem aerariam arguere . At vero quid ξῦσις iſta ferraria inter tot ξυλουργικὰς locutiones ? Annon hoc quoque e materiarii fabrica arceſſitum videri poſſit , qui quoties vult prava ligna ἐξιθύνειν , aut recta flectere ad praeſcriptum modulum, admoto igne id aſſequitur ? Accedit quod Auguſtinus (infra not. 345. producendus) in ejuſdem loci explicatione dixit , *Mentem rigidam explanat* , quod eſt lignarium opus . Verum longe veriſimilius eſt , illud *Rigida mentium* . . . locutionem χαλκευτικὴν eſſe , maxime propter id quod ſequitur , *ſpiritus igne mollire* . *Mollire* enim metallorum eſt. Id ſi eſt ; jam novum hinc argumentum confiet , quo demonſtretur , auctorem commentarior. in Evangelia (quod opus Theophili Antiocheni nomen mentitur) non Graecum , ſed Latinum ſcriptorem fuiſſe .

Id vero ut oſtendam ; ſciendum eſt , modo recitatam Ambroſii explicationem , qua parte lignaria eſt, iiſdem plane verbis in Pſeudo-Theophilo reperiri lib. I. commentarior. in Evangelia (to. II. Bibl. PP. par. 2. pag. 169. F.) cujus integer locus ſic habet . *Nonne hic eſt filius Joſeph fabri ? Filium fabri vel ab obtrectatoribus ſe Jeſus voluit appellari , qui & ipſe conditor mundi Deus in principio fecit caelum & terram . Et quia terrena nos docent quae ſunt caeleſtia ; quaſi bonus animae faber , ſpiritualia vitia noſtra circumdolat , cito etiam ſecurim admovens arboribus infoecundis , ſecare doctus exigua , ſublimia ſervare culminibus , rigida mentium ſpiritus igne mollire , & in varios uſus omne humanum genus diverſa miniſteriorum qualitate*

dit commiſcuitq. Verum ajo (in eoque non dubito quemvis ſponſione laceſſere) Latinorum de arte ferraria opinionem a poſterioris aevi ſignificatu vocis FABER ortam fuiſſe. Non, inquam, ab antiqua & legitima Eccleſiae traditione (nam quae uſquam proba traditio eſſe poteſt cum Evangelio Graeco pugnans? aut cujus primordia ab aevo Apoſtolico tam longe abſunt, ut vix quarto extremo ſaeculo aut quinto ineunti ſint imputanda?) Divinae domus ars ferraria arceſſitur; ſed ex eo, quod vox FABER (quam in Latina Evangeliorum interpretatione Latini reperiebant) abſolute poſita, *aerarium fabrum*, aevo ſaltem ſequiore, notaret. Nam ſicuti Graecis vox originatione ſuâ γενικὴ illa τέκτων, tamen ex antiquiſſ. & conſtanti uſu peculiaris materiariorum evaſit; ſic Latinum FABER, vox certe per ſe ſatis uſuq. generalis, fuit quum propria tandem ferrariorum artificum evaderet. Utinam vero hanc notionem ex priſci Latii(342)auctoritate probare poſſim. Sed ſatis erit, ſi eamdem

formare. Quum ergo hic locus Ambroſio cum Pſeudo-Theophilo communis ſit; ſcire libet, uter ex altero ea deſcripſerit. Vulgo ſtatuunt, quae in Ambroſio & Hieronymo aeque atque in Auctore commentariorum eisdem verbis reperiuntur, ea ex illis in hunc eſſe derivata, non contra. Addunt etiam, ementitum hunc Theophilum non Graece ſua commentaria, ſed Latine ſcripſiſſe: quae quidem qui diſcere avet, adeat Nicolaum Nourry in Apparatu ad Bibl. PP. to.2.p.119. & nuper Fabricium Bibl.Graec. lib.V. pag.93. Quibus equidem quum pleraq. aſſentior, tum & hoc addo: ſi illud *Rigida mentium ſpiritus igne mollire* ex officina ferraria petitum eſt, uti certe videtur; non potuiſſe hoc a Graeco ullo ſcriptore proficiſci. Nam ut copioſe & liquido oſtenſum fuit, Τέκτων raro quidem aedificatorem aut lapicidam, plerumque vero materiarium ſignificat; fabrum autem ferrarium prorſus numquam. Quo poſito, quis umquam ſibi perſuaſerit, Graecum ſcriptorem de Evangelico Τέκτονι ſic tamquam de fabro ferrario fuiſſe locuturum, atque ab ea officina allegorias fuiſſe arceſſiturum? At a Latini ſcriptoris ingenio id non abhorret; quippe quum Latinorum FABER praeter lignariam ſignificantiam, etiam aerariam haberet; imo quarto & quinto ſaeculo, ut in ſequentibus oſtendetur, FABER abſolute poſitum haud ferme aliud quam aerarium notaret. Adde quod verbum *circumdolo* Latinis in uſu erat (Plin. XVI. 32. *Platanus etiam circumdolatis lateribus, reſtibilis ſponte facta*) at Graecorum nemo, quod ſciatur, compoſitum περιπελεκᾶν uſurpavit. Ergo commentarior. illorum auctor non Graeci, ſed Latini oris fuit; & quidem, uti credibile eſt, Ambroſio & Hieronymo poſterior; qui proinde ex illis (ut & ex Cypriano) nonnulla petita, αὐτολεξεὶ ſuis commentariis intexuerit. Accedit, ſupra ſcriptum locum cum Ambroſii ſtylo optime conſentire, non item cum Pſeudo-Theophili: id quod attentius intuenti luce clarius fiet.

(342) *FABRI vox peculiariter de ferrario apud probos Latinitatis ſcriptores haud raro accepta.*

Videbar ſane id poſſe ex eo oſtendere, quod piſcis is, qui Athenaeo lib.VII. χαλκεὺς (quod Latine *ferrarium* dixeris) appellatur, is vulgo putatur eſſe, qui Plinio IX. 18. eſt *zeus*, *idem FABER appellatus*. Ac rurſus XXXII. 10. *FABER*,

dem aevo Latinorum patrum illorum, quos ſup. laudavi, obtinuiſſe

BER, *ſive zeus*. Columella VIII. 17. *Ut Atlantico FABER . . priſca conſuetudine zeum appellamus*. Sed tamen Rondeletius intercedit, qui putat *Fabrum* ab Athenaei *Chalceo* differre: eum vide apud Hard. ad Plinii priorem locum. Nam nunc quidem id ad trutinam revocare non vacat: etſi ceteroqui in eam ſententiam ſim inclinatior, ut propterea putem *Zeum* appellatum Latinis *Fabrum*, ſive quod Graecorum *Chalceo* vere is reſponderet, ſive quod reſpondere crediderint. In Matthiae Martinii Lex. Philol. in *Faber* & in *Zeus*, invenies, putari *Fabrum* ſic appellatum, quia fabrilia inſtrumenta in eo deprehenduntur. Cujus fides ſit penes auctores.

Ceterum in Plauto *Fabrum* vix aliter quam pro *aerario* artifice uſurpatum reperias. Ac ſemel quidem cum adjuncto *ferrarii*: Rud. II. 6. 47. *Ut fortunati ſunt fabri ferrarii, Qui apud carbones aſſident! ſemper calent!* Alias ſemper ſine ullo adjecto. Moſt. IV. 2. 11. *Tace ſis faber, qui cudere ſoles plumbeos Nummos*. Poen. IV. 2. 93. *Dum calet . . . probum adhibes fabrum*: quod μεταφορικὸν eſt, ſed ita ut a ferraria officina manarit. Capt. V. 4. 30. *arceſſatur faber, ut iſtas compedes Tibi adimam, huic dem*. Ibid. III. 5. 75. *Abducite iſtum actutum ad Hippolytum fabrum, Jubete huic craſſas compedes impingier*. Etſi apud eumdem comicum Mil. III. 3. 4. *Faber* eſt naupegus: & Moſt. I. 2. pluries eſt aedificator. Sed familiarior, uti dixi, peculiaris χαλκέως notio huic poetae fuit. Adhaec illud Virgilianum VIII. Aen. 415. de Vulcano (*Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit*) eadem peculiari ſignificatione a Servio exponitur; quod alibi depromimus. Ovidius eadem ubique ferme notione uſurpavit: I. Amor. 9. 39. *Mars quoque deprenſus fabrilia* (i. e. Vulcania) *vincula ſenſit*. De ead. fabula Met. IV. 175. *Quod opus fabrilis* (i. e. Vulcani) *dextra tenebat*. III. Faſt. 383. *Mamurius* (*morum, fabrae ne exactior artis?*). . *clauſit opus* Anciliorum. Phaedrus IV. 3.

In officina fabri venit vipera:
Haec quum tentaret ſi qua res eſſet cibi,
Limam momordit. Illa contra contumax,
Quid me, inquit, ſtulta dente captas laedere,
Omne adſuevi ferrum quae corroderet?

Martialis IX. 70. *Tam grave percuſſis incudibus aera reſultant, Cauſidicum medio quum faber aptat equo*. Idem X. 48. *fabam fabrorum*, quorum intelligat, ignoro. Juven. XV. 68. *Neſcierint primi gladios extendere fabri*. Cujus vetus interpres etiam illud FABER in VII. 223. *faber ferrarius* interpretatur; recte an ſecus, infra not. ſeq. videbitur. In Petronii fragmento Traguriano (pag. 188. & ſeq. edit. Amſt. Mich. Hadr. 1669.) *Ex hac maſſa* (miſcellanei metalli) *fabri ſuſtulerunt, & fecerunt catilla, & paropſides*. Mox: *Faber fuit, qui vitrea vaſa fecit*. Deinde in eadem narratione pluries *Faber* pro *vitriario*: nec ab re vitrum inter metalla adnumerarit Petronius.

Plinius etſi plerumque *Fabrum* intelligit Τέκτονα; tamen & *Ferrariis fabrorum officinis* in XXXV. 15. dixit; & XXXIII. 1. (ſect. 4. in Hard.) Vulcani officinam, *fabricam* abſolute appellavit. *Fabricam etiam deûm fibulas, & alia muliebris cultus . . . factitaſſe*; quod eſt apud Hom. Il. Σ. 400. Poſtremo XIV. 1. (ſect. 3.) *Aliis* (uvis) *gratiam . . . fumus affert fabrilis . . . in fornacibus . . .* Eam uvam Coel. Aurelian. IV. 3. *fabrilem* appellat.

Atque haec ferme loca ſunt, ubi FABER abſolute poſitum pro *ferrario* uſurpatur; ex quibus plura (nam de omnibus id non affirmo) ſunt talia, quae γενικὸν τεχνίτου aut *artificis* nomen aegre admittant, veluti Plauti *Abducite ad Hippolytum fabrum*, Ovidii *fabrilis* pro Vulcanio, & alia non pauca ex recenſitis locis. Sed tamen apud eoſdem ſcriptores (aut ſaepe, aut interdum) FABER eſt *materiarius*: & aetas argentea vix aliam quam lignariam notionem ei voci ſubjiciebat v. not. 333.

ſe demonſtravero. Id vero primum doceo ex vetere Gloſſario, in quo *Faber* reſpondet Graeco nomini χαλκοτύπος, quod *aerarium* ſive *ferrarium* artificem deſignat. Deinde idem diſerte copioſeq. ex Iſidoro in XIX. Orig. 6. 7; ex Juvenalis Interprete, & ex Servio ad Aen. VIII. & aliis oſtendo; quorum locos in ſubjecta (343) adnotatione adſcripſi. Ergo Latinis illis quarti & ſequen-

(343) *De FABRI abſolute poſiti notione ferraria ex Iſidoro & aliis collapſae Latinitatis Scriptoribus.*

Multus eſt Iſidorus in XIX. Orig. 6. & 7. ut oſtendat, *Fabros* proprie haud alios eſſe quam *ferrarios*. Nam cap. VI. (quod inſcribitur *de fabricis ſive fornacibus*) ſic orditur: *FABER a FACIENDO FERRVM impoſitum nomen habet. Hinc derivatum eſt nomen ad alias artium materias, FABROS vel FABRICAS dicere; ſed cum adjectione, ut FABER LIGNARIVS, & reliqua PROPTER OPERIS ſcilicet FIRMITATEM* (hanc operis firmitatem *fabricae* propriam etiam Servius. mox producendus agnovit) *In FABRORVM autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt, figuraliter per Vulcanum ignem ſignificantes, ſine quo nullum metalli genus fundi extendiq. poteſt.* Mox: *FABRICA duabus rebus conſtat, VENTIS & FLAMMIS* (Ex his probe intelliguntur ſupra adſcripta Hilarii, Ambroſii, Chryſologi, Bedae loca) *Flamma vero proprie fornacis eſt dicta, quod FLATV follium excitetur.* Deinde cap. VII. (cui praeſcribitur titulus: *De inſtrumentis FABRORVM*) qui ſint abſolute & ſine additamento FABRI, inſtrumentorum recenſio oſtendit; nempe *incus*, *malleus*, *marcus*, *marcellus*, *marculus*, *forceps*, *lima*, quae ſunt omnia ferraria inſtrumenta.

Nec diverſa porro ſententia veteri Juvenalis interpreti ſedit; qui ad illud ſat. VII. 222. *Mediae quod noctis ab hora Sediſti, qua nemo faber, qua nemo ſederet, Qui docet obliquo lanam deducere ferro*: illud NEMO FABER interpretatur *Ferrarius*; idque omnino ex paſſim uſitata notione, quae aevo Scholiaſtae iſtius voci FABER ſubjiciebatur. Nam ceteroqui, ſi rem introſpicias, nemo praeſtabit, Juvenalem heic *Fabrum* pro *ferrario* accepiſſe. Quidni enim ſit γενικῶς quivis operum duriorum artifex? Quid quod τὸ *ſedere* (quod ibi ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur) aerario parum videtur convenire? Tamen Plautus Rud. II. 6. 48. de fabris ferrariis dixerat, *Apud carbones aſſident*; fort. ubi ſunt otioſi. Quamquam ceteroqui Plautus & Juvenalis *ſedendi* verbo *artes ſellularias* deſignare voluerunt, quarum nomine veniebant non tantum eae, quae ſedendi habitum in artifice requirerent, ſed & quae eumdem intra officinae parietes *ſedere* i. e. morari cogerent. Hinc illud Malachiae III. 3. *Et ſedebit conflans, & emundans argentum.* Et Hebraeis ceteroqui familiare eſt eo ſignificatu τὸ *ſedeo*. Ad Juvenalem redeo, qui pulchre ludimagiſtri artem inter ſellularias ponere ſtuduit, inquiens, *Mediae quod noctis ab hora Sediſti.*

His omnibus antiquior Servius ad illud Aen. VIII. de Vulcano: *Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit*: illud *fabrilia* exponit *dura*: tum addit: *Et ex contrariis epithetis fecit ornatum, dicens, Mollibus e ſtratis ſurrexit ad opera fabrilia.* Poſtremo uti dixi in veteribus Gloſſis vox χαλκοτύπος (i. e. aerarius faber) eſt ubi redditur abſolute FABER.

Atque haec ex grammaticis. Nunc porro videamus, utrum ſcriptorum quarti & ſequentium ſaeculorum uſus cum horum grammaticorum ſcitis cohaereat. Ordiar autem a FABRICIS & FABRICENSIBVS, quorum multa eſt in utroque Codice, Notitia, Caſſiodoro, & alibi mentio. Sunt autem *ſacrae fabricae* nihil aliud, quam ὁπλοποιῖαι h. e. armorum officinae, in variis iiſq. deſtinatis Imperii locis, & ſub diſpoſitione Magi-

quentium ſaeculorum ſcriptoribus, quum Joſephum *Fabrum* audirent, ſtatim *aerarii* ſive ferrarii artificis notio ſubibat. Qua ex notione rati poſſe ſe moralia documenta elicere; hinc ea, quae ſup. not. 340. adſcripſi, in ſuis ſcriptis poſuerunt.

At Hieronymus, quippe haud paullo ceteris eruditior, haud inſcite ad notionem verbi τεκταίνω & vocabuli Τέκτων ſtructoriam ſpectaſſe videtur, ac pro fabrica caementaria ſtetiſſe. Quem in eo ſecutos quoſdam ſaeculi XII. ac deinceps Scriptores reperio; quos una omnes in ſubjectam (344) adnotationem conjeci.

Poſtre-

Magiſtri officiorum. Ac de his fabricis multus apud eruditos ſermo. Atqui quod hae officinae, *Fabricae* nuncuparentur, id ab uſitato tunc temporis FABRI abſolute poſiti ſignificatu fluxit, quatenus id vocabulum vix aliud quam *ferrarium artificem* paſſim deſignabat. Quod etiam aevo poſteriore ſub Carolo Calvo obtinebat; in cujus Capitulis tit. 36. cap. 29. quaedam de *Fabro* & *fabricinio* eodem ſignificatu reperio.

Sed venio ad quarti ſaeculi ac deinceps ſcriptores; ac ſane videamus, num revera apud illos FABER, FABRILIS &c. abſolute poſita τὸν χαλκέα ſignificent. Arnobius, qui exeunte tertio ſaeculo floruit lib. VI. (pag. 197. ed. Lugd. Bat. 1651.) *Cum pileo Vulcanus formatur & malleo . . . & FABRILI expeditione ſuccinctus*. Ubi *fabrilis expeditio* eſt περίζωμα τὸ χαλκευτικὸν, quod fabrum ferrariorum peculiare erat. Vide ibi Deſ. Heraldi adnotata; qui ex Arriani Epicteto IV. 8. (in fine pag. 426. ed. Colon. 1595.) confirmat τὸ πῖλον καὶ περίζωμα ſignum διακριτικὸν fabrum aerariorum fuiſſe.

Claudianus Carm. 2. *De piis fratrib. & eorum ſtatuis* (quas certe ex aere factas diſtichon ſextum oſtendit) verſu 26. *Diviſit vultus cum pietate faber*. Et de bello Get. 542. *Flammiſque diu mollitus & arte In ſua damna chalybs, FABRO lugente, rubebat*. Etſi eamdem vocem alibi de materiario uſurpavit.

Auſonius Moſella 267. in eleganti folliuin deſcriptione. *Sic ubi fabriles exercet ſpiritus ignes, Accipit alterno cohibetque foramine ventos Lanea fagineis alludens parma* (i. e. ἐπιγλωττὶς) *cavernis*.

Prudentio raro videtur aliter quam pro aerario ea vox adhibita. In 1. contra Symm. 298. de Vulcano: *Fertur & Aeoliae ſummus faber eſſe, vel Aetnae*. In X. Periſteph. 293. *Fabri deorum vel parentes numinum: Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius, Non eſſet ullus Jupiter conflatilis*.

Magnus Gregorius ad illud 1. Reg. XIII. 19. *Faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Iſrael*, ſic commentatur, ut ipſe *Fabrum* abſolute eodem ſignificatu uſurpet; ut (p. 295. B.) *Fabri namque arte adjuti vincerent, ſi . . .*

Atque haec ſatis fore puto, ut intelligatur, aevo collapſae Latinitatis *Fabri* ſimpliciter poſiti nomine *ferrarium* veniſſe. Id magis miror Voſſium illum, cui Latini ſermonis critice, quantum non alteri, debet, eadem notione *artem fabrilem* uſurpaſſe, quando in II. de Idol. 66. ad Vulcanum an ad Minervam *Ars fabrilis* auctorem ſit referenda, diſputat: qui μεταλλουργικὴν intelligit.

(344) Hieronymus ad Marci VI. nihil de ferrario opificio delibavit, ſed inſtitit potius arti ſtructoriae: ad quam certe mundi fabrica commodius refertur. *Deinde*, inquit, *iens in patriam ſuam, filius fabri JESUS vocatur. Et hoc myſtice: ſed fabri, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, id eſt Eccleſiam primam & ſequentem, in quarum figura mulier, & puella ſanantur*. Ac ne quis putet, me obtorto collo invitum Hieronymum in hanc ſententiam pertraxiſſe; ecce idem vir ſummus ad Zach. I. haud procul a fine capitis clarius ſeſe ex-

Poſtremo etſi Latinorum pleriq. pro aeraria officina militaverunt, nonnulli pro ſtructurae opere: tamen adhuc ſunt, qui pro materiaria fabrica adduci poſſint. Ex quibus Ambroſium & Pſeudo-Theophilum ſup. not. 341. jam in medium attulimus: nunc & Auctorem (345) Operis imperf. in Matth. & prae-

ſe explicat. Nam ubi *fabros* prophetae hujus μυςικῶς pro aedificatoribus (virtutum ſcil.) accepiſſet, idq. Scripturis firmaſſet; addit: *Unde. ipſe Dominus Dei omnipotentis filius & creatoris omnium, FABRI filius appellatur.* Ex quibus non eſt dubium quid eruditiſſimus Doctor Evangelicum *Fabrum* appellaverit: in quo Hieronymum non incuſo, quippe qui fort. ſciret Graecum ΤΕΚΤΩΝ nonnumquam, tametſi rarius, de lapicida & aedificatore uſurpari (vide ſup. not. 319. & 321. & ibi dictis adde Chriſtoduli Grammatici auctoritatem, rejicientis vocem οἰκοδόμος, cujus loco dici vult οἴκων τέκτων) Latinorum vero FABRO non tantum ligna & metalla, verum etiam ſtructoriam materiam ὑποχεῖσθαι; eos autem non magni faceret, qui ſua aetate FABRUM ſine adjectione de aerario tantum acciperent.

Auguſtino quoq. (aut potius cuivis alteri ſub Auguſtini nomine) Joſephi ars οἰκοδομικὴ placuiſſe videtur; modo vera ſint loca, quae ex illo afferunt Bollandus, & Corn. a Lapide. Ea nunc adire non vacat. Sed adeat, cui libitum eſt, Tillemontij extremam not. 2. de S. Joſepho.

Sed quidquid de Auguſtino fuerit; quem puto potius lignariam Joſepho aſciam in manus dediſſe, ut infra ex S. Thoma oſtendam: lubet alios Hieronymianae ſententiae ſectatores modo a me conquiſitos depromere. Remigius Autiſſiodorenſis in Zachariam ad fin. cap. 1. (to. XVI. Bibl. PP. p. 1018. D.) verba Hieronymi de fabris ſpiritualibus αὐτολεξεὶ deſcripſit: ex quo conjicere licet eum in Hieronymi iviſſe ſententiam.

Aliquanto clarius ſeſe explicat Paſchaſius Ratbertus Corbejenſis, qui medio ſaeculo IX. obiit, lib. VII. in Matth. Evangelium (to. XIV. Bibl. PP. p. 531. A.) *Irridendo magis fabri filium eum vocant, ut ex vilitate operis amplius eum deſpiciant; quamvis Dei nutu, etſi inviti, de illo quae vera ſunt & Deifica loquuntur; quoniam Dei Patris eſt vere filius; qui fabricator eſt mundi. Unde Marcus eum non fabri filium, ſed ipſum fabrum dicit. Eo enim eum fabrum credebant, quo & fabri filium* (ſunt Auguſt. verba) *ex artificio patris vere & ipſe faber; quoniam fabricator eſt orbis, per quem facta ſunt omnia.*

Verum alter Corbejenſis Monachus, Paſchaſii aequalis, Chriſtianus Druthmarus Grammaticus, quid *Fabrum* Evangelicum appellaverit, non ſinit nos dubitare. Is expoſitionis in Matth. cap. 35. (to. 15. Bibl. PP. p. 129. E) ſic poſuit: *Fabri filius autem fuit, ſed non iſtius. Pater ejus CAMERAM Caeli ſic lucidam & curvam fabricatus eſt per hunc, quem deſpicitis.*

Poſtremo & Hugo de S. Caro quia ad Matt. XIII. 55. verba Hieronymi ſupraſcripta uſurpaverat, Joſephum feciſſe ſtructorem eſt creditus. At idem quia ad Marci VI. 3. verba Malachiae 3. commentarii loco poſuerat; multo verius flaturariae artis patronus exſtiterit. Vide ad finem not. 340.

Verum quid incidit, cur Protevangelium S. Jacobi incogitans praeterirem? Ibi enim diſerte S. Joſepho οἰκοδόμησις *aedificandi ars* tribuitur. At eum locum male a quibuſdam intellectum, de lignario opere eſſe capiendum docebitur not. 347.

(345.) Auctor operis imperf. in Matth. (ad calcem to. VI. Chryſoſtomi ed. Montf. Hom. 1. [ad Matt. I. 18.] pag. XXIII. E) ſic poſuit. *Maria deſponſata erat fabro LIGNARIO: quoniam & CHRISTUS ſponſus Eccleſiae omnem ſalutem hominum, & omne opus ſuum per LIGNUM Crucis fuerat operaturus.* Quo nihil luculentius. Quaeritur

inter

praeterea duos veritatis doctores, duoque eximia Eccleſiae luminaria, Auguſtinum, inquam, & S. Thomam, qui omnium inſtar erunt, ad lignariam Davidicae familiae *Aſciam* nomina ſua dediſſe, adjuncta heic (346) adnotatio docebit.

Ac nihil aliud profecto nunc reſtat, niſi ut Evangelia prius τὰ νοθεύμενα ſive apocrypha, tum & Orientales Divinorum Evangeliorum translationes in medium producam; ex utriſque enim Nazarethicae domus ars lignaria liquido conſtabit. Et quidem ad ſpuria Evangelia quod attinet; non eſt dubium quin etſi

inter eruditos, is auctor, (qui ſe Chryſoſtomum videri voluit, aut alii voluerunt) Graece an Latine ſcripſerit. Eraſmus praeivit ſuſpicans, *illum Latine ſcripſiſſe, licet & Graece noverit*. At hujus temporis critici, prorſus Latine illum ſcripſiſſe, pro comperto habent. Quibus nihil habeo cauſae quin aſſentiar. Ceterum numquam hoc Tillemontio dederim, eum Hiſpanum & quidem ſaec. VII. ſcriptorem fuiſſe, conjicienti. Atqui nuſquam magis, quam in Hiſpaniis eo tempore ferrarium Joſephi opificium radices egiſſe oportuit. Magna ibi fama erat Leandri, maxima vero Iſidori operum. Itaque mirum, ni hic in eorum ſententiam conceſſiſſet. At certe hic auctor antiquior fuit; nec eſt, cur ei non credamus, poſt Theodoſii tempora ſcripſiſſe ſe, innuenti. Deinde ſive Graecam linguam optime norat; ſive, quod ex ſtylo videor colligere, ortu Graecus ipſe, Latine ſcripſit. Qui niſi domo Graecus exſtitiſſet, numquam vim vocabuli τέκτων tenuiſſet, indeque ſignificantias μυστικωτέρας de LIGNO crucis petiviſſet: quam notionem (ut de Hieron. taceam: de quo v. not. 344.) Ambroſius Graece doctus non tenuit, ut qui iiſdem finibus TEKTONA, FABRUMQ. definierit (v. not. 341.) quum contra *Faber* extra τέκτονος terminos longius multo procurrerit.

(346) Aquinatis ſententia non tam in ejus Catena in Evang. quaerenda eſt (ubi varia antiquorum loca contexit nihil de ſuo admetiens) quam ex comm. in Matthaeum. Sed tamen hoc commodi ex ea catena aſſequimur, quod dum Hieronymi, Bedae, Hilarii (priores duos ad Marcum producit, tertium ad Matt.) loca, quae jam ſupra propoſuimus, affert; etiam S. Auguſtini loco, qui nunc in ejus operibus nec veris nec ſpuriis legitur, nos carere non ſivit. Ergo ſummus Theologus in Cat. ad Mat. XIII. 55. affert ſequentia ex Auguſtini ſerm. de Nat. *Eſt autem Pater Chriſti faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus eſt, arcam Noe diſpoſuit, Moyſi tabernaculum ordinavit, Arcam teſtamenti inſtituit. Fabrum dixerim, qui mentem rigidam explanat, ac cogitationes ſuperbas excidit*. Qui ſane locus nihil complectitur, quod ab Auguſtini ſtylo abhorreat. Imo locus eſt non inſulſus: nam quod Ambroſius dixerat *vitia .. circumdolat*, hoc Hipponenſis *Cogitationes ſuperbas excidit*: quod ille (a τεκτόνων ſcil. ad χαλκέας proſiltans) *rigida mentium ſpiritus igne mollire*, hoc Auguſtinus verſtans in re lignaria, *mentem rigidam* (aſcia & runcina) *explanat*. Omnino quum hic locus totus ſit in lignariis operibus; non dubitabo Auguſtinum inter Aſciae patronos referre.

At S. Thomas diſerte ac ſine ullis ambagibus Joſephum materiarium fuiſſe ait, aerarium negat. Sic enim in com. ad illud Matt. *Nonne hic eſt fabri fil.* ſcripſit: *Ipſe enim putabatur filius Joſeph. qui NON ERAT FABER FERRARIUS, SED LIGNARIUS. Quamvis etiam poſſet dici filius fabri* (ejus) *qui fabricatus eſt auroram & ſolem. Pſ. 73.*

etſi nihil prorſus Divinae auctoritatis iis ſit tribuendum, tamen vel dum fabulantur, ſatis idonei receptae tunc temporis (h. e. in Eccleſiae primordiis) traditionis teſtes exſiſtant. De his vide in inferne (347) adnotatis. De orientalibus vero interpretationi-

(347) Primum omnium Protevangelium S. Jacobi num. IX. ubi de Maria deſponſanda, & virgarum miraculo (nota eſt narratio) agitur, ſic habet: Ἰωσὴφ δὲ ῥίψας τὸ σκέπαρνον, ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῆς. *Joſeph autem abjecta aſcia* (male ibi interpres Poſtellus pro *aſcia* vertit *ſecuri*: idquod & Calmetus diſſ. de S. Joſ. art. 2. ſecutus eſt: *hache*) *exiit obviam illis*. Et adhuc dubitamus de Mariae Sponſi artificio? Niſi vero ſiquis eſt, qui in tanta rerum ignoratione verſetur, nunquam ut fando audierit, eccujus artis Σκέπαρνον *Aſcia* ſignum διακριτικὸν fuerit. Atqui id Epictetus non ignoravit, quem Arrianus lib. IV. haud longe ab initio cap. 8. ſic loquentem facit: οὗτος τέκτων ἐστί· διὰ τί; χρῆται σκεπάρνῳ. *Hic materiarius eſt. cur? quia aſcia* (male heic quoq. interpres *ſecuri* poſuit) *utitur*... *Hic philoſophus quare? pallium habet & comam*. Hinc *fabrum lignarium* in hiſce provinciis vulgo *il Maſtro d' aſcia* appellitamus. Et tamen noſtri critici jactant, in S. Jacobi Protevangelio Joſephum aedificatorem exhiberi. Ita certe Calmetus vir eruditiſſimus Diſſ. de S. Joſ. initio art. 2. docet.

At, credo, ſtructor Joſephus fuit; quia ibid. ad finem capitis ſic agens cum deſponſata ſibi MARIA inducitur: *Nunc derelinquam te domi* (ἀπέρχομαι γὰρ οἰκοδομῆσαι τὰς οἰκοδομάς μου) *Vado enim ad ædificationes meas. Dominus autem te cuſtodiat*. Quo nil clarius eſſe putant. Quaſi vero in ſtructurae opere nullae partes materiarii ſint. Πρὸς οἰκοδομὴν ξύλα τέμνειν in Geoponicis legitur pro his Varronis, *In ædificia ſuccidere arborem*. Mitto jam, quod ſermone Helleniſtico τὸ οἰκοδομεῖν de materiario opere, & quovis alio dicitur. Act. XV. ex Amoſo: Ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβίδ. Sic 3. Reg. XXII. 39. οἰκοδομεῖν refertur ad οἶκον ἐλεφάντινον: 1. Par. XVIII. 6. ad οἶκον κέδρινον: & 2. Par. XVI. 6. ad ξύλα: ut cetera taceam. At ne probi quidem Scriptores ab uſu γενικῷ ejus verbi abſtinuerunt; uti quum Lucianus *de vera hiſt.* στιβάδας ᾠκοδόμηντο, & *toros ædificaverat*, tomentum ſcil. aut quid aliud infarciens. Greg. Nanz. ἐξ ἀλτῆς καλάμης οἰκοδομεῖ i. e. *ſtruit*. Et eſt κατάχρησις ſimilis illi, οἰνοχοεῖν ὕδωρ. Non eſt ergo dubium, quin Protevangelium illud totum ſit in lignario opificio.

Venio ad Evangelium Infantiae celebre in primordio Eccleſiae, in quo inter carbones haud raro & gemmas reperias. Id nunc to. 2. Cod. Pſeudepigr. Fabricii ex Arabico Latine redditum habemus. Ibi pag. 200. cap. 38. ſic legitur. „ Joſephus autem „ per totam urbem circumiens Do„ minum JESVM ſecum ducebat; „ quum propter artificium ejus ho„ mines illum arceſſerent, ut portas „ illis, aut mulctralia, aut cribra, „ aut arcas conficeret. . Quotieſcum„ que ergo Joſepho aliquid operis ſui „ longius aut brevius, latius ſive an„ guſtius faciendum eſſet; Dominus „ JESVS manum ſuam verſus illud „ extendebat; ac ſtatim prout vel„ let Joſephus, res ſuccedebat; ita „ ut opus non eſſet ipſi quidquam „ manu ſua perficere „. Mox cap. 39. „ Arceſſivit illum rex Hieroſol. (qui tamen nullus tunc erat praeter Imp. ex Jo. XIX. 15.), & volo inquit, „ Joſephe, ut ſolium mihi conſtruas „ ad menſuram illius, in quo ſedere „ conſuevi. . Biennium in regia man„ ſit, donec abſolviſſet „. Quo in ſede ſua collocato, „ duas utrinq. ſpithamas a praefinita menſura deficere „ animadvertit. . Joſephus iram regis „ metuens, incaenatus dormiebat. . „ Cui Dom. JESVS . . tu unum, in„ quit, illius ſolii latus apprehen„ des, & ego alterum . . Cumque . . „ uterq. a latere ſuo valide traheret; „ paruit

tionibus ſic reperio omnium antiquiſſimas, quaeq. ex Graeco ἀμέσως manarunt, in iis Joſephum (348) materiarium fieri; contra ſiquid forte non ex Graeco, ſed ex Latino Codice, imo & ex Latinorum poſteriorum ſcitis transfuſum fuit, ibi ſtatim eumdem (349.) aerarium artificem evadere.

IV.
MANTISSAE EPILOGVS.

Sed jam ſero admodum animadverti mantiſſam hanc alteram longius mihi multo, quam praedixeram, proceſſiſſe. Quocirca retinendam cenſeo, curſumque inhibendum. Nec enim fore amplius auguror, qui Evangelicum Τέκτονα, tamquam univerſi generis vocem ſint habituri; aut vero de antiquitatis

in

„ paruit folium, & ad juſtam loci il- „ lius menſuram reductum fuit. „ Fabricatum autem erat folium hoc „ ex ligno illo, quod extiterat tem- „ pore Solelmanis (i. e. Salomonis) „ ligno ſcil. variis formis & figuris „ inſignito.

(348.) Inter orientales Evangeliorum interpretationes Syriacam omnium antiquiſſimam eſſe, & ad Eccleſiae naſcentis primordia referri, eamdemque ad Graecos codices elaboratam fuiſſe, nemo ambigit. Ibi tum apud Mattheum, tum Marcum pro vocabulo Τέκτων vox נגרא *nagra* appenditur, quae ſine controverſia *fabrum lignarium* ſignificat.

Ut & Arabs ibidem habet *Eben elnagiar*, *filius fabri lignarii*. Vides utrobique *materiarium* reddi, imo eamdem plane radicem נגר, ne una litera minus, utrobiq. ſeſe offerre. Has vero duas interpretationes tantumdem eſſe ac Orientis totius conſenſionem, tum de notione Evangelici Τέκτονος, tum de Nazarethicae familiae artificio, nemo non videt.

Ceterum dum haec plagula, jam jam prelum experiretur; accepi Roma beneficio CAELESTINI GALIANI Archiep. Theſſalon., REGIS noſtri a ſacris, Gymnaſiarchae meritiſſ. atque eruditiſſ., verſionum Perſicae, Armenae, Illyricae, Aethiop. cum Graeco & Syriaco conſenſum. Quae, quia, compactis jam in torculari formis, inſerere heic non licuit; in Addendis cum foenore dabimus.

(349) Hebraicum Matthaei Evangelium a Tillio editum intelligo. In eo CHRISTVS dicitur filius נפחא *niphcha* i.e. *ſufflantis*. Quo vocabulo ferrarius intelligitur, qui folle ad ſufflandum utitur. Hinc מפח *mappuah*, *follis*: & Iſ. LIV. 16. ferrarius faber ſic deſcribitur: *Ecce ego creavi* (חרש נפח באש *charaſh nophea baesh*) *artificem ſufflantem in igne*. Is in LXX. appellatur χαλκέα φυσῶν ἄνθρακας *ferrarius ſufflans prunas*. Vides profecto Judaeum illum χριστιανίζοντα, quisquis fuit, qui Matthaei Evangelium in Hebraeum ſermonem transfudit, Evangeliſtae Graecum non vidiſſe, ſed Latinum Vulgatae expreſſiſſe; & quidem non ante illud tempus, quo Latinis *Faber* peculiariter *ferrarium* ſignificabat, imo poſt editas ac paſſim adoptatas illas Patrum Latinorum explanationes, qui illa ferrarii deſcriptione *igni operantis & Spiritu* hunc Matthaei locum illuſtrarunt, quam aevo ſequiore in omnium ore fuiſſe, mihi perſuadeo.

in Joſephi CHRISTIQ. aſcia conſenſione ſint dubitaturi. Et quidem, ut ſub uno aſpectu univerſa proponam, antiquorum in ea quaeſtione ſcripta rimari (quamquam & id abunde praeſtitimus; & ea quoq. parte penes aſciam victoria ſtetit) vana erat diligentia. Nam quis umquam de Pauli, quem Lucas Act. XVIII. 3. σκηνοποιὸν τὴν τέχνην, *tabernaclarium* fuiſſe palam teſtatur, artificio veteres conſultum ivit? Et antehac quidem de Divinae familiae opificio aevi noſtri critici ſollemne illud *non liquere* pronuntiaverant; necdum enim in Τέκτονος veram notionem inquiſitum fuerat. At olim in toto, qua latiſſime patebat, Graecae facundiae orbe (ut & totas Syriaci ritus Eccleſias taceam) nemo unus exſtitit, qui addubitaret; nec modo Chriſtianorum, ſed ne gentilium quidem; quippe hi CHRISTVM χλευάζοντες, modo τὸν τοῦ τέκτονος υἱὸν, modo & ipſum Τέκτονα appellitabant. Ceterum quod Latinorum nonnulli de CHRISTI patre ſic, tamquam de ferrario artifice, ſunt locuti; id vero illi non ex antiquorum traditione hauſerunt, ſed ex notione vocis FABER, quae quarto, & ſequentibus ſaeculis paſſim recepta erat: quum contra quo primum tempore Evangelia Latinis auribus commiſſa fuerunt, eo tempore eadem Latina vox ſine adjectione, ad Τέκτονος notionem ξυλουργικὴν enotandam maxime idonea Plinio & aliis non poenitendis auctoribus viſa eſſet. Tametſi ceteroqui nullum umquam tempus fuit, quo vox FABER τὸ γενικὸν notionis exuerit, & quo pro variis additamentis non varia opificia deſignaverit. Tanti profecto critica diſciplina & vocum potiſſimum ſcientia eſt ad veterum non modo externorum, ſed & Divinorum ſcriptorum ſenſa perſcrutanda. Atq. haec ſatis, optime TANUCCI, ſint: ne, dum id laboro, ne Divinas litteras profitenti mihi Theologi ſtomachentur, quaſi qui in Aſciae argumento leviſſimo conſenuerim; nunc etiam in hac, prope dicam, DIVINA ASCIA nimius (350) (immemor τοῦ πρέποντος) videar.

Imo

(350) Plane, ut quod res eſt fatear, mantiſſam hanc jam typothetae manus expertam, ſed nondum prelo commiſſam, ubi voluntate mea longius progreſſam animadvertiſſem, ſtatutum erat nonniſi multis partibus mutilam prelo tradere, ſiquo pacto moroſae ἀκριβείας amolirer offenſionem. Id dum aggredior, viri nobilis Franciſci Galluppi (philologi ſummi, quantum Graece, quantum Latine exſtat, in numerato habentis) auctoritas interceſſit; quum diceret, ea, quae, indicta aliis, e tenebris primum eruuntur, εὐκαίρως ἀκαίρως obtrudi poſſe, imo & debere, nonnulli cupidis uſui aliquando futura. Cui non poterat ſine piaculo non pareri.

IMo hae ſunt, perſerentiſſime mortalium BERNARDE TANUCCI (quo enim alio vocabulo tecum utar, non reperio, cui epiſtolam pollicitus, mox, primum totos Aſciae annales, deinde & *curas* neſcio quas *poſteriores*, poſtremo & Auctaria duo faſtidienti ac prope averſanti ingeſſerim: exorſus adhaec & Aſciae ἀποθέωσιν, niſi recitanti ravis interceſſiſſet) hae, inquam, ſunt appendices illae duae, per quas morari te tantiſper volui dum Franc. Car. Conradus V. C. (cujus Parerga a duobus tribusve viris amicis mihi jamdiu promittuntur) de Germania adventaret. Verum ille domi ſe continet; ſuiſque ſe hypocauſtis oblectare potius habet, quam foris algere, & longo ac pruinoſo itineri ſe committere. At equidem ſpe tamdiu fruſtratus, poſſem tamen alias ex aliis moras nectendo, diem dicendo eximere, quouſque Conradiana illa ad manus eſſent. Quid enim? an non reſtat adhuc de ACTIA NICOPOLI is, quem ſup. pag. 114. not. 141. me daturum recepi, commentarius bene longus (qui quidem jam ante hos dies perſcriptus, in forulis deſidet) perſolvendus? Reſtarent & alia quaedam ex hujus Aſciae occaſione ὁδῷ πάρεργα, eaq. vel concepta, vel ruditer informata. Poſtremo reſtaret monumentorum ſub aſcia dedicatorum recenſio, praeter illa, quae paſſim tota hac epiſtola inſperſimus. Verum, ut ille ait, *in publica commoda peccem, Si longo ſermone morer tua tempora*. Quare & *Actia Nicopolis*, quamvis prodire geſtiens, & quae affecta nuper dixi, nonum premantur in annum, per me licebit, potius quam te jam diutius, TANUCCI, teneam. Poſtremo non deerit induſtrius aliquis, qui ex Grutero, aliiſque inſcriptionum theſauris monumenta ſub aſcia dedicata, ſiqua forte heic deerunt, in unum collecta huic opuſculo adtexat. Omnino enim in magna apud te gratia me futurum ſperavi, ſi darem hoc tuis publicis occupationibus, potius ut promiſſa omittendo, fidem fallerem, quam re jamdiu delaſſatum, ad ultimum enecarem. Nam de Conrado, quandoq. is remittente frigore in viam ſe dederit, poſtea videbimus. Vale. Kal. Decembr. An. CIↃ IↃCCXXXVIIII.

AD-

Pag.6. ad finem not. 3. adde. Verum deinde obſervavi, eamdem hanc inſcriptionem, quae Rivallio prae oculis fuit, ſic a Pardulfo Prateio (quem mox in *hiſce* addendis XXXviratui addam) afferri lib.IV. *Juriſpr. Vet.* ut & auctior ſit, & in numero annorum habeat XVII.

Pag. 8. not. 5. col.1. poſt verſ. 7. adde. Ceterum quid incidit, cur Pierius Valerianus (vir ceteroqui apprime criticus) pro DEDICAVIT legerit DEDI VETVIT? aut τὶ παθών? Equidem ex lectione ſchedarum, in quibus litterati lapides deſcribuntur, comperi viros doctos dum non ad lapidem verba exſcriberent, ſed memoriae confiſi, domi deinde ſuae illos titulos in adverſaria referrent, ſaepe vocabulum aliquod cum ſuo ſynonymo commutaſſe. Itaque ſive Pierius, ſive is, ex quo habuit, dum lapidem viſeret, credidit, τὸ DEDICAVIT in duo diſpeſcendum fuiſſe DEDI CAVIT. His jam duobus verbis in memoriae theſauro reconditis, mox domi ſuae pro CAVIT ſubſtituit ejus ſynonymum VETVIT. Atque haec eſt origo Pieriani παρορáματ☉: quod aliquis ex *Trevoltinis* IIIviris (Aenêus, puto: v.ſ.p.55.& not.64) pro legitima ſcriptura lapidis habuit.

Pag. 9. poſt verſ. 14. adde.

V. FRANC. BALDVINVS.

Verum ab juriſc. orſus, ad eoſdem redeo. Franciſcus Balduinus in leg. XII. tab. (pag. 81. edit. Pariſ. 1554.) legem ſic concipit: HOC PLVS NE FACITO. ROGVM ASCIA NE POLITO. Ad quae ſic commentatur: *Rogum aſcia poliri cum vetant, ſignificant, ea ligna, quae ad conſtruendum rogum comparabantur, dolari perpolirique, quaſi ad aedificium non debuiſſe.* Deinde laudatis Papiniani, Marcellique de funeris monumentive minuendis ſumtibus quibuſdam reſponſis, haec ſubjicit: *Porro monumentum ipſum Aſcia perpoliri potuiſſe, & dedolari, ipſae quoque veterum ſepulcrorum inſcriptiones teſtantur, quibus Sub aſcia dedicatum, vel poſitum ſepulcrum ſaepe legimus.* Illud poſtremo non diſſimulat, multa de ſumtu & ratione funerum fuiſſe in XII. quae integra deſcribere non liceat, quia Cic. obiter prima tantum eorum verba attingit, utpote vel pueris tunc nota.

VI. PARDVLPHVS PRATEIVS.

Paucis poſt annis Pardulphus Prateius in Juriſprud. Vetere (quam an. 1559. in lucem emiſit) ad leg. XII. tab. ſic poſuit: *Lex XLII. SVMPTVOSA FVNERA* (pro HOC PLVS ſcilicet legit SVMPTVOSA FVNERA) *NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO. Tranſtulere quoq. hanc ex Solonianis legem* (non: ſed eſt imitatio legis Lycurgi: vide pag. 161. & ſeq.) *ut ex eod. Cic. II. de Leg. 24. liquet* (ſed ibi Cic. dixit FERE; de quo μοὶ memini dixiſſe) *quam interpretatur idem, & Plut. in Solone ſumptuoſa & lamentabilia funera vetante . . . Rogi ligna Aſcia dolari, poliri vetant leges. Erat autem Aſcia, quae Graecis Αξίνη dicitur, dolandi inſtrumentum, cujus formam Lugduni in antiquiſſ. lapidibus vidimus, SVB QVA dicabant veteres Lugdunenſes Diis Manibus: qualem vidimus ad aedem D. Magdalenae ſacram ad ſuburbium.* D. M. ET. QVIETI. AETERNAE. EVTYCHIANI. FILI. DVLCISSIMI. PIENTISSIMI. PRVDENTISSIMI. REVERENDISSIMIQVE. QVI. VIXIT. ANNIS. XVII. M. I. D. IIII. ROMANVS. PATER. PONENDVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Haec ibi Prateius. Inſcriptio quam ad D. Magdalenae affert, eſt illa eadem, quae a Rivallio indicatur.

Idem Prateius in Lex. juris edito an. 1567. *Aſcia in XII. tab. & in antiquiſſimis epitaphiis quae vidi in lapidibus vetuſtiſſimis, erat dolandi inſtrumentum: cujus formam Lugduni in eiſdem lapidibus vidi. Graecis ἀξίνη dicebatur. Verba legis XII. tabb. haec ſunt: SVMPTVOSA FVNERA NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO. Hanc explicui lib. Veteris juriſprud. 4.*

Pag.

Pag. 11, initio adde (& quidem cum nota num. VIIII. nam modo Balduinum & Prateium XXXviris adjecimus.)

VIIII. IVSTVS LIPSIVS.

Per haec maxime tempora ſummus ille ἀρχαιολόγος Lipſius viguit, an. 1606. extinctus, annos natus 58. Quem mirabar ſi nihil de hac formula chartis illeviſſet. Tandem in inſcriptionum Gudii indicibus cap. XV. pag. XXXIX. ſic adnotatum reperi: *Jo: Matalius Metellus ſcribens ad Juſtum Lipſium, quaeſivit, quid ſignificaret illud, quod in monumentis veteribus inſcriptum eſſet SVB ASCIA DEDICARE. Habet epiſtolam Metellinam LVIII. loco, volumen epiſtolarum Lipſii, & doctorum virorum ad eum, quod debemus curae Petri Burmanni*. Hanc Burmanni collectionem videre non contigit. Siquid vero Lipſius Metello de ea formula reſcripſit, peſſimo reip. intercidit.

Pag. 15. not. 20. ad fin. verſ. 2. adde: ut & principem Gutherii editionem Pariſienſem.

Pag. 28. col. 1. in not. (d). ver. 2. poſt DVLCISSIMVS. SORORIVS, adde. Sed tamen DVLCICIVS rectum videtur, ut ſit ὑποκοριστικὸν a *Dulcis*; niſi fuerit in marmore DVLCICVLVS, quo utitur Cicero.

Pag. 32. ad finem not. 32. adde. Praeter recenſitas modo inſcriptiones, & eas, quae paſſim hoc libro producuntur, en paucas alias caſu mihi obvias factas; quas & ordine alphabetico nominum (non praenominum) quae prima ponuntur, heic adteximus. A Ligorianis (eae ſunt num. quinq.) νοθείας ſuſpicionem non amolior. Notum eſt hominis ingenium, placentis ſibi in hujuſmodi fabricis.

1. Ligoriana Lugdunenſis apud Gudium p. 340. 8. *Aemiliae. P. F. Doci * miae. libertae* (ſi erat Publj filia; eadem ingenua, non liberta erat) *rientiſſim * ae. et. M. Aemilio. Ma * uro. liberto. vivo. fe * cit. et. ſub. aſcia * dedicavit * Aemilia. Calid * poſuit*.

2. Ligoriana Ferrarienſis (difficile eſt, Ferrariae eam formulam *dedic. ſub aſc.* repertam fuiſſe) apud Gudium pag. 316. 1. *Diis. Manibus * ſacrum* * (SACRVM abeſt ab inſcriptionibus *ſub aſc.* ut dixi p. 247. not. 285.) *et. quietate. aeternae * L. AVRELI. L. L. Porphyrion * vixit ann. LXVII * M. Aurelius. L. L. Heros * fecit. et. ſibi. et * ſuis poſteris * et. ſibi. vivus. ponen * curavit. et * ſub. aſcia. dedica * vit. IN. FR. P. XII * IN. AGR. SIT. EST * PED. XVIII. * apud. naval. Interamnat * Navart.*

3. Apud Scip. Maffeium in Gall. Antiq. ſel. p. 22. Lugduni. *D. M. * Q. Capitoni* (eſt patrius caſus a *Capitonius*, non, ut putat Maff. dativus a *Capito*) *Probani * Senioris domo Rom * IIIIII vir. Aug. Lugudun * et Puteolis * Naviclario Marino * Nerius & Palaemon * liberti patrono * quod ſibi vivus inſti * tuit poſteriſq. ſuis * et ſub aſcia dedicav.*

4. Apud Grut. 770. 9. Lugduni. Adeſt aſcia Gruteriana, ut infra n. 6. *D. M * Et. memoriae. aeter * CL. Meſſoris. et. FL. Dionyſi * diſ. conjug. quae. ſibi. viva * poſuit. utriſque. quae * vixit. ſine. ulla. querel * la. quae. fuerat. felix * ſat. ſi. non. plena. dol * oris. quae. filios * duos. caruit. cujus * unius. nati. mortem * non. interfuit. lon * geque. peregre * que. mater. ORFANA* * (Ὀρφανὸς Heſychio non tantum eſt *genitoribus orbatus*, ſed etiam *filiis*. Plut. ὀρφανὸς τέκνων, Plato ὀρφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων dixit) *viva. ſibi. et. ſuis * poſuit. et. ſub. aſcia * dedicavit.*


5. Ap. Grut. 771. 1. Auguſtae Taurinor. *D. M * TI. Claud * Proceſ * Thyrſa. ux * Aquilina * conjugi * incompara * bili*. Scalpitur ſuperne inſtrumentum dolabrae, quam aſciae, ſimilius.

6. Grut. pag. 649. 4. Lugduni ex Paradino. Inter D. & M. adeſt aſcia Gruteriana in hunc modum. *D. M * et. memoriae * aeternae * T. Flavi, Felicis . . . R * artis. lintiariae. qui. vixit * annis. XX. M. VII. * Fl. Marius. K . . . * et. Mer. c . . . ill . . .* (fort. Mercurilla) *ma * ter. filio. kariſſi-*



*viſſimo * et. ſibi. . . . . nt ** h. e. *fecerunt* aut *pon. curarunt*. Deinde ſequebantur in lapide ad finem mutilo formulae verba, uti conſtat ex aſciae ſcalptura.

7. Apud Malvaſiam pag. 406. ex ſchedis Vatic. Adeſt inter D. & M. aciſculi (qualis in nummo Valeriano) forma talis, ſed



abeſt formula. *D. M* *Furiae. Quintae. fecit. Lar * cius. Mercurius. conjugi * B. M. vix. an. XXXX. ſibi. ſuis. lib * libertabuſque. poſteriſque * eorum.*

8. Apud Maffeium ibid. pag. 75. Lugduni in ſarcophago. *D. M. * L. Hilariani. Cinna * mi. civ. Lug. naut * Rhodanico. Rho * dani. navigantis * curatoris. ejuſdemque * corporis. negotiato * ris. Q. Har. . . . . Q. Mas * petius. Severianus. Q * Ser. . . . . . . * heredes. P. C. et. ſub * aſcia. dedicaverunt*. Fuere quibus miraculo eſſet illud *Rhodanico. Rhodani*, quaſi vero *Roodanicus Sequanae* aut *Garumnae* eſſe poſſit. Deinde quo illud *navigantis*? Ab ultimo ordior; quod ad Rhodanum refero. Erat Noſter *curator nautarum Rhodanicorum Rhodani navigantis*, h. e. *navigabilis*, nim. ſermone ἰδιωτικῷ. Sane navis, quae ſaepe in jure noſtro *navigare* dicitur (veluti *ut navis naviget*, *quamdiu navigat* &c.) eadem quoque & *navigatur*, ut l. 1. §. 2. D. *de exercitoria*, ubi legitur; *qui navis navigandae cauſa in nave ſunt*: quae locutio & alibi ſaepe occurrit. Hinc & flumen *navigabile*, idem ſermone vulgi etiam *navigans* dicebatur. At, inquis, inepte dicetur quis *nauta Rhodanicus Rhodani navigabilis*, quaſi vero & *arabilis* aut *equitabilis Roodani* nautae eſſe potuerint. Verum Rhodanus, qua parte navigabilis erat, navibus permeabatur: qua ſecus; tamen lemnunculis & piſcatoriis navigiis, minutiſque actuariis adibatur; quae non tam *navigare*, quam *diſcurrere* & *ludere* dicuntur. En quo RHODANI NAVIGANTIS. Noſter *curator nautarum* (juſtos nautas intellige) non lenunculariorum erat.

9. Ligoriana Lugdunenſis apud Gudium pag. 244. 13. *Memoriae. C. Julj. Ale * xionis. Vitalis. ſive * Alexandri, qui. vixit * annis. VI. menſ. unum * dies. XI. C. Julius. Cari * cus. patronus. alum * no. dulciſſimo. poſuit * & ſub. aſc. ded.*

10. Apud Maffeium ibid. pag. 74. Arelate (quae deſunt in marmore, ubi potui, minoribus litteris ſupplevi)

C. IVL. POM. . . . . .
COLLEGA FAB rum
NAVALIVM Corp. i. e. *corporatorum*
CVRATOR EIVS dem
CORPORIS ET . . . .
SEVERA VIVI ſibi
POSVERVNT ET s. a. i. e. *ſub aſc.*
DEDICAVERVNT.

11. Apud Grut. 698. 7. Romae. *Dis. Manibus * Cn. Oſillio. Cn. F. Quir. Piſoni * V. A. XXIII. M. IX. D. IX * Cn. Oſillio. Cn. F. Quir. Frugi. vix. A. XVII. M. II * Cn. Oſillius. Succeſſus. et * Antonia. Reſtituta. parentes filis * pientiſſimis. fecerunt. et. ſibi. et. ſuis * libertis. libertabuſque: poſteriſque. eorum*. Adeſt aſciae icon in hunc modum:



12. Apud Maffeium ibid. pag. 58. Auguſtoduni. *Q. Secund * Quigonis * cives Treviri * IIIIII vir Auguſ * talis in Aeduis * conſiſtentis * omnib bono * rib inter eos * functi. Quigo * ni Secundus * & Hibernalis * liberti et he * red patrono * optimo ſub aſ * cia dedicaver * EDIXDO.* Magis eſt, ut iis, qui ultimo *verſu* (detrito ibi lapide) legebant LDF.XDO h. e. *locus datus ex decreto ordinis*, aſſentiar; quam Maffeio prius illud EDIXDO interpretanti *Et de ipſorum denariis dotaverunt optime*, quod antiquitatem non ſapit. Pars epigrammatis hujus producta fuit p. 219. ad finem not. 257. Ibi QVIGONI dandi caſu poſitum eſſe dixi. Quod ſiquis contenderit eſſe rectum plurale, non repugnabo; ut ſint QVIGONII duo, nim. SECVNDVS ET HIBERNALIS. Fort. enim a *Quigone* patrono liberti novo

more,

more, derivativo nomine *Quigonii* ſunt appellati.

13. Ligoriana Lugdunenſis apud Gudium p. 310. 6. *D. M* * *Et. memoriae. Severae* * *L. Rollio. de. ſe. bene. mereti* * *poſuit. et. ſub. aſc. ded.*

14. Apud Grut. 1037. 7. prope Viennam Allobrogum. *D. M* * *memoriae. aeternae* * *Socchiae. Enneanis* * *dulciſſim. et. ſuper. ae* * *tatem. ingenio. nobi* * *liſſimo. qui. vixit. an* * ... *menſes. VIII. D. XXIIII* * *L. Boconius. Polin. pa* * *ter. et. Alpia. Caſtina, ma* * *ter. parentes. infelicis* * *ſimi. repentina. hujus. a* * *miſſione. orbati. filio* * *Kariſſimo. unico. prae* * *cl. P. S. aetatem. ſibi. erepto* * *et. ſibi, vivi. poſteriſque* * *ſuis. po, et. ſub. aſcia* * *dedicaverunt.* Cujus pulcherrimae inſcriptionis indicium mihi nuper fecit vir amantiſs., eruditione & pietate illuſtris Julius Tornius Cathedr. Eccleſ. Neap. Canonicus. In qua verſu tertio malui *Enneanis* legere cum Verderii ſchedis, quam cum Boſco *Emeadis*. Poſterius hoc femininam formam habet; at *Socchia* ſive Socchias ille mas erat. Illae duae ſingulares P. S. verſu quarto ante finem, in Gruter. indice *notarum* exponuntur *Per ſenilem*. Sed quis credat, *Senilem* littera ſingulari ſcriptum? Fort. P. S. eſt *poſt ſuam*. Queruntur parentes ſibi *poſt ſuam aetatem* (i. e. ubi jam conſenuiſſent) Socchiam ereptum fuiſſe.

15. Apud Grut. 831. 6. Lugduni. Inter *D.* & *M.* eſt aſcia Gruteriana. *D. M* * *et. memoriae* * *aeternae* * *Sutiae, Antbidis* * *quae. vixit. annis. XXV* * *M. XI. D. V. quae. dum* * *nimia. pia. fuit. facta* * *eſt. iNpia. et. Attio. Pro* * *batiolo. Cerealius. Ca* * *liſtio. conjux. et* * *pater* .... *et. ſibi* * *vivus. ponendum* * *curavit. et. ſub. aſ* * *cia. dedicavit.*

16. Ligoriana Lugdunenſis apud Gudium pag. 239. 6. *D. M* * *et. memoriae. aeternae* * *C. Tertiniani.* IIIIII. *V. Fab* * *Aug. Patrono. Fabr* * *Lugduni. conſiſt* * *animi. Coſſi. dulciſſimi* * *Tertinis. Oſirei....* * *Leg. ter. Vrxinus* * *Filius. ponendum, cur* * *et. ſub. aſc. dedi.* Ubi multa vides tum corrupta tum νόθείας manifeſta.

17. Apud Grut. 894. 5. Viennae Allobr. Inter *D.* & *M.* adeſt aſcia Gruteriana, qualis ſupra num. 6. *D. M* * *et. memo* * *riae. aeternae* * *Veteriae. Merceri* * *ae. quae. vixit. an* * *XXVIIII. M. IIII. D. XXI* * *Veteria. Catiola* * *Pompeia.* (Mox quinque verſus antiquitate ferme evanuerunt) *Emione. poncnd* * *curaverunt. et. ſu* * *b. aſcia. dedicar.*

Pag. 43. ad finem not. 50. adde. Poſtquam haec ediderain, ſero tandem deprehendi, ad calcem Mabillonianae epiſtolae ſcribi, illam datam *Kal. Novembr. an.* 1697. Ita triennium detectae inſcriptionis optime Mabillonio conſtat. Ceterum, quod in ea epiſtola Mabillonius Fabrettum citet, ſerius editum; id argumento eſt, aliquamdiu Mabillonium ſuam epiſtolam preſſiſſe, antequam eam evulgaret; interim vero illam, uti fit, aliquot locis locupletaſſe.

Pag. 46. ad finem not. 54. ſic adde. Poſtremo quod dixi LOC. LIB. interpretandum eſſe *Locus liber*, dubitare me non ſinit Luſitanus lapis apud Grut. 903. 12. qui ſic habet: *Oſſa. L. Bacchii. L. F. fictili* * *ſarcoph. heic. poſita. ſunt* * *ad.* LOCVM. *quem. ipſe. viv. emit* * LIBERVM. LIS. ABEAT. PROPE * SACELL. NEPTVNI. Illud LIS ABEAT (quod tamquam intra parentheſim poſitum, eſt intelligendum) ſatis commode tum ad Liberum a *ſervitute*, tum ab *obligatione*, tum etiam a *religione* referri poteſt. Atqui haec inſcriptio Luſitana dumtaxat notarum interpretationem (ut nim. LOC. LIB. ſit *locus liber*) firmare; ceterum, quo *liber*, non ſatis docere videbatur. Verum non eſt dubium, quin L. Bacchius, quando LOCVM LIBERVM emit, nec ſervituti, nec obligationi, nec religioni obnoxium emit; nam ſi quocumque horum nexu locus tenebatur, *liberum* non emiſſet. Similiter locus Caeſoniae Donatae, antequam ea inferretur, tribus illis nexibus tunc quidem liber erat. At, inquis, poſt illatam Caeſoniam, jam tum certe religione tenebatur, quia illatis reliquiis locus religioſus fiebat. Ne tum quidem fortaſſis religione tenebatur.

Cur?

Cur? Vide heic ſup. & in *Curis poſt.* cap. 4. num. II. p. 235. & ſeq. Nempe ſi Caeſonia temporis gratia ibi condita fuiſſet, tum *locus liber* erat religione. Verum, ut fatear, illud I.IS ABEAT (quod modo ex Grut. 903.12. poſui) ſuadet, ut etiam heic τὸ LOC.LIB. non intelligatur niſi de nexu antecedente emtionem (puta obligationis, ſervitutis, aut religionis praecedentis) non de ſubſequente illatas reliquias.

Pag. 55. *ad fin. not.* 64. *adde*. Ceterum quibus gradibus ſive Pierius, ſive alius deſcriptor prius ex DEDICAVIT fecerit DEDI CAVIT, deinde memoriae confiſus τοῦ CAVIT ſubſtituerit VETVIT, dixi ſupra in *Addendis* ad pag. 8.

Pag. 90. *ad finem not.* 113. *adde.* Verum deinde in *Cur. poſter.* cap. 2. II. 3. ubi de Ἀξίνη, oſtendimus, huic Graeco vocabulo Latinum *Dolabrae* reſpondere.

Ibid. ad finem not. 114. *adde:* Aſciam Fabrettianam ad Menetrierianam eſſe referendam, deinde oſtendi pag. 213. not. 252.

Pag. 91. *ad fin. not.* 115. *adde*: Non quadrat; ſiquidem SVB ASCIA idem eſt, ac dum fervet opus fabricae; ut deinde oſtendi in *Cur. poſt.* cap. IV. p. 228. ad finem n. I.

Pag. 105. *col.* 2. *ver.* 34. *poſt* ejuſd. rei vocabula *adde:* Poſtremo & *Albarii* in Cod. Theod. ſunt iidem ac quos Ulpianus & alii *tectores* appellant; quos vulgo nos dicimus *Stuccatori*. Cur *Albarii* dicuntur? an quia *marmoratum* idem ac *albarium*? non: verum quia qui marmoratum inducunt, ad extremum & iidem puram calcem illinunt. Ab eo ſcil. quia *Albarium* ultimo inducunt, *Albarii* ſunt appellati; eoque diſtinguuntur ab inteſtinariis, muſeariis, ſculptorib. quadratariis &c.

Pag. 117. *quae tota col.* 2. *dicuntur ea refingi poſſunt ex Cur. poſt. ubi de Aſcia foſſoria pag.* 197. & 198. & *not.* 241. *ubi totus is Palladii locus illuſtratur.*

Pag. 118. *col.* 1. *ver.* 11. *dele verba illa*: & ſaepe monuimus Ἀξίνην primaria ſignificatione eſſe aſciam) & *eorum loco ſcribe ſic:* modo verum ſit Ἀξίνην eſſe *Aſciae* vocabulum, ac non potius *dolabrae*; quod in *Cur. poſter.* diſceptabimus) affert &c. Nam *ubi de* Ἀξίνῃ, *demonſtratum eſt: hanc proprie* dolabram *ſignificare*, v. p. 160. & ad finem Ἀξίνης p. 171.

Ibid. ad finem not. 146. *adde*: Ceterum duplex inſtrumentum, quod in Hexaſticho Decimi pag. 128. ſcalpitur, potuit aſcia foſſoria fuiſſe. En ſchema inſtrumenti illius.



Ibid. poſt finem not. 147. *adde*: Antinoriani monumenti geminum planeque germanum, & quidem ἀνέκδοτον, quod in ſchedis habebam, neſcio quo fato praeterieram; quod in villa Cartuſianorum, quam Literni in Campania poſſident (hoc anno ſuperiore anno) detectum, ſuppeditavit mihi vir amiciſs. Jac. Martorellius, Regius Graecae linguae profeſſor: quod tale eſt,

HVNC. MVNIMENTVM.
IN. FRONTE. PXIII. NAGRO
PXVI. ASOLO. ET. ABASCIA.
AELIA. ISICENIATI. GL.
ZENATI. MEMORIAM.
MARITO. SVODVLCISSIMA.
ET. SIBI. LIBRETIS. LIBER
TABVS. QVES. POSTERISQVE.
EORVM. FECIT

In quo praeter lapicidae menda, nonnihil etiam de ſuo quiſquis deſcripſit, peccavit. Nam ab altero verſu ſic ea epigraphe eſt corrigenda. IN. FRONTE. P. XII. IN. AGRO. P. XVI. A. SOLO. ET. AB. ASCIA. AELIA. IFIGENIA. (pro *Iphigenia*) TI. CL. (heic ſupplendum eſt alterum L. ut ſit *Tiberii CLaudii Liberta*) ZENATI (dandi caſu a *Zenas*; atque is Aeliae maritus erat) tum quae porro ſequuntur, faciliime a quovis emaculari poſſint. Vides in hac epigraphe duas locutiones κατ' ἐπεξήγησιν inculcari. A. SOLO. ET. AB. ASCIA. Quo minus dubitandi locus eſt, quin veriſſima ſit interpretatio τοῦ *Ab aſcia*, quam in tituli Antinoriani explicatione protulimus. Rogo Cartuſianos Monachos, uti tantum elogium, *Aſciae* caementariae teſtem ſancte ac religioſe ſervent.

Pag.

Pag. 123. *col.* 2. *ver.* 15. *dele ſequentia verba* : Quae ſola, ut alibi dicam, antiquitus noſcebatur. *Eorumque loco ſcribi poteſt* : quae celebrior erat aſciâ lapidaria ſive ſtructoria: nam foſſoriam nihil moror.

Ib. ad finem ejuſdem adnotationis 155. *adde ſic*. Verum hic Plauti locus ex Ariſtophanis Equitibus lucem mirificam haurit: quem locum produximus in Mantiſſa Poſt. pag. 273. col. 1. & 2. quem confer.

Pag. 129. *col.* 2. *ad fin. not.* 165. *adde*, idque paſſim in monumentis reperias.

Pag. 131. *col.* 2. *ad finem not.* 166. *adde* : Ut ecce in hoc ipſo ἐλεγείῳ in ſexto pentametro illud SVPPREMISQVE cum duplici P non errore, ſed conſilio ſcriptum fuit. In Feſti Fragmento in voce SVPPREMVM, pluries id vocabulum cum gemino P ſcribitur. Et quidem in Fulvii Urſini exemplo ſemper geminatur P: at in editione Dacerii (qui fragmentum locis ſuis cum Paullo pertexuit) bis faltem litterae illius geminatio occurrit. *Suppremum modo ſignificat ſummum, ut . . . Pater ſuppreme belli* &c. In Paullo quoque *ſuppremum* ibid. ſcribitur. At noſtrum hoc ἐλεγεῖον Feſti ὀρθογραφίαν ſatis opportune confirmat. Atque ex duplici hoc ſpecimine (ex I & SVPPREMISQVE) intelligitur noſtrum ἐλεγοποιὸν affectaſſe ἀρχαισμούς.

Pag. 140. *poſt v.* 9. *adde*. Potuiſſet heic adtexi MVRATORIVS ITERVM (h. e. ejuſdem defenſio *Diſſ. de Aſcia ſepulcrali* [quam ſup. integram dedi] adverſus Maffei *Obſervationes*) ſi Muratorii *Novus theſ. inſcription.* cui ea defenſio inſeritur, in meas manus incidiſſet. Ceterum defenſionis hujus ex *Nuntiis litterar. Florent.* mihi modo fecere indicium duo eximii rei mathem. cultores, Barthol. Integrius, & Reg. Prof. P. Joſeph Orlandus. Quemadmodum & Pariſiis ante aliquot menſes Canonici *Le Boeuf* de *dedic. ſub Aſc.* diſſert. evulgatam, & nuper alteram a Benedictino Jac. Martino (quem audio verum auctorem eſſe Operis *de Relig. Gallor.*) intelligo. Quor. opuſculor. (quando aliud non poſſum) indicio faltem cupidos deſeruiſſe ſatis habeo.

Pag. 141. *quae ad finem col.* 2. *dicuntur, conferantur cum pag.* 231. *not.* 266.

Pag. 145. *not.* 192. *dele quatuor primos verſus ejus adnotationis uſq. ad* CONSECRO: *quia haec eadem Gruteriana* 807. 12. *mox producitur p.* 146. *verſu* 1.

Pag. 156. *v.* 1. *poſt* CONSECRAVIT *adde*: Adde Grut. 617. 2. *Ollis. quae. conſecratae . . inſunt.* &c.

Pag. 157. *v.* 25. *poſt* dicebatur *adde Ovidii pentametrum* (*ubi* Pungor *eadem notione uſurpatur*) *qui, heic incogitanti mihi omiſſus, infra p.* 234. *not.* 273. *in medium adducitur.*

Pag. 159. *v.* 5. *poſt* eademque *adde* (uti putant).

Pag. 160. *poſt finem not.* 209. *adde*: Verum miror, non notaſſe Euſtathium, ſi voci εὔξοος activa ſignificatio tribuatur, tum vero ſcribendum eſſe εὐξόον penacutum; ut λιθοξόους, & ſiqua ſunt alia.

Ibid. ad finem not. 210. *adde*: Nec aliud ſignificat apud Arrianum Epicteto IV. 8. aut in Protevangelio S. Jacobi, ubi de S. Joſepho ξίφος σκέπαρνον (quae duo loca infra p. 296. n. 347. c. 1. producuntur) etſi utrobique interpretes *ſecurim* reddiderunt.

Pag. 162. *ad finem not.* 213. & *pag.* 164. *col.* 2. *circa medium, quae in eam ſententiam dicuntur, ut rogi Xviralis ligna non tantum ἀσκέπαρνα, verum & ἄψαυστα, & οὐ πελεκητὰ & στρογγύλα eſſe debuerint; ea ſunt ſupervacanea. Satis eſt ἀσκέπαρνα fuiſſe, etſi fort.* (*quod tamen haud facile crediderim*) *πελεκητὰ eſſent. At ceteroqui in contignatione Laconica, nego tigna πελεκητὰ fuiſſe: στρογγύλα erant: alioqui quo illud Leotychidae dictum? Ergo ibi πέλεκυς ad manus erat ad amputandum tantum, non etiam ad exteriora detrahendum, & ligna in quadrum rudíter informanda. Ex his paucis refingenda ſunt, quae dictis duobus locis poſita fuere.*

Pag. 170. *v.* 2. *pro* ſive dolabra *ſcribe ſic*: ſive potius dolabra.

Pag. 170. *ver. ult. poſt locum Pollucis*; *adde*: Similis eſt Polyae-

ni locus I. ſtratag. 28. 2. Ἐξήγαγε δρέπανα καὶ πελέκεις καὶ ἀξίνας ἔχοντας ὡς τεμοῦντας ὕλην εἰς πυρκαϊὰν νεκρῶν ποιούμενον, *Eduxit* (Theron ſervos Selinuntiorum) *falcibus, bipennibus, & dolabris inſtructos tamquam qui materiam ad uſtrinam tot cadaverum caeſum irent*. Vides heic plane ἀξίνας a πελέκεσι *bipennibus* diſtingui. Atque ea fort. cauſa interpreti Vulteio fuit, ut Polyaeni ἀξίνας *aſcias* interpretaretur, maxime quum ſic ſoleant Lexicographi reddere. At quo heic aſciae? ad arbores ne praecidendas? prorſus inidoneae ad id opus erant. Nec aliud relinquitur, niſi, ut *rogus aſcia poliretur*. At credibile ne eſt, Selinuntios in tanta tunc ſepulturae ſuorum bello occiſorum maturatione, atque ab hoſtibus metu, de *rogo aſcia poliendo* cogitaſſe? Verum ne multa. Sane enim &c.

Ibid. ad finem not. 223. adde: Cur autem Ἀξίνης cognomen ex Aeliano *feritatem* in Laide arguebat? Schefferus aliquando conjecit legendum eſſe Ἀξείνη i. e. *inhoſpitalis*, maxime quum Aelianus XIV. 35. eadem haec de Laide iisdem verbis repetens, addat: καὶ ἔτι πολὺ ἐπράττετο, καὶ ἔτι μᾶλλον παρὰ τῶν ΞΕΝΩΝ, ἅτε ἀπαλλαττομένων θᾶττον *quod multum, maxime a peregrinis exigeret* &c. Sed hanc deinde conjecturam (apud me certe non ineptam) abjecit, fractus auctoritate Keineſii putantis Ἀξίνην eſſe *bipennem*, ex loco ſcil. Heſychii, qui ſic legitur: Ἀξίνη, δίςομος πέλεκυς. Sed jam modo (pag. 168. col. 2.) demonſtravimus, Heſychium ſic eſſe diſtinguendum, Ἀξίνη Δίςομος· πέλεκυς; & Ἀξίνην non *bipennem* eſſe, ſed *dolabram*. Ergo ſi me audis, nulla ſit hac melior ſententia, quam quae a Scheffero abdicata fuit. Nam Aelianus ipſe, cur ea meretricula Ἀξίνη diceretur, explicuit, quod illa parum ſe aequam marſupiis, praeſertim τῶν Ξένων, praeberet. At quaerunt, quo pacto uterque Aeliani locus vitiari potuerit, ac prior diphthongi vocalis excidere. Quia, inquam, olim etiam Ἀξίνη i. e. *dolabra* cum diphthongo Ἀξείνη ſcribebatur (conſtat id ex marmoribus, in quibus pro I longo millies ει reperitur) ex quo fiebat, ut qui ex Aeliani antiquioribus codicibus ſuos recentiores transfunderent, putarent illud ΑΞΕΙΝΗ (quod ex Auctoris mente ex Α & ΞΕΝΟΣ erat compoſitum; ſed tamen inſolitum voc; maxime terminatione feminea) non aliud eſſe quam *dolabram*; proindeque ut veterem ὀρθογραφίαν ad recentiorem refingerent, priorem diphthongi, tamquam ei vocabulo non neceſſariam, abjicerent.

Atqui, inquis, iſto modo Artemidori ad Laidis cognomen alluſio deperit. Minime vero, inquam. Diverſae, opinor, erant de eo cognomento ſententiae: Aeliani una auctore Ariſtoph. Byzantio, ab *inhoſpitali* ingenio arceſſentis (cui favet Plinius ſic ſcribens: *Pontus Euxinus, antea ab INHOSPITALI FERITATE* [ea eſt Aeliani ἀγριότης, quam iſti Ἀξείνη tribuit] *Axenus appellatus eſt*) Artemidori altera, qui ruſtici inſtrumenti ſignificationem ei vocabulo tribueret, & ab Ἄγω *duco* derivaret. Ac liberum erat utrumvis ſequi tum, quum utrumque vocabulum cum diphthongo ſcribi ſoleret.

Pag. 171. ver. 25. poſt fuiſſe *adde intra parentheſim* (confer quae modo de Ἀξίνης longiore manubrio, quam σκέπαρνον, ex Euſtathio notavimus: & quod ἀξίνη ad praecidendas arbores ad manus erat, ad quod σκέπαρνον inutile)

Pag. 174. ad finem not. 228. adde: Sed redeo ad Plautinum OSSE FINI, quod nuper ex A. Gellii I. 3. luculenter comprobari deprehendi. *Hoc imo ipſum eſt, quod maxime diſcendum eſt, QVATENVS QVAQVE FINI dari amicitiae venia debeat*. Ubi male quidam, *quoque fine*, contra ſcriptos & editos. Rurſus ad finem capitis: *HAC, inquit*, (Chilo) *FINI ames, tamquam forte fortuna oſurus: HAC itidem TENVS oderis, tamquam fortaſſe poſt amaturus*. Quo etiam loco illud *hac fini* varie interpolarunt critici, veteribus libris & editis obnitentibus. At vides profecto apud A. Gellium tantumdem fuiſſe *Quatenus*

tenus & *Haſtenus*, quod *Qua fini* & *Hac fini*. Verum quid a Genio quaerimus ſuffragium, quum hoc ipſum Feſtus diſerte docuerit his verbis: *QVATENVS ſignificat QVA FINE: ut HACTENVS, HAC FINE*. Eodem referri poſſunt haec Papiniani loca apud Briſſonium in *De verb. ſign.* in verbo *Finis*. *Fini quadrantis compenſabitur*. *Dabitur ei compenſatio peculii fini*. *Fructus hypothecarum compenſarentur fini legitimae uſurae*. *Fructibus fini relictae pecuniae non perceptis*. *Fini virilis partis*. Sic enim loqui amabat ſummus ille juriſc. Nec, ſi penitius ſpectes, quidquam inter Plautinam & Papinianeas ῥήσεις magnopere intereſt; niſi quod comicus OSSE eodem caſu junxit, tamquam ſi diceret *OSSE* exſiſtente *FINI* dedolandi: at prudenti noſtro *regiminis*, uti vocant, *conſtructio* placuit. Poſtremo Italicum FINO (*fino all'oſſo: fino a queſto termine*, h. e. *hactenus*, & *hac fini*) ab Latino FINI manaſſe, nemo certe non videt.

Pag. 178. *poſt lin.* 8. *adde*. Et erat ſane inter munera dolabrae unum hoc celebre, ut ea ad conterendum uterentur. Vide infra ad finem pag. 181. Ergo Altyli dolabra ad frangendum erat comparata.

Pag. 180. *v.* 23. *poſt* attulimus, *adde*: & quod apud Grut. 358. 6. legitur, CENTVRIA. CENTONARiorum. DOLABRARiorum. SCALARIOR.

Pag. 181. *v.* 24. *poſt Livianum* PORTAE *adde*. In dolabra, qua ad proruendum utebantur, foſſoria acies in primis ad id valebat. Nam in muris & hujuſmodi ceteris Graeci verbum κατασκάπτειν, Latini SVFFODERE & PERFODERE uſurpabant. Cur? quia ea Dolabrae acie, quae ὀρθογώνιος ad capulum erat, aedificia, & vallum ſuffodiebant. Adhaec dolabris ſylvae &c.

Pag. 187. *extremo verſui* 25. *ſubiice hanc adnotationem*: Verum quae in Iſidoro luxata repoſuimus, vereor, ut intelligantur, niſi utramque lectionem, & quae nunc obtinet, & quomodo ſcriptum ab eo putem, ob oculos ponam. In utraque quae fuere tranſpoſita, parentheſi conclusi, quo magis in oculos incurrant, Lib. XIX. 19. *Item SECVRIS, quaſi ſemicuris. Ex una enim parte acuta eſt* [*ex altera foſſoria*]. *Haec* (i. e. pars acuta) & *apud Veteres PENNA vocabatur: utraque autem habens aciem, BIPENNIS* (tum cetera de pipenni) *Haec* (bippennis ſcil.) & *DOLABRA, quod habeat duo labra: nam SECVRIS ſimplex eſt. DEXTRALIS dexterae habilis. ASCIA ab aſtulis* &c. Nos ſic reſtituimus. *Item SECVRIS, quaſi ſemicuris: ex una enim parte acuta eſt. Haec* (pars acuta ſcil.) & *apud veteres PENNA vocabatur: utraque autem habens aciem, BIPENNIS* (&c. de pipenni) *Haec* (bipennis ſcil.) & *DOLABRA, quod habeat duo labra.* [*ex una enim parte acuta eſt, ex altera foſſoria*]. *Nam ſecuris ſimplex eſt DEXTRALIS, dexterae habilis. ASCIA ab aſtulis*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Pag. 188. *col.* 1. *verſu* 8. *poſt* CIRCVMVSTVS *adde*. Cui concinunt Gloſſae vet. in quibus *Ambuſtus* exponitur περιπεφλεγμένος, περικεκαυμένος. Sed fort. opponi poſſit, quod apud Celſum V. 27. num. 18. ubi de *Aduſtorum* curatione agitur, ea bis ADVSTA vocantur, quae tamen Plinius ſexcentis locis conſtantiſſime AMBVSTA appellat. Ex qua comparatione poteſt intelligi, quae *ambuſta* proprie dicebantur, eadem licuiſſe & *Aduſta* dicere. Quibus reſpondeo mihi videri Celſum, proprietatis amantiſſimum, eo loco AMBVSTIS & iterum AMBVSTORVM ſcripſiſſe; quae poſtea indocti librarii in *Aduſtis* & *Aduſtorum* mutarint. Verum vel ſi dem, hoc alterum e Celſi manu eſſe; tamen manum aut pedem *Aduſtum* facilius dixerim (ſicuti & VSTO VVLNERI alibi Celſus) quam *Aſſulas Aduſtas*. Poſtremo quum Servius & Iſidorus ſupra citati *Ambuſtas* ſcripſerint; argumento id eſt, eos hanc ſcriptionem in ſuo Feſto reperiſſe, unde hunc totum de aſſulis locum deſcripſerunt.

Pag. 192. *col.* 1. *in fine not.* 236. *adde*. Quare ne dubita quin & *Amuſſis*, & *Regula*, & *Linea*, & *f*[illegible]

miculus plura ſunt rei unius voca-
bula : ut etiam Graecis *ςάθμη* & *κανὼν* idem ſunt . Nam ecce ut heic Nonius *Regulam* interpretatur id quod , ad opus probandum , *rubrica illinitur* : ſic Euripidi *φοῖνιξ κανὼν* dicitur ob eamdem cauſam . Locus eſt Hercule furente v. 945. ubi Argos aut Mycenas Euryſthei ſedem appellat


Φοίνικι κανόνι, καὶ τύκοις ἡρμοσμένα.
Sedes, amuſſis rubrae opus & aciſculi.

Pag. 199. *ad finem not.* 243. *adde*: Hinc eſt quod Τέκτων & inde derivata vocabula materiario tantum cum lapicida ac ſtructore ſunt communia, non item cum ceteris artificibus : de quo vide dicta initio pag. 268.

Pag. 200. *v.* 9. *verbis illis* non alia quam de Σκεπάρνῳ lignario *ſubjice hanc adnotationem*. Niſi vero ſiquis in Cantacuzeni, ſequioris aevi Scriptoris , verbis illis quae ſup. p. 111. produxi (ubi *σκεπάρνῳ τῶν τὸ δεσμωτήριον οἰκοδομούντων τεκτόνων aſcia aedificatorum carceris* Apocaucho caput abſcinditur) *ſtructorium σκέπαρνον* agnoſcat: quamvis ceteroqui & in aedificatorum officina aſcia lignaria locum habeat , quoties tigna in opus ſunt adhibenda.

Pag. 200. *col.* 2. *v.* 8. *quae intra parentheſim clauduntur , ea refingenda ſunt ex illis , quae deinde p.* 297. *not.* 321. *verſu* 7. *ante finem , ſcripta fuerunt.*

Pag. 205. *col.* 1. *v.* 2. *poſt* Ariſtophanem *adde* . Similis Valeriano aciſculo eſt alter qui viſitur in inſcriptione apud Malvaſiam , quam in addendis ad pag. 32. inſerui ; qui talis eſt.



Item in aliis Valerianis denariis apud Morellium Aciſculi forma e regione capitis (Apollinis , uti vult Havercampus : de quo dubito) viſitur , ſed diverſi ab eo quem modo in nummo exhibuimus , imo & ab eo qui apud Morellium e regione capitis ſcalpitur . Nam quum nuper unum ex his denariis apud architectum N. . . . . Papis vidiſſem , ibi aciſculum capiti cincinnato adſitum longe exilioribus cruribus animadverti , plane ut noſtro *Aſciamarro* ſimilior eſſet . In averſa denarii parte Europa ſcalpta erat .

Pag. 207. *col.* 2. *v.* 25. *poſt* advehebant *adde*. Obiter heic adnotandum eſt quod Democritus apud Plutarchum in de ſollertia animalium ajebat , nos eſſe diſcipulos *ἀράχνης ἐν ὑφαντικῇ καὶ ἀκεστικῇ , χελιδόνος ἐν οἰκοδομίᾳ.*

Pag. 213. *col.* 2. *v.* 7. *poſt* licebit *adde intra parentheſim* (imo quam Gruterus p. 647. 5. in inſcriptione *Mattoni Reſtituti* more ſuo effigiavit in hunc modum , eam Menetrier.



teſtis oculatus [ſup. not. 32. p. 27. Num. II.] ſic ſcalpſit:



nec credo aliter ſeſe habuiſſe Lugdunenſes ceteras)

Pag. 236. *v.* 13. *verbis illis* imo & aliis *ſubjici poteſt haec adnotatio*. Huc pertinet illa ſingularis & elegans locutio, quam reperi in inſcript. Gud. 358. 7. V. TI. LATINIVS. TI. L. DORI * Θ AGRASIA. TI. L. RVFA * HOC. MANSVM. VENI. IIII. KAL. SEPT * P. SVLPICIO. C. VALGIO. RVFO * CONSVLIBVS . *Manſum veni* , inquit illa , in domum aeternam. *Manſum* eſt ſupinum in VM a *Maneo* . HOC idem quod HVC . Lapis Capuae : INFERRI HOC. NON. LICET. NISI. QVORVM. NOMINA. SCRIPTA. SVNT. Virg. VIII. Aen. 423. *Hoc* (ubi male ſcripti plures & editi HVC) *tunc Ignipotens caelo deſcendit ab alto* . Ibi Servius: *HOC pro HVC poſuit ſecundum antiquum morem . . ſicuti in epiſtolis probat Verrius Flaccus . . . .*

Pag. 260. *in titulo pro* opificio *ſcribe* ASCIA.

Pag. 261. *v.* 12. *pro* probo *ſcribatur* probum videri poſſit .

Pag. 262. *col.* 1. *v.* 6. *poſt* ipſum locum *adde* . Nic. Zegerus ad Matt. XIII. 55. *Vox* , inquit , Τέκτων *ambigua eſt. nec minus late patet, quam Latina FABER* . Qui ibid. in artem ferrariam inclinatiorem ſe oſtendit.

Pag. 266. *poſt finem col.* 2. *adde*.

Tam-

Tametſi Galenicum iſtud diſcrimen non eſt perpetuum.

Pag. 267. col. 1. poſt finem penult. verſus adde. Poſtremo Servius ad I. Aen. 299. ſcripſit, *Hodie IN & SVB tantum COMMVNES eſſe* Cur? quia duobus caſibus quarto & ſexto gaudent. Ergo ſine controverſia Suidas quum dicit &c.

Ibid. col. 2. v. 3. poſt communem *adde*. Non ergo exponendum eſt cum Kuſtero *Quilibet artifex*, ſed *communis artifex*, duum ſcil. communis, *lapicidae & materiarii.*

Pag. 268. v. 1. poſt reperio *adde.* Quin & Suidas, qui modo τὸν τέκτονα etiam de lapicida uſurpari poſſe definivit, ipſe ſic uſurpavit, quando in Τραγωγὸς hoc vocabulum ait Ἐργαλεῖόν τι τεκτονικὸν *inſtrumentum ſtructorium eſſe*: de quo vide dicta pag. 209. col. 2. ver. undecimo ante finem.

Pag. 271. col. 1. poſt ver. 15. adde. Sic etiam in Vegetio II. 11. inter fabros numerantur *inſtructores*; ubi tamen palam eſt, legendum eſſe *ſtructores*. uti moneo not. 335. pag. 281. ante finem.

Pag. 272. col. 1. v. 12. poſt traducuntur *adde*. At illud non eſt omittendum, quod huc proprie pertinet, quod idem Steph. in *Obſcurior. vocum N. T. interpretatione Latina* (quae Criticis Sacris inſeritur) illud Matt. XIII. 55. τοῦ τέκτονος interpretatur *Fabri*; ut ſit nim. nomen univerſi generis. Tanti &c.

Ibid. col. 1. verſu ante finem ejusd. col. nono pro duobus tribuſve *ſcribe* aliquibus.

Pag. 272. col. 2. poſt locum Xenophontis adde. Idem Hellenicor. III. οἵ τε χαλκοτύποι, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ οἱ χαλκεῖς, καὶ οἱ σκυτοτόμοι, καὶ οἱ ζωγράφοι, πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον.

Pag. 276. poſt finem v. 16. adde. Notionem Evangelici Τέκτονος ante trecentos annos a Laur. Valla in *Adnot. ad N. T.* animadverſam fuiſſe, ſero tandem comperi. Qui ad Matt. XIII. 55. ſic adnotavit. *Et illud FABRI licet unum ſit Graece nomen, tamen transferri poterat FABRI LIGNARII. Nam HOC PROPRIE* ΤΕΚΤΩΝ *SIGNIFICAT; cui FABER Latine reſpondet, ſed non tam aperte. Sunt enim fabri aerarii, ferrarii, lignarii, & alia multa. Et* (*ſi*) *ſine appoſitione ſi dicas, ut pro fabro lignario accipitur* (cor. *accipiatur*) *receptum eſt. Volui tamen, qualis faber Joſeph fuerit, oſtendere*. Haec pauciſſimis adnotaſſe magnus criticus ſatis habuit: propterea quod aevo Vallae Graecorum doctiſſimi per Italiam vagabantur; nec tunc Graecorum diſcipulis obſcurum erat, quid Τέκτων ſignificaret. At aevo ſequente nemo unus repertus eſt, qui Vallae adnotanti crederet: Cujus rei cauſſam in Eraſmum conjicio, qui recitatam Laurentii adnotationem confutavit; uti mox videbitur. Itaque, re non examinata, Eraſmo maluerunt, quum Vallae credere. Quid quod Revius etiam, qui Vallam ad N. T. ſuis adnotationibus auxit, quum in hunc locum ventum eſt, in Eraſmi caſtra transfugit? Sed cur non Eraſmi verba Vallam refellentis adſcribimus? Sic ille ad eumdem Matt. locum. *Valla putat Graece* Τέκτονα *FABRVM eſſe LIGNARIVM; quum Suidas palam indicet, vocabulum lapidariis ac lignariis eſſe commune* (vides ut optime Suidam interpretatur Eraſmus: tamen quia rariſſima eſt λιθοξόου ſignificatio; poterat Vallae dicta aequi bonique conſulere): *apparet enim dictionem a* Τέχω *ductam. Ac nos quum Puteolis eſſemus, in antiquiſſimis ſaxis templi vidimus nomina TECTONVM eſſe inſcripta* (fort. in ſaxis illis TECTORVM erat: aut ſi TECTONVM; cur non fabri lignarii eſſent, quorum in aedificiis ad contignationes, ad januas, cetera, multae partes erant?) *nim. Graecam vocem Latinis litteris; quod ea pars Italiae quondam graeciſſaverit.* Quando autem ſemel Eraſmi memini; non gravabor ejuſdem adnotata ad Marci VI. 3. huc comportare. *Non inficior, in Graecis verbis facillimum eſſe lapſum in* τέκτονος ὑὸς & τέκτων ὁ ὑός . . . *Curatum eſt a Sp. S. ne multa proderentur litteris de rebus externis Domini IESV, veluti de forma habituque corporis, de cibis, ac veſtibus;*

re mentibus hominum ad ſuperſtitionum pronis daretur occaſio. Quandoquidem ex hoc quod Evangeliſtae tradunt, IESVM fuiſſe FABRI FILIVM ac FABRVM ipſum, exortum eſt genus hominum, qui IESVITAE (diverſi prorſus ab Jeſuitis Ignatianis, nondum exortis, Eraſmo iſta ſcribente) *vocari volunt, quod in monaſteriis fabrilem artem* (quamnam ex fabrilibus? non enim dicit) *exerceant; malleumque gerunt pro inſigni: quum incertum ſit, quod genus fabricae exercuerit Joſeph ac Dominus. Sunt enim fabri aurarii, argentarii, aerarii, ferrarii, lignarii & lapidarii. Minor non exſtitiſſe, qui gerant intonſum capillitium, aut qui ſummam tunicam geſtent inconſutilem. Ad harum rerum imitationem non invitavit nos Dominus, in quibus ipſe ſe geſſit, ut unum quemlibet e numero multitudinis. Nec hinc IESVITAE dici meremur; ſed ſi auſcultemus illi dicenti, Diſcite a me, quod mitis ſum.* Et quae plura ibi ſequuntur.

Pag. 282. col. 2. poſt v. 15. adde. At idem Plin. in Paneg. LIV. 4. ait. *De ampliando numero gladiator: aut de inſtituendo collegio fabr.* (ſenatores) *conſulebamur.* Ubinam inſtituendo? Romae? at ibi jam a Numa inſtitutum erat teſt. Plut. & Plin. An in provinciis? at de his, ut modo vidimus, nonniſi Caeſar a Plin. conſulebatur. An ſaltem de provinciis, quae ſenatus erant, his ordo conſulebatur? An deniq. Caeſar, ubi volebat, de ea re ad ſenatum referebat? Hoc verius.

Pag. 297. col. 2. poſt v. 4. adde. Ceterum cum Syriaca & Arabica interpretatione mirus eſt & ceterarum Orientalium conſenſus: uti ex Jeſuita eruditiſs. Petro Benedicto, Maronita, docuit me commodum, dum in his eram, litteris Roma datis, Regii hujus Gymnaſii Praefectus CAELESTINVS GALIANVS Archiep. Theſſalon. vir ad litteras promovendas, quibus ipſe circumfluit, incenſiſſimus. Ne vero quidquam ex Maronitae doctiſs. ſchedio ad me miſſo lectori depereat integrum heic ſubjiciam.

Mihi fere certum eſt Chriſtianos Orientales numquam dubitaſſe fueritne S. Joſeph Deiparae Sponſus arte faber lignarius. 1. Syri in Kalendario die 12. Novembris. Requies ſeu obitus Joſeph (Nagoro) i.e. lignarii. *2. Commentarius Arabicus in quatuor Evangelia S. Jo: Chryſoſtomo attributus, ſed eſt Theoduli Ben-Attibi; de quo conſule Abrahamum Ecchellenſem in appendice tractatus de nomine Papae:* Theſaurus eſt Chriſtus, ager autem eſt Virgo Maria, & homo qui invenit theſaurum eſt Joſeph (alnaggiar) faber lignarius. *3. Eodem vocabulo deſignatur in omnibus Codicibus Evangeliorum utriuſque linguae Arab. & Syriacae, qui in bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe proſtant, in utroq. textu S. Matthaei, & S. Marci. Sunt autem novem, quibus conſentiunt alii duo noſtrae bibliothecae Domus Profeſſorum. 4. Verſio Perſica in noſtro Codice eandem vocem uſurpat ab Arabica mutuatam in textu S. Marci.* Non ne eſt hic arte (naggiar) lignarius. *At in textu S. Matth. haec pericope deeſt. Quamquam in Polyglottis legitur alia verſio & Latinae reſpondet. 5. Armena in utroque textu voce idem ſignificante utitur:* Hſian: Lignarius. *6. Illyrica Graecam vocem retinuit. Periti tamen linguae ajunt vocabulum commune proprium factum eſſe, nam faber ferrarius aliter appellatur. 7. Aethiopica Graecum textum ubique ſequitur, ex quo fluxit. 8. Coptica extat in Codice Vaticano, quam hactenus videre non licuit. Aliae verſiones, quod ſciam in Urbe nullae ſunt.*

Ceterum cum S. Matthaeus dialecto Hieroſolymitana uſus fuerit, quae occaſione Babylonicae captivitatis ex Hebraica & Syriaca coaluit; magnam meo judicio habere debet auctoritatem in hac quaeſtione Syriaca verſio, utpote quae ex ipſo S. Evangeliſtae originali textu manavit, eſtque omnium antiquiſſima, & a S. Ephraemo laudata, qui & ipſius Hieroſolymitanum textum ſuo tempore extantem videre potuit. Nec enim veriſimile eſt, interpretem Syrum falli potuiſſe in interpretatione vocabuli utrique linguae communis. Nec novum nec ſingulare hujus eſt loci, Graecum & Latinum interpretem genus pro ſpecie ſuppoſuiſſe.

INDI-

INDICES QUATUOR

A praeſtantis ingenii viro Felice Sabatellio in Regio Ephebeo mathematum profeſſore confecti.

Numerus abſolute poſitus paginam, *N adnotationes*, *C columnam*, *Ad.* Addenda, *not.* notantur *deſignat*.

Index primus ſeriem opuſculi exhibens & adnotationes diffuſiores.

XXXVIRI 5.

I. RIVALLIUS 5. * II. Pier. VALERIANUS 7. * III. TURNEBUS 8. * IV. LAZIUS 8. * V. Franc. BALDUINUS (*in Addendis adjectus cum duobus aliis: unde ne mireris deinceps numerorum mutationem*) 300. c. 2. * VI. Pard. PRATEIUS 300. c. 2. * VII. Rob. STEPHANUS 10. * VIII. Fulv. URSINUS 10. * IX. LIPSIUS 301. c. 1. * X. MERULA 11. * XI. Cl. GUICHARDUS 12. * XII. Jac. GRASSERUS 12. * XIII. GUTHERIUS 15. * XIV. Ger. VOSSIUS 16. * XV. SALMASIUS 17. * XVI. REINESIVS 17. * XVII. URSATUS 18. * XVIII. FERRETIUS 19. * XIX. CHORERIUS 20. * XX. MENETRIER. 20. & ſeq. * XXI. FABRETTUS 33. & ſeq. * XXII. Phil. a TURRE 37. & ſeq. * XXIII. MABILL. 42. & ſeq. * XXIV. AENEUS 47. * XXV. AUBERTUS 50. * XXVI. VALBONAESUS 53. & ſeq. * XXVII. *Aenêus* iter. 58. * XXVIII. MONTFAUC. 60. & ſeq. * XXIX. Auctor RELIG. GALL. 68. & ſeq. * XXX. Alex. MAZOCHIUS 87. & ſeq. * XXXI. FACCIOLATUS 91. * XXXII. Scip. MAFFEIUS 92. & ſeq. * XXXIII. Auctor de la BIBL. RAIS. 98. * XXXIV. CONRADUS 99. * XXXV. MURATOR. 100. & ſeq. * XXXVI. *Maffeius* iter. 229. & ſeq. * XXXVII. *Mazoch. Curae poſter.* p. 140. ad fin. uſq.

In his xxxviris hae ſunt adnotationes diffuſiores.

Pag. 23. n. 30. De *ſingularib.* equitib.
P. 27. n. 32. Sylva inſcriptionum cum formula *Ded. ſub Aſc.*
P. 44. n. 54. & in Ad. quid ſit LOC. LIB.
P. 64. n. 83. De *Dymachero* & *Aſſidario*.
P. 93. n. 108. in Grut. inſcript. 546. 5.
P. 103. n. 132. De Albario & marmorato Schedium.
P. 108. n. 133. de *Aſcia* Pſalmi 73.
P. 110. n. 134. de σκεπαρνισμῷ.
P. 114. n. 141. de Actia Nicopoli.
P. 118. n. 147. & in Ad. p. 304. quid ſit AB ASCIA. Ibid. n. 148. de Nomenclatore ab admiſſione.
P. 119. n. 149. De binis ſepulc. pedaturis
P. 128. n. 163. de Circitore.
P. 130. n. 166. & in Ad. In vetus ἐλεγεῖον.

Series CVRARVM poſterior. & adnotationum ibi diffuſiorum.

Cap. I. De dedicationis notione in re ſepulcrali. 140.

I. Sepulcra nullo ritu, ſed corporis illatione dedicabantur. 140.

II. *Dedicare* ſep. idem quod *encaeniare*. Pomponius explicatur, & cum Paullo & Juſtiniano confertur. Leges ex marmorib. illuſtrari. 142. * *Mox p. 145. n. 192. Locus idem quod SEPVLC.*

III. Sed & *conſecrare* & *conſummare* idem quod encaeniare. 152. * *Ibid. n. 201. Num loca publica ritibus conſecrarentur.*

Cap. II. Aſciae veteris definitio, nomina, munera. 158.

I. Aſciae definitio. ibid.

II. Aſciae nomina. Ac. 1. ΣΚΕΠΑΡΝΟΝ. 159.

2. ASCIA. xviralis leg. occaſio. 160.

3. ΑΞΙΝΗ. A πελέκει bipenni diſtinguitur. Non idem quod *Aſcia*, ſed *dolabra*. Scriptores plures illuſtrati & emendati. 165.

4. DOLABRA. Ejus etymon (quid *dolare*) notio, forma, munus, & ab *Aſcia* diſcrimen. Plautus reſtituitur. 171

5. *Dolatoria*, *Acieris*, *Scena*, Σμινύη. Iſidori lignaria inſtrumenta. 182.

6. *Aſciae* & affinium vocum confuſio. Idem & in Hebraeis nominibus oſtenditur. 188.

III. Aſciae veteris munera. 190.

1. *Aſcia lignaria*. *Runcina* & *ſcobina*. Plin. illuſtratur. Varr. & Iſid. corrig. 191.

2. *Aſcia foſſoria*. Pallad. explic. 197.

3. *Aſciae ſtructoriae* nomina, forma, munus. Aſcia calcaria & tectoria.

ria.Trullae Gr.& Lat.nomina. Aſcia compoſita . Aſcieſectis . Aſcia interlineus. Scriptores juvantur . 199.

*Capitis II. h.ic ſunt adnotationes diffuſiores.**p.161.n.215. *xviralis legis ſententia.** p.167.n.221.*Quod πέλεκυς ſit ſua nativa notione anceps.**p.169. n.222. *Idem de* bipenni *oſtenditur.** p.172.n.227.*Lucret.reſtituitur.**p.173 n.228.*& in* Addendis: *Antiqua Plauto lectio vindicatur.* *p.187.n.234.*Feſtus,Serv.Iſid. explic. & corr.* * p.200. n.244. *&* 245. *De voce* Τύκος *ſive* Aciſculo. *p.203. n.247. *In locum Ariſtoph.de urbe ab avib.ſtructa.* *p.207. n. 250. *Trullae Gr. nomina . Ariſtophanis locus obſcuriſſ. expoſitus.*

Cap.III.De particula SUB. 215.

Cap.IV. Collectio

I. Totius ſimul formulae explanatio . 217.

II. Cui bono ea formula uſurpata. Legib.plurib.&inſcriptionib.lux.228

III. Cur ea formula Lugdunenſium propria. 244.

Adnotationes diffuſiores. * p.230. n. 265.*Ant.Fabri refutatio.**p.237.n.274 *Pines quos notio de ſepulcris.**p.238.n. 276.*& 277.Ulpian.& Plin.exponuntur*

MANTISSA I. De Aſcia Hippocratica ſeu Chirurgica.

I.Ejus Galenica definitio. 248.

II. Veter.de ea loca. Fabius tentatur . Quid χλάσις & ἐγκεκλασμένως. 249. * *Ib. p.252. adnotatio* 208. *diffuſior de loco Quintiliani.*

III. Aſciae chir. Conſtitutio : tum ſimilitudo cum lignaria. 254.

MANTISSA II. De Joſephi Chriſtiq.Aſcia . 260.

I.Quid proprie ΤΕΚΤΩΝ. 261.

II. Cur ea vox in Vulg. FABER exponatur.Ubi de hac voce fuſius.276

III. Quid antiquitas de Joſephi CHRISTIQ.artificio ſenſerit. 283.

IV.Mantiſſae epilogus. 297.

Adnotationes diffuſiores *P.264.n. 319.*Euſtathii & Pollucis loca de* Τέκτων, Ἀρχιτέκτων. Τεκτόναρχος. *Sophocl.& Gal.explic.**p.267.n.320. *Suidae locus expoſitus.***Ibid.*n.321.*Joſephi & alior.loca pro τέκτονος notione ſtructoria.**p.269.n.327. *τέκτων LXXviralem γενικὸν eſſe vocabulum.* *p.272. n.331. *Locor. συναγωγὴ* de *uſu vocis τέκτων.** p.277.n.333. *FABER peculiariter pro materiario apud Plin. & alios. Auctores illuſtr.* *p.280. *De voc. FABER indole. quid Fabrum collegia. Veget. Dionyſ. Plin.illuſtr.* *p.284.n. 339. *Quid Patres Gr. τέκτονα appellarint.Origenis locus fuſius exp.* *p.287. *Patres Lat. ferrariae artis patroni.** p. 289. n. 341. *Ambroſius exp. & cum Pſeudo-Theoph. coll. De poſteriore judicium.**p.290.n.342.*FABER pro ferrario apud probos ſcript.**p.292.n.343. *FABER peculiariter pro ferrario aevo ſequiore.**p.294.n.345.*De Auctore Op. Imp.judicium.**p.295.n.346. *Auguſtini ſententia.** p.296.n.347.*Spuriorum Evang. de arte Joſephi loca.* *p.297. n. 348.& 349.*& in Ad. Translationes Orientales vocis τέκτων.*

P.300. ADDENDA aut MUTANDA .

INDEX II. inſcriptionum cum formula Dedic. ſub Aſc. , *aut cum inſculpta Aſcia, aut utroque; quae ſparſim heic producuntur; in id compoſitus , ut poſſit a ſtudioſis rerum harum auctior fieri. In quo nomina propria, quae prima in iis titulis adſcribuntur , κατὰ ϛοιχεῖον recenſentur .*

AELIA Iſicenia 304.c.2. *P.AELI Maximi 32.c.2.2. * AEMILIAE Docimiae 301.c.1.n.1.* ANCILLIAE Marcellae 18.n.23. *ANTISTIO Aeliano 18.n.23.* ANTONI Conſtantis 27.I.* M.ATTONI Reſtituti 27.II. * AUFIDI Militaris 27. III. * SEX.AVII.Capelliani 12.& 242.*AVITIAE Severae 28.IV. * AURELIAE Munatiae 28.V.* M.AURELIUS Afrodiſius 118.* AURELIUS D.S.F.112.2.*AURELI Porphyrion.301.c.2.1.*M.AUR Theodot. 114. * BAEBIAE Gratinae 112. *CAESONIAE Donatae 43. * C.CATI Driburonis 93.*Q.CAPITONI Probani 301.c.2.3. *CAVI Maximini 32.c.2.3. * CL. Meſſoris 301.4. * CL. Rufini 19. XV. & 28. VI. * TI. CLAUD. Proceſ. 301. 5. * COELIAE Severinae 32.c.2.5.*DECIMUS 128.*

DO-

DOMITIAE Eutychi..21.*ELIO Secundo 115. * EUTYCHIANI 17. & 303.c.2.*FAUSTINI 28.VII.* FELICIAE Minae 29. VIII. * FELICISSIMUS 29.IX. * FL. Probincia 239. *T. FLAVI Felicis 301.c.2.6.*FRONTONIS 219.c.1. *FURIAE Quintae 302.c.1.7.*GRASSIAE Demincilliae 29.X. *HERMIANUS 24.* L.HILARIANI Cinnami 302.c.2.8. *HOSTILIA Omphale 101.*HYLATIS 47.XXI.62.64.n.83. * IANUSSI Januarii 225. c. 1. * IOVINO Valerioni 36.& 51.* IULIA Marcia 29.XI. * IULI Alexionis 302.c.2.9.* IUL.Marcianus 2.& 23.& 77.* C.IUL.POM. 302.c.2.10. * IULIANO 121.c.2.n.150.*IUSTINI Marcelli 29.XII. * LABERIA Maximina 101. * LAETINI Veri 47.*LANINAE GALATIAE 29.XIII. * LELIAE Atiliae 22. * G.Liberti Decimani 30. XIV. * LUCILI Metrobi 85. * MARCELLINAE Pupill..18.n.22. *MARCELLINAE Soliciae 30. XV. * MARINIAE Demetriati 32.c.2.4. *MAXIMI Calvonius, Bellius 139.*METTIA Januaria 101.* CN. OFILIO Pisoni 302. 11. & 61. n.73. * ONDANIUS (ſ. *Fondanius*)COR.26. & 84. * PETRONI Caſti 32.c.1.1. * M.PETRONIUS Cele...61. n.74. * PRIMUS Eglerianus 244. c.1.5* RUFIUS Catulus 241.* SAB.Titiolae 18. n.23. * SALVIO..30.XVI. * SALVIORUM Alteris & Victorinae 30. XVII. * SALSONIAE Donatae 33. * Q.SECUNDI Quigonis 219.c.2.& 302. 12.* SERVI Severi 13.& 46. * SEVERAE 303. 13. * SOCCHIAE Enneanis 303. 14. * SOLENNIO Fido 9. * SUTIAE Anthidis 393. 15. * SEX. TERENTI Lucilli 25. * TERTINIAE Victorinae 30.XVIII.*C.TERTINIANI 303.16. *TITIAE Catiae 12. & 84. & 227.*T.TITIOLAE 219.c.1. *TURIAE Quintae 113. (*quae eſt eadem ac illa Malvaſiae ſup. p.302.c.1.7.qui habet FVRIAE : inſtrumentum utrobiq. diverſe exhibetur*) L. VALERIO Philumeno 101. *VEGETINIAE Romanae 24. * VERINIAE Ingenuae 31. XIX. *VETERIAE Merceriae 303.17. *T.VETTI Decimin.31. XX. * Q.VIREI LAURENTINI 224.* C.VLATTI Meleagri 220.c.2. * C.VICTORI... 31.XXI. * Quarti VLPI Primitivi 31. XXII. * C. VROGENII 32. XXIII. * VROGENERTI 32. XXIV.

Sunt & fragmenta ſine nomine haec: CONIVGI piiſſimo &c. 21. * VIXIT an.&c. 24.

INDEX III. Auctorum, qui laudantur, vindicantur, notantur, corriguntur, illuſtrantur.

ABraham (R.) 190.
S. Ambroſii locus exponitur 289. n. 341.
Anonymus Batavus laud. 98.
Antinorius (Anton.) laud. 118.n.147.
Apollinaris (Sidonius) illuſtr. 244. n. 281.p.246. n.284.
Appulejus illuſtr.279.n.333.c.1.
Ariſtophanes illuſtr. 185. 200. n. 244. p.203.n.247.p.207.n.250.p.270.& 273
Ariſtoteles illuſtr.203.n.247.
Arnobius illuſtr. 293. c.1.
Artemidorus reſtituitur 65.c.1.illuſtr. 167.& ſeq.
Aubertus not.51.n.61.p.53. n.62.
Auctor de Relig.Gall.not.23.n.29.c.1. p.70.72.n.87.& 88.p.73.n.90.p.74.n. 91.& 92.p.76.n.94.p.77. n.95. & 96. p.79.n.97.p.80.n.98.p.81.n.100.p.83 n.102.p.84.n.105. p.85. n.108. & ſeq. p.245.n.280.c.1.
Auctor operis imperf. Graece an Lat. ſcripſerit 294. n.345.
S.Auguſtinus illuſtr. 192.
Aſclepiades illuſtr.253. n.299.
Auſonius illuſtr.293.c.1.
BEnedictus(Petrus)Maronita laud. 310. c. 1.
Bochartus juvatur 204.c.2.
Boncorius (Franc.) laud. 260.
CAjus ictus explic.145.n.192.p.175. 199. n.242.
Calmetus not.p.286. c.1. & 296.c.1.
Capaſſus(Nicolaus)laud.235.
Cato illuſtr.172.
Caſaubonus not. p.94.c.1.
Cecchetius(Raimund.)laud.331.
Celſus(Corn.)illuſtr. 194.n.139.p.226. 255. n. 306.
Chariſius illuſtr.278.c.1.
Cicero illuſtr. 163.173.176.194.n.239.
Clemens Alexandrinus illuſtr. 284. n.339.c.1.
Columella illuſt.167.& ſeq.176.n.230.

Con-

Conradus (Franc.Car.) laud.99.248.
Cortonenſis Academia laud. 131.
Cruſerius not. 79. n.97.
DIonyſ.Halic. illuſtr. 281. c.2.
Donatus(Marcel.)not.23.n.30.c.2.
ETymologicum M. explic.74.n.92.
Euripides illuſtr. 201.n.244.c.1.
Euſtathius not.166.n.220. explic.264. n. 319.
Ezech.XII. locus illuſtr.103.n.132.c.2.
FAber (Antonius) not. 230. n. 265. p. 233. n.271.
Fabrettus not. 33. n. 34. & 35. & p.34. n.36.& 37.& 38. p.35. n.39.
Facciolatus (Jac.) 17.XII. p.37. XIX. p.91.& 92.n.118.p.206.
Fontaninus (Juſtus) laud. 92.
Favorinus corrig. 253. n.318. c.2.
GAlenus emend. 150.n.293. illuſtr. & emend.253.n.299.not.258.exponitur 266. c.2.
Galianus(Caeleſtinus)laud. 297.c.1. & in Ad. 310. c.1.
Gothofredus (Dionyſ.) not.147. n.194. p.232.n.266.p.233.n.271. & 272.
Gregoras(Niceph.)illuſtr.268.n.324.
Guichardus notat. 12. n.15.
Gutherius emaculatur 14. n.18.19.20.
HArduinus not.15.n.20.c.2.282.c.2.
Heliodorus illuſtr. 257. c. 1. p. 255.n.306.
Heſychius emend. 67. n.83. c.1.p.159. n.208.p.168.n.221. de eod. judicium 268.& ſeq.
Hippocrates illuſtr. 250.259.
Homerus illuſtr.160.n.209. p.166. 172. n.226.p.191.264.n.319.
Horatius illuſtr.172.226.
JAcobi(S.)Protevangelium exponitur 196. n.347.
Jerem.X.3. locus explicatur 189.
Inſcriptiones correctae.6.n.3.p.9.n.10. p.19.n.25.p.12.IX.p.23.n.30.p.27.c.1 & 2.p.28.c.1.p.29.c.1.p.30.c.1.& 2.p. 31.c.1.p.32.c.2.p.63. n.81. p.64.n.82. p.84.n.104. p.94.c.1. p.118. n.148. p. 122.n.154.p.124. n.157. p.130. n.166. p.142. & ſeq. p.219.n.257. c.1.p.220. n.260.p.225.n.262.p.304.c.2.
Illuſtratae.23.n.29. c.1.p.26. ſub finem.p.27.n.32.p.29.c.1. p.30.c. 2.p.31.c.1.p.36.40.n.46. p.43.n.52.p. 46.n.54.& in Ad p.47. n.57. p.61. n. 74.p.62.n.76.& 77.p.63.n.80. & 81.p. 64.n.83.p.77.n.95. & 96.p.85. n.106. & 107. p.93.n.118. p.94.c.1. p.101.n. 129.p.104.c.1. p.112. n.139. p.114.n. 141.p.118.n.147.p.119.n.149.p.122.n. 153.& 154.p.124. n.157.p.126. n.158. p.130.n.166.p.154.& ſeq. 224. 239.n. 277.c.2.p.241.& ſeq.n.279. p.302. c. 1.& 2.p.303.c.1.
Reſtitutae.13.n.16. p.19.n.25. p.32.40. n.46.
Integrius (Barth.) laud. 305. c.1.
Iſaiae XLIV.12. locus illuſtr.190.
Iſidorus corrig.41.n.47. p.187.n.234. & in Ad.p.196.211.vindic.179. illuſtr. & corrig.270.n.328.
Juſtinian.illuſtr.147. Ejuſdem Deciſio LXIV.excutitur ac not. 148. & ſeq.
S.Juſtinus illuſtr.183. n.337.
Juvenalis illuſtr.182.292. n.343.c.2.
KUſterus 165.n.218.
LAma (Andreas) laud. 92.
LamzWeerde (Joan. Bapt.a) notatur 250. n.294.
Lazius (Wolfangus) illuſtr.9.n.8.
Lex ROG.ASC. NE. POLITO. 6.n.2. ridicule expoſita 74.n.91.
Ligorius (Pyrrhus) not. 143.
Lipſius vindicatur 66.c.2. mox not.ib.
Livius illuſtr.281.c.1.
Lucanus illuſtr. 226.
Lucretius emend. 172. n. 227.
Lycophron illuſtr.184.n.233.
Lycurgi Rhetra explic.162.n.213.
MAbillonius (Joan.) not.46.n.56. vindic. 110.n.134.
Macer J.C.illuſtr.40.n.46.c.2.
Maffejus(Scipio) 94.n.119.& 120.p.97. n.126. p.98.n.127. p.99.n.128.p.124. n.157. p.132.n.169. & 170. p.135. n. 174.p.136.n.175.& ſeq. p.137. n.180. & in Ad.302. c.2.
Manutiorum nullus de formula S. A. D.diſſeruit 9.n.11.p.18.n.24. p.33.n. 34.p.55.n.65.p.96.n.124.p.101.n.131.
Marcianus J. C. illuſtr. 153.n.201.c.1. p.232.n.266.& ſeq.
S.Mauri Congregatio laud. 61.
Menetrier.not.22.n.26.p.23.n.29.p.27. n.32.p.28.c.1.p.29.c.1.p.43.n.52.p.44. n.53.& 54.p.80.n.97.c.1.p.214.n.261. p.245.n.281.c.1. vindicatur 70.n.85.
Merillius not.147.n.195.
Minucius illuſtr.279.c.1.
Montfauc.(Bern.)laud.61.not.62.n.77. p.63.n.78. & 80.
Muratorius (Lud.Ant.) 10.n.11. c.1. p. 103.n.132. p.108.110. n.134.p.111.n. 135.p.112.n.140. p.115.n.143. p.116. n.141.p.121.n.152.p.123.n.155.p.124 n.156.

n.156. p.127. n.160. p.129. n.164. & 165. p.131. n.168. p.133. 134. n.173. p.197.n.241.
NOodt (Ger.) not. 145. n.190.
Nonius cor.206.n.249.c.2.p.174.
OVidius corrig.80.n.97.c.1.illuſtr. 226.278. c.1.
Origenis locus expon.285. & ſeq.c.2.
Orlandus (Joſeph) laud. 305.c.1.
PAlladius emend.117.n.146.explic. 198.206.
Papinianus illuſtr.307.c.1.
Paullus JCtus emend.157.232.n.269.illuſtr.45.n.54.c.1. p.147.278.c.1.
Perraultius not.104. n.132.c.2.
Pignatella (Fauſtina) laud. 130.n.166.
Plato illuſtr. 274.c.1.
Plautus illuſtr. 123.n.155. p.278. c.2. reſtit.p.173.n.228.
Plinius illuſtr.193.104.n.132.c.2.p.239 n.277.p.277.n.333.c.2.p.282.c.1.
Plutarch.verſio reſtituitur 79.n.97.
Polenus (Joan.) laud. 107.n.133.
Pollux laud.263.199.n.243. illuſtr.67. c.1.p.265.c.1. n.319.
Pomponius J.C.illuſt. 144.emend.148. n. 196.
Portus not.103.n.132.c.1.
Poſtellus notatur 296. c.1.
Pſalm.LXXIII.illuſtr.189.&Pſ.CII.2. 204. n. 247.
QUintilianus emend. 252.n.298.
REineſii explicatio formulae 17. vindic.34.n.38.not.241.& 278.c.1.
Rivallius not. p. 5. n.1. p.6.n.1. p.34. n.36.
SAlmaſii explicatio formulae 17.
Scaliger not.78.c.2.p.184.n.233.
Schefferus not.66.c.2.
Sculterus(Joan.)not.255.n.302.c.2.
Seneca illuſtr. 182.
Seraus (Franc.) laud. 94. c.1. p.244. p.256.& 257.
Servius not. 169. n.222. cor.216.n.255.
Sophocles illuſtr.266.n.319.c.1.
Sponius not. 31.c.2.XX.
Stephanus(H.)laud.165.not. 194.n.238 c.1.p.265.n.319.c.2. p.271.n.330.
Suetonius illuſtr.119.c.2. p.278.c.1.
Suidas illuſtr. 103. n. 132. c.1. emend. 209.n 250.c.2.corrig.267.n.320.
Syneſius illuſtr.169.n.221.c.2.
TErentius illuſtr. 172.
Tertullianus illuſtr. 226.
Theophraſtus illuſtr.172.n.226. c.1.
(De Pſeudo)Theophilo judicium 289. n.341.
Tillemontius not.295.n.345. c.1.
Titinnius explic.206.n.249.
Tornius (Jul.) laud. 303.c.1.
Tribonianus not.148.& ſeq.
Turnebus (Andr.) 8.
Turre (Philippus a) not.38.n.41.p.39. n.44.& 45.p.40.n.46. p.41.n.48.
VAlbonaeſus not. 55. n. 64. & 65. p.55.n.67. & 68.
Valerianus(Pier.) aberravit in deſcribenda formula 9. n.5. & in Ad.
Valla(Laur.)vindic.309. c.2.
Varro illuſt.175.277.n.333.c.1.cor.196.
Vaſſallus (Agnellus) laud. 145.n.192. c. 2.
Vegetius corrig.281. c.2.
Vidius (Vidus) not.251.
Vitruvius illuſtr.105.& 106.n.132.c.1.
Ulpianus illuſtr.28.c.1. p.41.n.46.c.1. p.45.n.54.c.1.p.146.n.192.c.2.& ſeq. p.229.uſq.ad 238.n.276. corrig. 280. n.335. c.1.
Voſſius (Ger.) 26.XI. p.187. 293.c.2.
Urſatus (Sertor.) not.18.n.24.
XEnophon.illuſtr. 166.

INDEX Rerum & Verborum.

ACiarium 183.
Acieris 110.n.135.p.183. c.2.
Aciſculus, & Aſciculus 38.n.41.p.106. n.211. ejuſdem ſchema 308. c.1.
Aciſculus an ex gente Valeria 39.n.45
Aciſclus 41.n.47.p.204.n.247.c.2. Aciſcularius 205. c.2.
Actia Nicopolis 114.c.2.
Actor quis 219. c.1.
Admiſſionales 119.c.1.
Admiſſionum Magiſter ibid. Ab admiſſione ib.
Aedificator quis 266.c.2.
Affingo pro *Attribuo* idem ac *Affigo* 282.c.1.
Agentes in rebus 28.c.1.
In Agro quid 119.n.149.
Ain Hebr.per G exprimitur 225.n.262
Αἰγύπτιον cujus generis 98.c.2.
Albarii qui, & cur ita dicti 304. c.1.
Albarium opus 103. c. 2. an idem ac *lo ſtucco* 105. c.1.

Ale-

Alexandrinis peculiaris dialectus erat 269. n.325.
Amuſſis 191.n.236. p.203.c.1.
Ἀπόδειξις 66. c.1.
Ἀφιερόω quid 154. Ἀφιέρωσις 155.
Ara numquam pro ſepulcro 22. n.27. quid in re ſepulcrali 22. n. 28. pro cippo 46.n.56. p.82.n.103.
Ἀρχιτέκτων, ἀρχιτεκτονία 265. c. 2. p.268.n.322.
Ardea quae 204. c.2.
Arenatum opus 104.c.1.
ARPAGI quid 29. c.1.
Artifices γενικῶς τεχνίτας non τέκτονας dici 275. c.2.
Aſcia an eadem cum dolabra 38. n.41. p.111.n.135.& 136. p.121.n.151. ejus uſus 127.n.161. Ab Aſcia quid 118.n. 147.& in Ad. Aſcia ſarritoria 118.c.1 λαξευτηρίῳ reſpondet 108. n. 133. an ſecuri ſimilis 97. n. 125. Unde dicta 97.n.126.p.127.n.161. p.94.n.120. an in ſuppliciis uſitata 110. n.134. ejus definit.158.162.& ſeq. Etymon 165. n.217. Aſciae & affinium vocabulorum confuſio 188. & ſeq. Lignaria 199. ejus munus 192. Foſſoria 197. Lapidaria 200.& ſeq.ejus forma 202 lapidariae & tignariae ſimilitudo 204.n.247. Compoſita 211.& ſeq.ejus figura ibid.uſus 213. & ſeq. fabricae ſymbolum 214. & ſeq. Aſcia pro fabrica 218.
Aſciae chirurgicae definitio 249.& ſeq. n.287. & 288. ejus conſtitutio & deſcriptio 254. & 255. ejus ſimilitudo cum Aſcia lignaria 256. & ſeq. cur iſtud vincturæ genus Aſcia dictũ 258
Aſciatim Fabio ex conject.reſtit. 253. n. 298.
Aſcieſecuris ſive Aſcieſectis 289.212.
Aſciola 160.n.211.
Aſpiratio in inſcr.omiſſa 64.n.82.
Aſſidarius pro Eſſedarius recte ſcribitur 65.c.1.vide Eſſedarius.
Aſſulae,ſeu aſtulae 187.n.234.& in Ad.
Aſtylus 178.& ſeq.
Ἀξίνη differt a πέλεκυς 165. & ſeq. & in Ad.eſt proprie dolabra, ac differt ab Aſcia 166.171.Etymon 110.n.134 & p.170.n.224.
Ἀξίνη Laidis cognomen 169. n.223. & in Ad.
Ἀξινορύγιον quid 118. c.1.
Ἀζύλακτοι equi qui 23. c.2.
BΕβηλόω quid 156. n.204.
Bipennis 169. n.222.
CAſuum enallage in inſcr.62.n.77.
Chriſti ſepulc. an ſub Aſc.dedic. 91.n.115.p.228.
Cippi in ſepulcris 83.n.102.& 103.
Circitores qui 128.n.163.
Collegia artium Romae quis inſtituit 282. c.2.
Colonia Copia Claudia 29.c.1.
חלל quid 156.n.204.
Commendare corpus quid 45.c.2.p.233
Commune,& κοινὸν,quid apud Grammaticos 267.n.320.& in Ad.
Conſecratio pro ἐγκαινισμὸς 152.& ſeq.
Conſecrare quid 141. 152.& ſeq.
Conſummandi notio 156. & ſeq.n.205.
Copiarius 124. n.141.
Copiatae 178.
Corniculariorum adjutores qui 154. n. 203.
Cornu abundantiae 24.n.31.
Crena quae 193. 195.
Cura quid 28. c. 1.
Curioſi qui ibid.
DEaſciare quid 192.
Dedicare quid 221. & ſeq. dedicare ſub Aſcia an feminis interdictum 84. n. 105. dedicationis notio 140. dedicare ſepulcrum 142. locum ſuum 147. dedicare ſub Aſcia 218. dedicare cum laudi caſu 219. n.257. & ſeq.Dedicatio quae 143.Dedicatio ſub aſc.cur Lugdunenſibus peculiaris 244.
Dedolare quid 173.& ſeq.
Deſcobinare 195.
Deſultores qui 23.c.2.
Dextralis 168.187. 221.
Dimacheri 63.n.78.p.65. & ſeq.
Διμάχαι. ibid.
Diſpenſatoris miniſterium 143.
Diſomus 29.c.2.in fine.
Δίστρον 168.c.1.
Dolabelliana pyra 176.
Dolabrae etymon 171.ſignificatio 176. munus 178. & ſeq. & in Ad. ſchema 122.n.153.p.165.176.& ſeq.n.216.
Dolabrum 171. n.225.
Dolare quid 172.& ſeq. p.289.c.1.
Dolatoria 182.
Dolatorium 182.n.232.
Dulcicius diminutiv.28.c.1.& in Ad.
Druidas quis ſuſtulit 85.n.108.
EDolare 175.
Ἐκκεκλασμένως quid 253.n.299.
Ἐλλανισμὸν alium Alexandrinorum, alium Palaeſtinorum fuiſſe 275.

Encae-

Encaeniare quid 140.
Ἐπίδεσις quae 260.
Equi ἄζευκτοι & ſimpli 23. n. 30. ſolitarii ibid. c.2.
Equites ſingulares ibid. nominis originatio ibid.
Eſſedarii 63.n.78. an rude donarentur 64.c.1. quomodo pugnarent 66.c.1.
Evangeliſtae ecquando LXXviralibus verbis utebantur 276.
Evocatus 27.c.1.
Exaciſclare quid 41. n.48.
Exaſcio quid 123. n.155. Exaſciatum opus ib.
Εὐσέβεια quid 44. c. 1.
Εὐφεγγής 106. c.2.
FAber quid proprie ſignificet, & cur Latinus Interpres voc. τέκτων, *faber* vertit 276. peculiarit. pro materiario 276.n.333. & in Ad. Faber automatarius, ocularius 278.c.1. ejus vocis notio ac notatio in diverſis aetatibus 280. n.335. fabri qui in Romana militia 281.c.1. Faber pro ferrario & aerario apud probos ſcriptores 290. n. 342. pro ferrario apud collapſae Latinitatis Script. 292. n.343. pro vitriario 291. c.2.
Fabrica, Fabrilis quid proprie 277. & ſeq.n.333. Fabricae apud Plautum quae 278.c.2. Fabrile ſepimentum quid apud Varr.280.c.2. Sacrae fabricae quae 292. c.2.
Facere quid 230.c.2.
Fictor qui & unde 252. c.2.
Filiaſter 29.
Fini pro tenus 174. c.1. & in Ad.
Fomites 187. n.234.c.2.
Foſſarii 178.
In Fronte quid 119. n.149.
Frumentarii qui 28.c.1.
Functum monumentū 157.234.n.273.
Fungi quid 188.n.234.c.2.p.234.n.273.
ΓΛυφίδες 193. n.238.
Ἡμιπέλεκκος 168.
HHoc plus quid 6.n.2.c.2. p.164. n.215. c.2.
Hebraeis opificium aliquod addiſcendum 261.n.314.
IPro ei 130.n.166.
Ibus pro iis ibid.
Im pro eum ibid.
Inchoare cum dandi caſu 220. n. 259. quid 234.
Inſcriptionum ſtudium ad legum intelligentiam utiliſſimū 150.& ſeq.
Inteſtinarii qui 9. n. 8. Inteſtinum opus ibid.
S.Joſephi artificium quale 283.& ſeq.
Ἱππαςῆς, κέλης. 24.n.30.c.1.
Jus trium liberorum an matri fructuoſum 85. n.107.
KΛάσις apud medicos quae 253. n. 299.
LAc pro calce 104. n.132.c.2.
Λαξεύω quid 137.n.178.
Legata poenae nomine quae 41.n.46. c. 2.
Legio Primigenia quae 27. c. 1.
Legis xviralis occaſio 161.& ſeq.
Libera praedia 45. n.54.c.2.
Libertia gens 30. c. 1.
Lima quae 196.
Linea 191.n.235.& 236.
Locare idem ac θάπτειν 145. n. 192. c. 2.
LOC.LIB. quid 45. n.54. & in Ad. locus quo liber. ibid.
Locus an pro ſepulcro 145.n.192. an pro fundo 145.
Lugdunum & Lugudunum 30. c. 1. ejus Coloniae nomina 77.n.95. cur Lugdunenſes Inſcriptiones tantum praeſeferant formulam *ſub aſc.ded.* 244.& ſeq.& in Ad.
MAchina quae 278. c.2.
Malleus 39.n.44.p.111.n.137.
Manumiſſionis effectus quidam antehac ignotus 31. c.1.
Marculus, marcellus, martellus 39. n.44.inter marculum, & malleum diſcrimen 111.n.137.
Margaris feminae cognomen unde 102. n.129.
Marmoratum opus 104.& ſeq. n.132. quot modis parabatur 106.c.2.
Materia pro ligno 269.
Matrona quae 94. n.118.c.2.
Μεταβάτης,& Μεταβαίνειν.23.n.30.c.2.
Μονάτωρ 24. n.30.c.1.
Monumenta extra ſortem 8. n.7.
מעצד quid 189.197.
NAvigans pro Navigabilis 302. c. 1.
Naupegus quis 266. c.2.
Nomenclator ab admiſſione qui 119. n.148. c. 1.
Norma quae 191.
ΟἸκοδομεῖν quid 296.c.1.
Ornatricis miniſterium 143.
Oſſe fini qu d 174.c.1.& in Ad.

Π Ἄνεμος 154. n.202.
Παραξέειν quid 209. n.250. c.2.
Παράξυςρον 207. & ſeq. n.250.
Pedatura 83. n.102.
Πέλεκυς quae 166. & ſeq. n.221. Πελεκοειδὲς χῆμα 167. n.221. ſeditionis ſignum ibid.
Pelicanus 204. n.247. c.1.
Penicillus tectorius 104. n. 132. c. 2. penicillo ne an trulla induceretur albarium 103. n.132.
Penna 186.
Perficere quid in rebus ſacris 234. & ſeq. 238. n.276. & p.239. n.277. p.240.
Plumbarii qui 282. c.1.
Poena in Inſcriptionibus ad quos pertineret 40. n.46. c.2.
Politio qualis 106. n.132. c.1.
Ponere quid in re ſepulcrali 242. & ſeq.
Pontificum collegium Provinciale nullum 237. n.274. c.2.
Praedia ſerva 45. n.54. c.1.
Profanare quid apud Hebraeos 156. n.204.
Πτύον & Πτυίδιον quid 207. n.250. p.210.
QUinquennalicii qui 78. n. 96. c. 2.
REficere quid 236.
Revocatus quis 27. c.1.
Rhombus vincturae genus 259.
Rude donati qui, & an pluries 63. n.81
Runcina quae 192.
Rutrum quale 15. n.20.
SAcra quae ſub Caeſaribus 153. n.201. c.1.
Saxum pro ſepulcro 236. n.175. 227. n. 263.
Σχέπαρνον 159. & n.207. deligationis genus 248. & ſeq. 257. n.313. Σκέπαρνος 248. n.286.
Σκεπαρνηδὸν quid 252.
Scobina quae 193. & 195.
Securis 168.
Sedere quid 292. c.2.
Sepulcra ſola corporis illatione dedicabantur 140. quando religioſa fiebant 231. etſi non deſita fabrica, conſummata & perfecta dicebantur 234. de iiſdem notio ad quos pertineret 237. n.174.
Sepulturae juſtae tradi quid 232. n.266.
Signum quid 85. n.106.
Σιμὸν quid 150. n.291.
Simus 255. n.306.
Simpli equi 23. n.30. c.2.
Singulares v. Equites.
Singulator, & ſingularius 24. n.30. c.1.
Σμινύη quae 184.
Socrus pro Socerus 93. n. 118. Socera ibid.
Sororius qui 28. c.1.
Στάθμη 191. n.235. p.202. n.246.
Stolata quae 30. c.2.
Stomachus pro gula 194.
Strator quis 85. n.106. c.1.
Στρογγύλα ligna 164. n.215. c.2.
Structoria ac Lignaria artes affines 268. & 275.
SUB cum accuſativo quid 216. 225. cum auferendi caſu 217. & ſeq. in formula S.A.D. quid 224.
Supremus cum duplici *p* ſcriptum 305. c.1.
TΕκτόναρχος Μῦσα 266. n.319.
Τέκτων quis 158. n. 206. quid apud Evangeliſtas 202. pro materiario tantum 203. & 272. n. 331. τέκτων apud Homerum, apud Pindarum 206. c. 1. ceteroſque 264. n. 319. pro lapicida & ſtructore 267. an aliud apud poſteriores Graecos notet 268. & ſeq. n. 326. diſcrimen inter τέκτονα, naupegum, & aedificatorem 266. c. 2. apud LXX. 269. n. 327. apud Heſych. 271. de ejus vocis uſu apud omnis generis ſcriptores 272. n. 331. cur *Faber* redditum ſit 276.
Τεκτονικὴ circa quae verſetur 265. c. 1.
Τεκτονικὸν ἐργαλεῖον apud Joſephum 267. n.321.
Tignarii, & tignum 199. n.242. p.263. n.316.
Τοῖχος ἀφεγγὴς qualis 103. n. 132. c. 2.
Trua & trulla quae 206. n.249.
Tumulus duplex qualis 29.
Τύκισμα 218.
Τύκος 185. 200. n. 244. ejus etymon 201. n.245. & ſeq.
VEl in Jure quid 146. n. 192. c. 1. & p.198.
Verna numerarius, quis 43. n.52.
ΞΥςὴρ 207. n.250. c.1.
ΥΛη pro ligno 269. 271. n.329.
Υ'παγωγεῖς qui 207. n.250. p.209. c. 3.
Υ'πόδεσις, ſeu ὑπόδεσμις quid apud Medicos 260.

ALE-

ALEXIO SYMMACHO MAZOCHIO
Profeſſori Regio, & Metrop. Eccl. Neap. Canonico
FRANCISCVS SERAVS
ἐυχαίρειν.

ET ſi nihil exſpectare a me minus debes, quam ut tibi, ſumma prudentia atque auctoritate viro, conſilium dem; meaque oratione confirmem incertum inquietumque animum tuum: quod tamen perſpexi te non mediocriter angi, quod in una antiquitatis formula illuſtranda multo longius ac animo praeceperas, excurreris; verearisque ne ſuſcepti laboris fructus nihil magis, quam multorum offenſio futura ſit; tibi ſane, pro eo ac debeo, deeſſe nolui; ſtatuique ea ad te perſcribere; quibus ſententiae meae ratio tibi explorata eſſe poſſit. Nempe, Alexi, indigne laturos homines putas, quod tres, non amplius, notae (S. A. D.) tantum non ſcalptorum laſcivia inſo nonnullorum ſepulchralium lapidum limbo inciſae, harum rerum ſtudioſos tantopere pupugerint, ut quoniam aliorum ſagacitatem defeciſſe arbitrarentur, certatim qui ſecuti ſunt ſui quiſque ingenii vires in earum interpretationem conferre voluerint; tanquam ſi publicae rei ſumma ageretur, eaque notitia carere homines plane nequirent. Quorum commenta qui peculiari libello una exhibere inſtituerit, nae is tanto nugacior videri poterat, quanto minore alii lectorum moleſtia ex ſeria oratione in levia iſthaec digrediuntur, quam ſi certo conſilio meris inanitatibus univerſa diſputatio pertexatur. Atqui non heic querelarum finis. Nam quas aliorum monumentis animadverſiones de tuo adtexuiſti, plerunque illae ſcilicet nihil ultra Grammaticam moroſitatem ſapere videbuntur. Quid quaeris? Ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοί, Mazochi ſuaviſſime; jamq; praeſentio futurum, ſi quando corpuſculum diuturnis lucubrationibus profligatum lamentari occoeperis, ut undiq; in te impetus fiat; omniaq; increpationibus, amariſq; dicteriis ſint perſonatura. Hujuſmodi, inquam, minus commoda, de ſuſceptis a te nuper in Aſcia ſepulchrali illuſtranda partibus, hominum judicia urunt te, nec ſinunt conquieſcere. Sed quos, obſecro, tu mihi homines narras? Equidem

tria ego hominum genera ſpectari in hac cauſſa poſſe arbitror;
a quorum tamen nullo tibi magnopere timendum ſit. Sunt
ſcilicet qui ab omni litterarum cultu plane abhorrent, volupta-
tibus iidem & inertia diffluentes; apud quos nihil ſit abſur-
dius, quam quae erudiendo optimis diſciplinis animo opera
impenditur. Atque hi ſunt, quos paſſim audias ingenuis ſtu-
dioſorum laboribus procaciter inſultare. Sed quid iſtis facias?
quorum quidem reprehenſionem niſi ex eorum grege quiſpiam,
ac plane ſtipes, nemo hercle unquam vereatur. Sunt prae-
terea aptioribus moribus alii, non male illi quidem erga litte-
ras animati; ſed qui coercendam ingeniorum luxuriem, de-
finiendaque cujuſque operae ſpatia praedicant, ne melioribus
poſthabitis, in vaniſſimis commentationibus otium vireſque
prodigantur. Quorum oratione nihil ad multitudinis captum
fingi aequius poteſt. Verum, age, rem ipſam, abjecto opi-
nionum putamine, introſpiciamus. Damnant ſcilicet iſti
ſterilia ſtudia; inculcant frugifera, & in quibus cum uſura
labor collocetur. Haec autem cum dicunt, id videlicet dicere
mihi videntur: eos demum optime de rebus humanis mereri,
qui Theologicum puta, aut philoſophicum, aut mathemati-
cum, aut alium ex claſſicis doctrinis curſum concinnant. Ergo
ſi ſapis, σοφώτατε Mazochi, longe plurima tibi gloriae ſeges,
nec opinanti, in numerato eſt; modo animum inducas
(quod tribus vel quatuor laudatioribus Scriptoribus compilatis
vel mediani ingenii quivis facile praeſtiterit) ἐγκυκλοπαιδείαν
quandam, aut theſaurum, aut theatrum (ſplendidas vi-
delicet operum inſcriptiones) in lucem emittere. Sed extra
jocum accipe quibus ego rationibus fretus, edicam, horum
item offenſionem nequaquam tibi eſſe pertimeſcendam. Ra-
tionibus, inquam; dandum enim aliquid multitudini eſt;
dandum inſuper (pluſculum etiam quam oporteret) modeſtiae
tuae; quae ne ad juſtam quidem & tempeſtivam animi ma-
gnitudinem traduci ullis artibus poteſt. Nam, abſque eo eſſet,
vel in una auctoritate, arbitrioque tuo facile poſſes, ut ego ſen-
tio, acquieſcere. Sed quando rationibus agere conſtitui; jam
primum omnium illud obtrectatores, ſi qui forte ſint, moni-
tos volo, ut de diſciplinarum praeſtantia atque opportunita-
te fidentius decernere ne porro pergant: vereor enim ut lo-
cum tueri poſſint, ſi depoſitis popularibus praejudiciis de iis
conſtituere libuerit. Nollem, Mazochi, quidquam inſolen-

tius

tius effari: at minime inſanire mihi videbor ſi pertendero, artibus pleriſque non aliam utilitatis laudem conſtare praeter eam, quam ab hominum arbitrio nationumque conſenſione nactae ſunt. Ceterum ſi ad vivum reſeces, moleſtiae & tricarum multum, commoditatis autem parum admodum humanis rebus detraxeris. Quid? quod ſummi viri, ac plane ſapientes non alium in ſtudiorum ratione fructum ſpectandum eſſe contendunt praeter illum, quem ex nuda rerum contemplatione humanus animus capit? Certe Pythagoras, ut eſt apud Ciceronem V. Tuſculanarum diſputationum, liberaliſſimum, maximeque ingenuum hominum genus judicavit eorum, qui in vita nec quaeſtu, nec nominis celebritate ducerentur; ſed longe omnibus ſtudiis anteponerent attente perſpicere quid ageretur, & quomodo. Plato autem ita Geometriae ſtudium ceteris antepoſuit, ut tamen eandem mechanicis artibus ſubſervire negaret ex illius dignitate eſſe. Plura in eandem ſententiam congerere non difficile poſſem: ſed praeſtat ex aequitate, bonaque fide negotium tranſigere. An Hiſtoriae, quae res geſtas, inſtituta, conſilia populorum exponit, inter opportuniora ſtudia locum critici hi noſtri denegabunt? & tamen ex hoc, quod tantopere exagitant, Antiquitatis ſtudio, quod in vetuſtis monumentis conquirendis illuſtrandiſq; verſatur, longe fideliſſima hiſtoriae pars exſiſtit. Atqui univerſe de antiquitatis notitia non incommode fortaſſe ſentiunt; anxiam minutulorum fragmentorum perveſtigationem rident. Quaſi vero majus aliquid ſe praeſtiturum ſperare quis poſſit, niſi a parvis initium ducat, atque in levioribus etiam fatagere aſſueſcat. Quod vero ad ea attinet, quae Grammaticae exilitatis notabantur; quid, amabo, ſummis viris, Manutiis, Lipſio, Scaligero, Caſaubono, Salmaſio, ceteris factum eſſet, niſi & multam operam in hiſce litteris poſuiſſent, & ſcripta ſua paſſim ſale ejuſmodi adſpergere atque condire aequum duxiſſent? Quanquam ſatis aut inepte aut maligne ad grammaticas tricas referri video optimarum artium comprehenſionem, ex qua, tanquam ex uberrimo fonte quaquaverſum pro re nata rivuli deducuntur. Nec profecto diverſa ratione de opuſculo iſto tuo mihi ſtatuere poſſe videor, quandoquidem maxima, minima, mediocria, quae tibi ad ſepulchralis Aſciae intelligentiam contendenti obiter incurrerunt, ita complexus es, nihil ut adjici praeterea poſſe videatur. Vt

ecce quanta luce quam multa vetuſta Elogia perfudiſti? Juris vero intelligentiam quantam praeteſers; qui & ab juriſconſultorum ſanctionibus argumenta interdum ad rem tuam opportune arceſſis; & viciſſim ad legum expoſitionem a vetuſtis elogiis, ceteriſque auctorum monumentis lucem ſaepe eximiam mutuaris? Ad haec & Architectonicen attigiſti, cum Tectoriorum artificium (rem aliis indictam) juſta diſputatiuncula explanare ſuſceperis. Sed & Spartam tuam inornatam ne relinqueres, arrepto ex peculiari nativaque Graeci vocabuli Τέκτων ſignificatione argumento, in CHRISTI Servatoris, patriſque ejus Joſeph artificium copioſe accuratiſſimeque inquiſiviſti. Poſtremo (ut Grammaticas animadverſiones, caſtigationeſque vetuſtiorum ſcriptorum haud poenitendas omittam) ne quem ſtudioſorum ordinem praetermiſiſſe viderere, Medicorum quoque ratio abs te habita eſt, quando Aſciam, vinculi chirurgici genus ab Hippocrate ſic appellatum, ab aliis vero non ſatis certa & conſtanti notione deſignatum, ita explanaſti, ut prope intermortuam vetuſtiſſimi πέλεκυς vocabuli memoriam ſuſcitaſſe videaris. Haec enim vero qui reputet, ſaturam, quam dicunt, lancem te hoc libello litterarum cultoribus obtuliſſe intelliget: ex qua nimirum petere quiſque affatim poteſt, quod libitum fuerit, atque in uſum convertere; tantum abeſt ut tituli ignobilitas quenquam a legendo debeat abſterrere. Sed longius, atque conſtitueram, proceſſi; quod amore ne magis, an indignatione factum ſit, equidem non auſim affirmare. Certe quae diſputata hactenus a me ſunt, ejus mihi generis eſſe videntur, ut & tibi, & vero externis hominibus confirmare poſſint, aequos laborum tuorum aeſtimatores ex noſtratibus non deeſſe: neque univerſe in his terris tam ignavos, ingratoſve homines provenire, qui debitum virtuti locum concedere aut neſciant, aut nolint. Eſt illa quidem praeſtantium ingenio virorum iniqua miſeraq; conditio, ut abſentibus quam praeſentibus, omnibus vero mortui quam vivi acceptiores ſint: ſed hanc humanorum judiciorum perverſitatem ne dubites quin plerique exuiſſe noverint; a quibus omnia, quae ad tuam laudem dignitatemque pertinent, debes exſpectare. Atque in horum ego cenſum tertium illud, ut initio propoſitum eſt, hominum genus referendum eſſe puto; in quorum ſcilicet voluntate & gratia, & ſi cetera defutura ſint, tibi jure meritoque placere potes. Tibi ſane non eſt obſcurum quanta aequi-

tate,

tate ; atque adeo plauſu , primum illud ingenii tui ſpecimen de Campano amphitheatro politiſſimi homines exceperint . Omnino quorum palato illa probata ſunt , & iſthaec , mihi crede , egregie ſapient . Pertinet interea ad officium tuum maxima , qua per valetudinem licebit , ſedulitate in id incumbere ; ut diſſertationes philologicae ad ſacram Scripturam , ſyntagma inſcriptionum , cetera probabilioris in ſpeciem argumenti , quae tamdiu exſpectamus , quam celerrime appareant. Hoc communi ſtudioſorum , noſtraque in primis Italorum cauſſa tibi dictum volo . Hoc is , quem honoris cauſſa nomino , Petrus Contegnius , vir ingenio , doctrina , auctoritate maximus poſtulare abs te ; atque adeo ſumma qua pollet eloquentiae facultate flagitare , pro ſuo in litteras amore , patriamque noſtram caritate ; non ceſſat : cui ſcilicet uni morem in hiſce gerere , tuomet judicio, operae pretium vel maximum ſit . Sed & ſpero futurum , ut ii etiam , quos hoc tempore aſperiores tibi cenſores ſubvereris , aliorum operum utilitate atque dignitate deliniti , ad judicii aequitatem non difficile traducantur. Habes , ornatiſſime Alexi , quid de tota hac cauſſa ſentiam. Quid porro optem , & ſi modo non obſcure innui , iterum tamen eloqui non piget. Commentari atque ſcribere, hoc eſt eximios praeſtantiſſimae mentis foetus conſignare litteris perge ; ea enim ſcriptorum tuorum juſtiſſima mihi aeſtimatio videtur , ut, quod in electiſſimis metallis uſuvenit , eorum prorſus magnitudinem , multitudinem , modum , pretium adaequet . Vale .

In Seminario Archiep. Neap. Eloquentiae Profeſſoris

AD FRANCISCVM SERAVM

EPISTOLA.

Quam nuclei plenam, Attico & ſparſam ſale,
Politam & aſcia & ſcobina epiſtolam
Dabas, Serae, ad Symmachum; haec moleſtiam
Quam non levem cepiſſe Noſtrum praedicas
Ab edito ſyntagmate rei ludicrae,
De dedicationibus ſub aſcia:
Nemo quod ante olfecerat: praefiſcini:
Omnia tametſi docta perreptaverit
Cohors virorum haud hercle obeſis naribus
Antiquitatis uſque deque rudera)
Moleſtiam haec, inquam, illius ſatis ſcio,
Absterget, & opem Paeoniam aegroto feret.
Papae! quot argumenta congeris! ſapis!
Credo, explicata fronte, cum primum leget
Tua haec, ſereni referet ille axis plagas
Et facie, & oculis; flos juventae denique
Videbitur vernare pallidulis genis.
Unum tamen fatere miſſum, ceteris
Majus, reor, quod auferat palmarium:
Quod praeteriſſe te ſatis mirarier
Non queo. Operam poſuiſſe nam nugis piget
Noſtrum, verentem adunco forte plurium
Suſpendier naſo. At quid ipſe? ſedulo
Nugas negas, tot unde manant commoda.
Laudo equidem: at alterum facere potin' inſuper
Es verbulum? omnem etenim animi aegritudinem
Exhauries: hunc ſi rogaris ſcilicet,
In tantula ecquid temporis re inſumſerit;
Simul, quo in unum coierint iſthaec modo,
Tam multa, tam impolita, tam plane nova;
Tum denique illud, ſponte num id fecit ſua.
Haec ſi rogaris, inquam, in animum protinus
Primum recurret, haec diebus pauculis
Se ſcriptitaſſe, vix ut hercle id temporis
Vel exarandis ſat fuiſſet litteris:
Adhaec rediget in memoriam, nullum ſibi
Negotium abdicatum, ut huic ſe ſe rei
Vacuum daret, ruri, domive ſe tenens;
Quin plura concinnaſſe porro in aedibus
Noſtris, tuiſque, forte ſi quid venerat
In mentem ibi, tunc aſciam quod tangeret;
Atque inter id feciſſe amicorum greges,
Non feriam ut qui rem ageret, at qui ludicram.
Hinc ſcripta quae deferret ad typographum,
Noſter vocabat Scatola (*a*) lepidiſſime,
(Qui mos hominis eſt) ſcin'? *Cometas*; ſcilicet,
Schedis quod hinc & inde ad oras glutino
Junctis, referrent ludicrum ſanequam opus,

Per

(a) *Is eſt Canonic. Carminus Scatola, in Semin. Archiep. Neap. Theologiae Moralis profeſſor, pietate & litteris clarus.*

Per xyſta quo oblectantur aeſtate pueri ,
Datis quum habenis , geſtiunt auris rapi
Sublime , fluctuantibus laciniis :
Quod tu heic *Cometen* puerulis vocarier
Bene noſti . Ad extremum quis , ille ad Aſciam hanc
Tractandam ut animum appelleret, fecit ? cedo ?
Non tute , noſque , quos cupido jamdiu
Inceſſerat , ut quidpiam Mazochius
Suo ex penu tam divite aliquando daret ?
Brevi ergo quum diecula ; ac ludens prope,
Nobiſque morem ut gereret , iſtuc texuit
Levidenſe , ut appellare ei libitum eſt , opus ;
Quid obſecro eſt , animo iſta cum ſuo putans
Ut facta ſint , cur tantopere facta improbet ?
Gerras vocet , nugaſque germanas putet :
Sinamus : atqui cogitet velim tamen
Quid Tullius (*b*) de maximis Urbis viris
Scriptum reliquerit : videlicet animum ut
Remitterent dum ruſticantur ; sueſcere
Conchaſque legere (crederet nemo edepol
Ni teſte tam locuplete conſtaret fides)
Cajetae ad aequor , & prope repueraſcere:
Nimium (c) *ſeverus nam aſſidet* (verbum vetus)
Inſano. At , inquis , haec labore plurimo
Se Noſter extricaſſe praedicat: ſcio;
Nulla (d) *eſt tam facilis res*, *quin difficilis ſiet*,
Quam invitus facias : quaeſo , quid difficilia,
Quae item facias invitus ? Eho jam deſinam.
Juratus annon vera prorſus diceres,
Quaecumque de illo huc contuli , ſi uſus foret ?
Oblitus ergo qui , obſecro te , es ? Perperam ,
Amice , factum : niſi hominis modeſtiae
Parſum volueris ; atqui jam quieſcere
Tantiſper illam veritas tandem jubet .
Non modo enim , ei , quaecumque dicta hic , clanculum
E re fuerit ut inſuſurres ; ſed etiam
Os inficetis , atque ineptis obſtruas,
Aegre eſt id homini , ſat ſcio ; neque te ſinet
Facere : ſed heus tu , nihil ei auſcultes ; ſuis
Ingratiis facere id te , aequum eſt & bonum.
Haec te , Serae , volueram monitum . Vale .

(b) *In II. de Or.*
(c) *Hor. I. ep. 5.*
(d) *Ter. Heaut. IV. 5. 1.*

MActe animi virtute, & acumine, Symmache, miro
Ingenii, rerumque penu ditiſſimo: ad omnem
Te ne vetuſtatem rimandam non quaſi natum
Praedicet; obſtupeat, palleſcat ſummus & imus
Scrutator veterum morum? per devia ſuetus
Certum iter ingredier, per & invia; ſcalpta ſepulcris
Sedulus evolvas dum aenigmata, & abdita quaeque
Senſa vafer retegas, priſcorum & verba Quiritum.
Scilicet una iſthaec teſtari poſſit abunde
ASCIA, quae miſere tantorum aſtuta virorum
Torſerat ingenia: at fruſtra. Te namque manebat,
Oedipe noſtri aevi, hos griphos diſſolvere, gnarum
Res introſpicere, atque oculo contendere, quantum
Lynceus, in titulis ſcriptis antiquitus. Ille hic,
IN TENVI LABOR, AT TENVIS NON GLORIA, nempe eſt.
Quae loca ſcriptorum tibi non excuſſa, modo ad rem
Ut facerent? quid ab hiſtoria non uſque petitum
Ultima? ad obruſſam quid non exactum, ad amuſſim &
Auſterae critices? manca heic expleta; ſed illic,
Quae luxata prius fuerant, nunc ſedibus apte
Quaeque repoſta ſuis; illic aliena reſecta,
Purpura ne aſſuto ſordeſceret ignea panno;
Sciſſa alibi coiere; alibi foedata nitori
Reddita nativo. Tua quîs cenſura pepercit?
Atque haec leniter ac leviter. Quod enim excidit unquam
Ore tibi aſperius verbum, perſtringere quemquam
Ignaro, inque viros juveniliter inſurrêxe.
Unum illud ſedenim ad cumulum nunc reſtat, ut, id quod
Saepe es pollicitus, matures edere, quod jam
Eſt tibi commentatum opus in Sacra Biblia ſparſim.
Magnum illud ſiquidem, & quo nil divinius a re
Atque argumento poſſis emittere. Et ipſe
Jam pulcre novi, quam ſint plena omnia ſucci,
Frugis plena bonae. Quae ſi male preſſeris ultra;
Non tibi jure boni omnes iſto nomine, reſque
Publica doctorum ſuccenſeat? Ergo age ſodes
Jam votis tandem communibus annue: ſic te
Dent Superi incolumem laete ſupereſſe diuque;
Ne libris ditata tuis haec tempora, priſcis
Invideant saeclis, per ſe ſatis ipſa beata.

CANONICI JOSEPHI BONCORII

In Semin. Archiepiſc. Neapol. Philoſophiae Profeſſoris.

Καιροὶ μὲν ὡς ἐ, ὦ ζεῦ, γένοντο πολλάκις
Μικροὶ μεγίστων αἴτιοι τῶν πραγμάτων.
Μικρόν τι τὸ σκέπαρνόν ἐστιν ἐν τάφοις
Χαραχθὲν, ἄξιόν γε, φῇ τις, οὐδενὸς,
Ὡς μνῆμα κἀυτὸ ἐξορυχθὲν ἐκ βάθων,
Δήθ' ἦν ὅπου κεκρυμμένον μαλ' ἀκόπως,
Σκότῳ καλυφθὲν, βορβόρου κἀυ χμοῦ πλέον.
Ἐπεὶ δ' ἀνῆλθεν τῆς χθονὸς πρὸς ἥλιον,
Ὀξεῖα τ' αὐγὴ πέπταθ' ἡ Μαζωχίου,
Ἣ τῶν ἀδήλων αἰὲν ἐκβάλλει σκότος·
Καὶ τὸ σκέπαρνον αὐτὸ, καὶ τὰ μνήματα,
(Κἂν περ σμικρῶν τις ἀκόπως κάταφρον ᾖ)
Πολλῶν γέμοντα φαίνεται τῶν χρημάτων.
Χ' ἀλουργίδος μὲν αἴτιος τυτθὸς πέλει
Σκώληξ, ψιλὸς μάλ' ὢν, ἀνεπτος καὶ χεδὸν,
Ἣν μὴ ἦ προσπίπτουσ' ἐφήμερος τύχη
Σκωλήκιον πρὸς φῶς τόδ' ἐξενήνοχεν,
Ἄγνωστον ἦν τὸ πρᾶγμ' ἀλουργὴς πορφύρα.
Καὶ τῶν ἀνάκτων χάρμα, καὶ κάλλος χρόας.
Πριν ἂν γενέσθαι ἐμφανῆ τοῦ ζωδίου
Φύσιν, πόσοι μὲν αὐτὸ, πρὸς θεοῦ, ἴδον;
Πάντες δὲ μὴν βλέποντες ἔβλεπον μάτην.
Καί σοι μὲν ἐξυδερκέσιν, Μαζώχιε,
Μόνῳ διελθεῖν ὄμμασιν γέρας δότο
Τὰ κρυπτὰ πάντα καὶ τὰ πάλαι αἰνίγματα,
Ἃ καὶ σοφοί περ ἄνδρες οὐδ' ὄναρ βλέπον.

FELICIS SABBATELLII

In Regio Ephebeo Mathematum Profeſſoris.

Σκέπαρνον ἀσκέπαρνον ἦν χθὲς καὶ πρώην,
Πρὸς μηδένος σοφωτάτων ἀνδρῶν ἔτι
Ἐξεσμένον, καὶ ἀξιωθὲν οὐδὲ γρύ·
Ἐπεὶ δὲ Ξυμμάχοι ὁ ἔνθεος νόος.
Λεπτουργικ' ἐργαλεῖα προσθεὶς ὀργάνῳ,
Πελεκητὸν αὐτὸ καὶ Σκέπαρνον ἔξεσαν·
Ἤδη χαρίεν, εὔξοον, κομψὸν φανὲν,
Οἷόν τ' ἄθυρμα τέρψαι ἄνδρας ἀγανοῦς.
Καὶ χαῖρε νῦν μοι Ξυμμάχου σεβαρὸν σθένος.
Ὃς καὶ Σκεπάρνῳ ἁπλῷ τινι χρήματι
Τιμὴν προσένειμας· Τίπτ' ἔμελλες τιμίοις;

ASCIA ad AVCTOREM.

Vliſſimis addicta nuper uſibus
In officina ſeu fabri lignarii,
Seu marmorum inciſoris, ant ſtructoria,
ASCIA, Βαναυσικωτάτων τεχνημάτων
Parens laborioſa; pernox perdia
Tundendo dedolando radendo vacans:
Nunc neſcio at quid nacta liberalius
Tuo labore, Alexi, tua & induſtria,
Illinoque chartas, & tero ſophorum manus.
Quin cieo diſputantium rixas ſuper
Memet, meoque imunere; & de formula,
Inſculpta quae reperitur in ſaxis, ubi

Quis

Quis dedicaſſe dicitur ſub Aſcia
Sibi ſepulcrum . Tanta de me fama quod
Orbem replerit , quod ſim in ore gentium ,
Locum quod occupem in forulo & armario :
Certe tibi hoc , Alexi , debeo : tuum eſt :
Agoque grates quas potis ſum maximas,
Servire tuis ſemper parata commodis ,
Lignarium opus , ſeu marmorarium velis ,
(Quamvis ſupellex curta ſit cordi tibi ,
Cavaque contentus manu , haud cures ſcyphum)
Opus ad utrumque non , te, inepta, judice.
Quin frigidus quandoque conderis cinis ;
Pro eo ac, Alexi, debeo tibi , libens ,
Tuâ adcubabo ſcalpta in urna, non ſine
Sollemnibus iis formulae verbis tribus :
O' δεῖνα fecit Symmacho ; & ſub Aſcia
Id dedicavit. Vos valete & plaudite.

Dom.Can. Borgia revideat, & referat. Neap. 15. Nov. 1739.

D.Petrus Marcus Giptius Can.Dep.

D.CARMINUS CIOFFI EPISC.ANTINOP. VIC.GEN.

EMINENTISSIME DOMINE.

LIbrum cui titulus : *Alexii Symmachi Mazochii ad Bernardum Tanucium Epiſtola: De Dedicatione ſub Aſcia* ; Em. T. jubente cum legerem , animadverti , clariſſimos viros , diſciplinarum omnium notitia excultos,conſummatoſq;tum etiam,cum de minimis rebus ſermonem inſtituunt, magna eloqui,ac uberrimam ſemper litteris lucem adferre . Prodit quippe ſtatim ſeſe, vel levi titillatione pulſatum viri ſapientis ingenium , ac theſaurus intus abſconditus , per rimulas ipſas foras erumpit . Formulam enim *De Dedicatione ſub Aſcia* enarraturus , longe melius eam explicat , atque illuſtrat eruditiſſimus Auctor, quam caeteri omnes , qui de hoc argumento ad noſtram uſque aetatem ſcripſerunt: Quod excerptis mira quadam ſagacitate ex univerſae antiquitatis adytis , conjecturis, priſci moris rationem introſpexerit, atque enarraverit; quod clariſſimorum Auctorum opiniones , quas hucuſque ſuſpeximus (ipſorum ſcilicet fama noſtrum de eorumdem ſententiis judicium occupante) ſeveriori cenſurâ ac tutrinâ adhibitâ, aut falſas , aut parum firmas oſtenderit; haec, quamvis ipſa maxima ſit, minima tamen eſt operis laus ; non potuit enim non erumpere hac datâ portâ , ditiſſima ſupellex, quâ nullus hac tempeſtate Auctor magis onuſtus apparuit:quo factum eſt,ut totius ferme antiquitatis inveſtigandae rationem tradiderit in hoc opere , & inter denſiſſimas tenebras verſantibus, ac diſcurrentibus, facem praebuerit , quâ occultiſſima quaeque priſcorum temporum arcana noſcere , ac prope intueri

tueri valeant modico deinceps labore quicumque harum rerum amore tenentur. Quod ad Catholicam fidem, ac morum diſciplinam ſpectat, omnem ſuſpicionem avertit nomen ipſum Auctoris, qui in Sacrae Scripturae genuino ſenſu inveſtigando, atque explanando, ſummam jam apud omnes ſibi laudem comparavit; & ſane opuſculum ipſum, etſi ſuos intra fines ſe continens, datâ occaſione, puritatem ejus, a quo manat, fontis ſatis perſpicue demonſtrat. Optandum propterea omnibus eſſe cenſeo, ut Sacro Em. T. Placito adcedente, quantocius ad totius litterariae Reipublicae commodum atque utilitatem, publicâ luce donetur. Datum Neapoli V. Idus Jan. Epochae Chriſt. an. CIϽ IϽ CC XL.

Humill. Addictiſs. & Obſequentiſs. Famulus
Can. Nicolaus Borgia.

Viſa ſupradicta relatione, Imprimatur. Neap. 10 Januar. 1740.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.
D. CARMINUS CIOFFI EPISC. ANTINOP. VIC. GEN.

Doctor Phyſicus D. Franciſcus Seraus revideat, & in ſcriptis referat. Neapoli die 4. menſis Decembris 1739.
NICOLAUS DE ROSA EPISC. PUTEOL. C.M.

Viri ſummi Alex. Symmachi Mazochii ad ampliſſimum doctiſſimumq; Bernardum Tanuccium Epiſtola De Dedicatione ſub Aſcia, tenui in ſpeciem argumento, haud tenuem, ut ego arbitror, clariſſimo auctori, Academiae noſtrae, Neapolitanoq; nomini gloriam eſt conciliatura; ſiquidem ab accuratione, elegantiaque artificii potius, quam ab operis craſſitudine aeſtimatio petenda ſit. Quamquam ſi qui librorum molem ad eorum etiam commendationem facere putant, habent illi quidem unde in hac ſibi Epiſtola (vix ſentiente auctore ad juſtam libri magnitudinem elapſa) ſatisfaciant. Plura heic occurrunt, quorum nec ſuſpicio ad ſcribendum aggredienti inciderat. Pleraque ad typographi tempora, operarum vel minimam ceſſationem ferre neſcientis, ſumma cum feſtinatione exacta. At nihil omnino eſt, in quo viri ſapientiſſimi ſagacitatem, induſtriam, ἀκρίβειαν, &, quod caput eſt, eximiam erga Principis majeſtatem, Regiaſque ſanctiones religionem deſideres. Ita cenſeo

Ego Franciſcus Seraus Prof. Regius.

Viſo

Viſo reſcripto Suae Regiae Majeſtatis ſub die 13.currentis menſis & anni, ac relatione facta per Magn. Franciſcum Seraum de commiſſione Rev.Regii Cappellani Majoris de ordine praefatae Majeſtatis.

Die 17.menſis Decembris 1739. Neap. &c.

Regalis Camera S.Clarae providet, decernit, atque mandat, quod Imprimatur cum inſerta forma praeſentis ſupplicis libelli, ac approbatione ſupradicti Reviſoris; verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica, hoc ſuum &c.

ROCCA. MAGIOCCO. DANZA. CASTAGNOLA.

Illuſtris Marchio de Ipolito Praeſes S.R.C. tempore ſubſcriptionis impeditus.

Citus.

ERRATA.

PAg.4.v.25. *poſt* Indicium feciſti, *adde* plurimum me debere ſentiebam.

Pag.5. v.13. dele particulam non.

Pag.10. c. 2. v. ult. quidam *cor.* quidem.

*Pag.12.v.17.*quatuorze *cor.*quatorze.

*Ib.n.14.*Lazius *cor.*Valerianus.

Pag.22.n.29.v.3. Sacrificii *cor.* ſacrifici.

Pag.23.c.1.v.11.pro 21. cor.8.

Pag.27.c.2.v.2. in inſcript. II.ſcribatur Reſtituti *non* reſtituti.

Pag.32.c.2.num.2.pro 564. cor.664.

Pag.39.c.2.v.4. cnſo *cor.* cuſo.

Pag.76. num.7. v.antep. & pag. 108. not.133. v.7. Chelaphoth *cor.* chelappoth.

Ib. c.2. v.antep. λκτόμϐ *cor.* λατόμϐ.

Pag.114.c.1.v.21. Mafieum *cor.* Maffeium.

Ib. c. 2. v. 24. interſarer *cor.*interſarer.

Pag.123.c.2. v.ult. pro ſcobillae *cor.* ſcobinae.

Pag. 128. c.2. v. 26. praterierem *cor.* praeterieram.

Pag.131. c.1. v. 9. pro ἐλεγίδιον *cor.* ἐλεγεῖον.

Pag.140. num. XXXIV. v.8. pro ſcobilla *cor.*ſcobina.

Pag.148. v.12. pro ὁμογένες *cor.* ὁμογενές.

Ib. v. 18. pro ἐπανορθώτης *cor.* ἐπανορθωτής.

Pag. 150. v. 1. pro Διόνυσυν *cor.* Διόνυσον.

Pag.160.v.4. pro ξύξεον *cor.* εὔξεον.

Ib.not.211.v.antep.pro Gallandia *melius ſcribes* Garlandia.

Pag. 161. n. 212. v.4. vetuiſſent *cor.* vetituros.

Pag.164.v.14.pro ἐ *cor.* ἐςι.

*Pag.178.v.antep.*Murat. *cor.*Muratorii libro.

Pag.183.v.10. pro 132. repone 232.

Pag.190.v.23. longus *cor.* longius.

Pag.191.c.1.v.pen. binea *cor.*linea.

*Pag.192.v.19.*finibus *cor.*ſinibus.

Pag.195. v.19. depinxiſſe *adde* ſe.

Ib.col.2.v.3. rubri *cor.* rubi.

Pag.202.v.6.pro 61. repone 6.

Pag.205. in paginar.numero pro 305. repone 205.

Pag. 213. v. 2. pro Nanzianzeno *cor.* Nazianzeno.

Pag.243.v.11.pro ἀντίευται *cor.* ἀντίκειται.

Pag.245.c.2.v.14. gectae *cor.* geſtae.

Pag. 267. c.2. v. antep. pro τεκτονικὸν *cor.*τεκτονικὸν.

A01 1475736

Digitized by Google



Digitized by Google